

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

[Prima Pars Pvncitv Meditationis Pro vsu Tyronum & proficientium in via
spirituali.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

PRIMA PARS

PVNCTVM MEDITATIONIS

Pro vsu Tyronum & proficientium in via spirituali.

Continet puncta pro Dominicis viginti octo, & pro omnibus diebus ferialibus earum.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

De Officio iudicario Messie.

*A&G. I.
Ioan. 5.*

Primum punctum. Considera expectatum Messiam fore Iudicem nostrum. Pater enim non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio, vt ait ipse. Et Act. 10. Ipse est, qui constitutus est a Deo Iudex viatorum & mortuorum. Cum ergo nos iudicandi sumus ab eo, & multorum sumus peccatorum consciij, quae erunt materia eius iudicij, optandus est nobis eius aduentus, vt possit ita a nobis excipi, ita tractari, ita nobis addicitus reddi & placatus, ne nos in suo iudicio condemnemus, sed absoluamus. Delibera ergo, quomodo eum excipere debeas ad hunc finem consequendum.

Secundum Punctum. Considera apparatum cum quo hic venturus Iudex iudicabit. Sol enim obscurabitur, luna non dabit lumen suum, stellae cadent de celo, virtutes celorum commonebuntur, parabit signum Filii hominis in celo, plangent omnes tribus terre. Ipse Iudex Veniet in nubibus celi cum virtute multa & maiestate, & mittet Angelos suos cum tuba & voce magna, qui congregabunt electos eius a quatuor ventis: quae omnia erunt instrumenta incutiendi timoris, sed non amicis Iudicis, verum inimicis. Tuum ergo erit, ne hunc apparatum Iudicis meruas dare nunc operam, ut inueniatis vnum ex amicis & electis eius, ad quod quid sit necessarium considera, & id habere stude.

Tertium Punctum. Considera modum iudicij futuri, postquam congregabuntur sono tubae ante eum omnes gentes, separabis oves ab haedi, & statueris oves a dextris suis, haedi autem a sinistris. Tu mature inquire, an in te sint proprietates ovis, vel haedi, & vt ovis sis, rebus tuis consule.

Quartum Punctum. Considera sententiam ultimam iudicij. Dicet primò ouibus. *Venite Benedicti Patris mei posidete regnum paratum vobis à constitutione mundi.* Esurini enim, & dedisti mihi

manducare. Situi, & dedisti mihi bibere: Hospitram, & collegisti me; Nudus, & cooperasti me. Quod enim fecisti ex fratribus meis minimis, mihi fecisti. Hocdis vero dicet. Discedite a me maledicti in ignem eternum, qui paratus est Diabolo & Angliis. Esurui enim, & non dedisti mihi manducare &c. Tu iuxta tertium orandi modum singula verba pondera, eliciendo pios affectus doloris, invocationis, gratiarum actionis, & similes, cum propulo emendationis.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam primam Adventus.

Messias erit Agnus.

Primum Punctum. Considera Messiam expectatum, esse Agnum occulum vique ab origine mundi: hoc est, fructum eius occisionis futurae omnibus hominibus qui hic vique ab initio mundi fuerunt, salutarem fuisse: quia quicquid boni ad vitam eternam conducens haberunt, ex meritis eius occisionis hauserunt. Ideo gratias age pro tam miro bonorum fonte tam citè hominibus aperto. Considera sanctorum illorum veterum bona que ex eò hauserunt, & viam spē accendere allelenadiaduc plura bona postquam iste Agnus efficius reipsa: ideoque desidera eius in carne aduentum.

Secundum Punctum. Considera præcipuum huius Agni venturi officium, quod, eius praenuntiis, indicavit his verbis: *Ecce Agnus Domini qui tollit peccata mundi.* Lætus nuncius: quid enim magis peccatori optandum, quam habere eum a quo peccata eius aboleantur? Revocatis ergo in genere in memoriam peccatis tuis, & nero confusionis & doloris affectu, offer ea Patri aeterno, & roga eum, vt mittat hunc Agnum ad ea delenda, & vt Agno mittendo te commendet, ne ab eo deseraris, sed liberaris a tot peccatis tuis.

Tertium Punctum. Considera mansuetudinem

hem huius Agni venturi, qui cum verbis factisque inimicorum exagitabatur, ducebaturque ad occisionem; tanquam agnus non aperuit os suum ut tibi daret exemplum patientiae, & vt sua patientia mereretur remissionem peccatum tuorum. Cogita ergo quomodo eum imiteris, dole quod non imiteris, propone emendationem.

Quartum Punctum. Considera comitatum huius Agni in Regia caelsti. Erunt enim innumeri homines ex omnibus populis & linguis stantes in conspectu Agni, qui eo venient de tribulatione magna, cum flos lotus & dealbatis in sanguine Agni, qui reget illos & deducet ad vite fontes aquarum. Vnde nec esurient nec sicciant amplius, Inter quos erunt aliqui, qui sequentur agnum quocunque ieris; qui suam Virginitatem integrant conseruant. Tu ardenti desiderio accedere: talis ut sis, qui quam proxime hunc Agnum sequaris, cuiusque in celo eximios favores experiaris, ideo id pete a Patre Agni, & ex tua parte cooperare gratiae Dei.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam primam Aduentus.

Messias est Aduocatus noster.

Primum Punctum. Considera Necessitatē in qua es habendi in celis Aduocatum tibi addictum, cuius ope obtineas ea quibus eges in hac vita, tūm ad consequendam remissionem peccatorum, tūm ad præseruationem tui à malis, tūm ad acquirendā varia alia dona. Hoc officium præstabit Messias venturus. Ideo desidera eius aduentum, ut quamprimum eius opem experiare.

Secundum Punctum. Considera præstantiam huius Aduocati. Erit enim apertissimus ad impetrationem omnium rerum tibi necessarium, quia est gratissimus SS. Trinitati, à qua impetranda sunt omnia quæcumque imprecati debent: præterea, habet ius ad impetrandum, immo etiam ad distribuendum omnia dona, quæcumque SS. Trinitas largiri dignatur hominibus: item ardenter intercedet pro his pro quibus intercedet, quia omnia faciet perfectissimè quæcumque aggredierit. Vnum ergo valde pro parte tua necessarium est, ut velit pro te officio fungi Aduocati. Quod ut fiat, cogita, quid te facere oporteat, ut cùm venerit, inueniat te sibi carum, & te amare velit efficaciter.

Tertium Punctum. Considera huius Aduocati Integritatem, qui non fungetur officio suo, quod ex charitate suscepit contra æquitatem, nec corrumperet munib; ut causam ini quam tueatur. Ideo etsi multum possit in curia caelesti, curandum tibi est, ut ad eius patroci-

nium recurras cum causa iusta. Ita autem erit, quoties ex animo quæreris eius opem apud Diuinam Majestatem habens resolutam omnino voluntatem, eum non offendendi iis peccatis ad quorum remissionem ope indiges huius Aduocati. Vide ergo an in te sit resoluta talis voluntas, seu aueratio à peccatis omnibus, non verbalis tantum, sed realis & efficax: quod si non habeas quamprimum habere stude.

Quartum Punctum. Considera præmiū quod à te exigit iste Aduocatus non aliud quam nemala iteres quorum tibi obtinebit remissionem, & ut bonis iis quæ tibi impetrabit bene vtaris ad laudem & gustum Dei, eiique sis gratius. Quod an facias vide, & quod non facis in posterum facere stude.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam primam Aduentus.

Messias est Caput Corporis Ecclesie.

Primum Punctum. Considera causas ob quas Messias desideratus, sit Caput Ecclesie Prima. Quia est Superior & primatum tenens Ecclesie. Secunda. Quia ut ait Concil. Trident, fess.6. Tanquam caput in membra in iustificatos iugiter virtutem influit, quæ bona eorum opera semper antecedit & comitantur & sequitur. Vnde sequitur Christum audiendum esse, ut caput nostrum, & non repudiandum esse illum vigorem quæ in sua membra influit. Quod quomodo facias, vide, & gratis ei actis pro hoc beneficio, pete ut se tibi copiosissime communicet per suos diuinos influxus.

Secundum Punctum. Considera miram benignitatem huius capitū, qui bonos Religiosos habet tanquam puellas oculi sui. *Qui post tangent, tangit pupillam oculi mei:* pro qua re magnis ei actis gratias inquire, an te ita geras, ut decet pupillam oculi, non dico Divini, sed humani, quæ refutat omnis rei sordida aspectum, contactumque vel unius pilis sine dolore non patitur, ut discas, quam debeat abhorrire a dehidriis terrenis & rerum ad peccata ducentum, vel cum peccato coniunctarum.

Terrium Punctum. Considera Officium tuum erga hoc caput, sicut enim membra omnia etiam periculis se exponunt ne caput lœdatur, ita & tibi faciendum est. Quando ergo vides aliquid fieri & dici quod Christo capiti disciplicat, eumque spiritualiter quodammodo lœdat, cur te non opponis, & cur potius lœpe ob humanos respectus adiuvas, & socium te adiungis violentibus leges eius? Ita pluris facis aliud vile membrum, quam Christum caput tuum, Erubescere, veniam precare, & tales socios declinare stude.

Quartum Punctum. Considera quanta debet esse

esse honestas & Sanctimonia in omnibus artibus tuis: si enim caput tuum tam propè est, & illud quidé tam sanctum, quomodo membrum audet eo præsente efficere quicquam reprehensione dignum si caput propter membra patitur res arduas & acerbas, membra, capitibus gratia cur non idem patientur? Erubescere ergo membrum esse impudens & delicatum, & capitum tuo non conforme eique stude esse quam simillimus.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam primam Aduentus.

Messias est fons.

Ipsa 1.

datur, & causis deploratis, eas submouere stude.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam primam Aduentus.

Messias est flos.

Primum Punctum. Considera Messiam esse Florem has ob causas. Quia gratum odor diffundit instar odoriferi floris. Odor hic est vita exemplaris, qua vigebat in primis illis Christianis, de quibus dicebat Apostolus. *Bonus odor Christi sumus.* Hic ponderando Christi præcipuas actiones internas & externas, tenebro pietatis gustu & spirituali odoratu, vide quam gratum Deo, & Angelis & hominibus odorem spirauerint, & ad te facta reflexione, vide quem odorem ex te Deus percipiat; præfertim ex orationibus tuis, & sermonibus tuis. Et deploratis defectibus tuis, excita desiderium imitandi hunc florem, vt Deus de te dicit: *Ecce odor filij mei, sicut odor agri cui bendictus Dominus.*

Secondum Punctum. Considera Messiam esse florem ob vim medicam quam habet, præstantiorem quam vlli alij flores. 1. Quia quicquid erat in Christo, habebat vim salutarem mendendi; verba eius, contactus eius, sputa eius, fimbria vestimenti eius, & ipsa mors eius. 2. Quia non vni tantum morbo depelliendo erat utilis, sed omnibus proflus. Expecta ergo cum ardenti desiderio hunc florem salutarem, & cum datur tibi eius copia, præfertim in *Sanctissima Eucharistia* scias eo frui, & ab eo detinare ea, quæ continent bona ad medelam morborum tuorum, & ornatum ac recreationem animæ tuæ.

Tertium Punctum. Considera causas ob quas non experiris in te curationem tuarum infirmitatum, vslu huius Floris tam frequenti, cum tamen minus efficacibus medicinis viés, morbos abigas corporales. Et causis agnitis, decheas coram Domino tuo, & submouere eas stude.

Quartum Punctum. Considera causas, cur hos iste non vocetur flos horii, sed campi, quod agnosces ex differentia horii à campo. Et citoq; pijs ex hac consideratione affectibus, eos ad mortum reformationem dirige.

SABBATO.

Post Dominicam primam Aduentus.

De B. Virgine. Ave maris stella.

Primum Punctum. Considera quam mundus iste inferior, rectè vocetur mare, conferendo tempestates terrores, confusionem & pa-

gnam

per tot annos hauriens tot viis aquas ex fonte hoc salutari, animam tamen tuam vel non, vel parum crefcere cernis in mundicia cordis; hoc est in paucitate & raritate peccatorum, item in pulchritudine & nitore quem Virtutes adferunt, cum tamen corpus tuum aquis lustratis ablutum mundetur, & statim nitidum red-

gnam pīcīdūm, pericula damna, quā mare adfert, cum rebus similibus quā mundus habet; & ex singulis duos affectus deceperit. i. Gratitudinis erga Deum, qui te ab his mundi malis eripuit per statum Religiosorum, 2. Magnae cautelæ in viendo, neā mundanis tentationibus quā etiam Religiosos infestant, veluti in portu, demergaris, edocēs multorum Religiosorum incautōm nafragiis.

Secundum Punctum. Considera in contrario sed bono sensu Religionem posse appellari mare, & quidem rubrum; & quia ut mare cadavera, sic illa malos & incorrigibiles cūcīt, & propter alias prærogatiās quas habuit mare rubrum, per quod Israëlitas Deus salvavit, collatas cum spiritualibus prærogatiis Religionis. Ideo ages Domino Deo frequenter gratias, quod te ad hunc statum vocat, peteque ab eo, ut eius aquis semper abluit lades tuas, & te securè vēhat ad pōttum beatitudinis ēternā.

Tertium Punctum. Considera quomodo B. Virgo sit stella maris mundani respectu hominum in seculo viuentium, quibus varia beneficia (qua tu signillat numerabis & ponderabis) confert spiritualiter, similia beneficiis quā adferunt hominibus stelle sua luce, virtute seu influxu & motu, quā beneficia etiam tu dum es in seculo perceperisti. Pro iis ergo age gratias pete ne celst̄ benefacere, & vt quam plurimos & quā ap̄tissimos ex mundi mari trāsuehat ad portum status Religiosi vocando.

Quartum Punctum. Considera quomodo B. Virgo sit stella in hoc mari Ordinis tui, reuocando in memoriam beneficia, quā fecit fundatori tuo, & alijs Sanctis tui Ordinis, & alijs eius personis, eas ad illam quandoque miraculosè vocando, in eo liberando à tentationibus & peccatis, illustrando intellectum, mouendo voluntatem ad peccati odium, & virtutis amorem, & alijs modis: pro quibus gratias age, & pete, ut te quoque faciat instar stellæ lucere in gloria cœlesti.

DOMINICA SECUNDA ADVENTVS.

Messias est Brachium Det.

Iam. 15. *Primum Punctum.* Considera Messiam vocari merito Brachium Dei. i. Quia per illum ut Deum, Deus Pater creauit omnia propter te, ut iis vtereris non tantum ad subleuandas necessitates tuas multiplices, sed etiam ad ornatum, hilaritatem & recreationem tuam. Hic pondera Dei Patris & Brachij huius Liberalitatem qui tam multa fecit propter oblationem tuam, sine quibus essi posses, & vivere commode. Ideo gratias illi age ingentes, & videlicet an rebus per hoc brachium creatis, ita vtaris ad gustum Dei, sicut eas ille ad gustum tuum

creauit: si secus, dole, veniam pete & te emendare stude.

Secundum Punctum. Considera Brachij huius Potentiam in rebus creatis ob peccata hominum destrutis reparandis. Hinc enim viri dixit discipulis Ioannis, per eum *cacciāsum, surdi audītum, claudi gressum leprosi mundationem* alij alia beneficia percipiebant. Cum ergo Deus hoc brachio potenti te roties in Eucharistia pascat, exulta tanti boni particeps factus, eiique tuas naturales miseras representat, & ita te gere, ut eius potentia fructum experiare.

Tertium Punctum. Considera Brachij huius assiduam liberalitatem in largiendo dona supernaturalia gratiae. Ex hoc enim Brachio omnes Sancti ab initio mundi, ad hæc tempora percepierunt omnia quæcumque perceperunt, Martyres Constantiam, Virgines integritatem, Confessores vitæ sanctimoniam, alij alia. Cum ergo tam sèpè hoc brachium contingas, præfertim in communione quid causa est, quod nihil noui ab eo recipis quod anteā non habueris. Hoc inquire, & agnitis impedimentis que obstant ne experiare huius brachij liberalitatem, illa submovere stnde.

Quartum Punctum. Considera Brachij huius vigilantiam, quam ostendit in defendendis suis à varijs hostiis oppugnationibus, ne iis succumbant, immo ut gloriōsè vinctant. Cum autem hoc brachium sit omnipotens & tibi præsto adsit, cur tam sèpè in leuissimis & superatu facillimis occasionibus te superari finis, vel ab ira, vel à concupiscentia, vel à pigritia, vel à negligētia? Hoc cum dolore recogitans, accede ad degustandum hoc Dei Brachium in sacra mensa tibi præparatum, vt deinceps experias in te omnem eius efficaciam & liberalitatem.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam secundam Aduentus.

Messias est Hostia.

Primum Punctum. Considera Messiam meritato appellari Hostiam Deo oblatam in odorem suavitatis, quia omnia quæcumque in eo erant tum quoad substantiam, tum quoad accidentiam, tum quoad actiones transeuntes eius, denique quoad omnia gratissimum sparsisse Dei Majestati odorem. Tu tua confer cum eius rebus, & vita difficultudo erubescet, deflo, & corrige, cum tamē sis huius capitilis membrum.

Secundum Punctum. Considera Primum modum quo Christus Dominus fuit Hostia, scilicet satisfactoria pro peccatis tuis ac totius mundi, per sacrificium mortis sue in atra crucis oblatum. Admirare Dei bonitatem, quia tale Sacrificium pro te inuenit; extolle eam ardē-

ardentissimas age gratias peccata detestare
que fuerunt causa mortis Christi, ut satisfactoris,
& sancto odio contra te concepto, excita
ardent desiderium satisfaciendi Deo pro tuis
peccatis per opera pietatis.

Tertium Punctum. Considera secundum modum quo Christus fuit Hostia, scilicet in gratiarum actionem pro beneficijs diuinis oblata, idque miro affectu & rei pretiosissimae, qualis erat Christi anima & corpus, & merita eius infiniti valoris. Considera ergo cursim sed non sine tenera ponderatione varia Dei erga te beneficia, & pro illis offer Diuinae Majestati hanc Sacrosanctam Hostiam in gratiarum actionem: quandoquidem meliorem non inuenies; & simul, quia res oblata infinitè perfecta est, pete à Deo remunerationem proportionatam muneri oblato, sitam in donis gratiae & gloriae æternæ.

Quartum Punctum. Considera Tertium modum quo Christus fuit Hostia: scilicet hostia Laudis; nam per eum eiisque actiones omnes & passionem summus honor in Deum deriuabatur, ita erant perfectæ, ita sanctæ. Hic contemplare excellentiam huius multiplicitis laudis, eamque admirare, & gustu interno gusta, & excita ardens desiderium, ita omnes tuas internas & externas actiones eliciendi, vt ex ijs quoque quam maxima laus & cultus Diuinae Majestatis emanet; quod vt assequaris, id ardenter à Domino pete, & cum hac Sanctissima Hostia te ipsum Domino offer.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam secundam Aduentus.

Messias est Imago.

Primum Punctum. Considera primum modum quo Christus Dominus Messias noster est Imago; scilicet, quia ut filius naturalis, est imago Patris æterni, ab æterno, & figura substantiae eius, quia ab eo procedit ut verbum. In qua ratione imaginis æternæ mentis oculos fige, considerans amore Dei Patris, qui ab æterno præparauit tibi obiectum pulcherrimum, quod beatifica visione post mortem aspiciendo, multò sine comparatione iucundius delectari possis, quam soleant recreari oculi aspectu pulcherrimæ & mundissimæ imagininis. Vnde ex ardore amore erga Diuinam Majestatem quæ ab æterno fuit de tuo bono sollicita, ut tu discas redamare tantum amorem, & esse sollicitus de promouendo eius in te & in alijs gusto & gloria.

Secundum Punctum. Considera secundum modum quo Christus ut homo, est imago Patris per animam rationalem donis naturalibus & supernaturalibus exornatam, & exprimentem

diuinas perfectiones, ac varias virtutes, quibus, sicut coloribus beata Christi anima fuit exornata. Tu confer animam tuam cum Christi anima, & quam similis Deo sit & Christi imagini imago Dei in anima tua. Et visa multiplici deformitate, erubescere, defle, & da operam, ut omnia quæ eam fædarunt aboleas, exornaque quam plurimis virtutibus.

Tertium Punctum. Considera Tertium modum quo Christus ut homo, est imago, scilicet idæ & exemplar propositum ad imitandum omnibus qui Sancti esse volunt. Quare discurre per præcipuas Christi actiones in quibus depingitur exemplar virtutis eius sanctissimæ. Admirato eius pulchritudinem, magnam opinionem concipe de Christi sanctimonia & desiderium imitandi hanc imaginem cum sis eius membrum.

Quantum Punctum. Considera Quantum modum quo Christus fuit Hostia: scilicet hostia Laudis; nam per eum eiisque actiones omnes & passionem summus honor in Deum deriuabatur, ita erant perfectæ, ita sanctæ. Hic contemplare excellentiam huius multiplicitis laudis, eamque admirare, & gustu interno gusta, & excita ardens desiderium, ita omnes tuas internas & externas actiones eliciendi, vt ex ijs quoque quam maxima laus & cultus Diuinae Majestatis emanet; quod vt assequaris, id ardenter à Domino pete, & cum hac Sanctissima Hostia te ipsum Domino offer.

FERIA QUARTA.

Post Dominicam secundam Aduentus.

Messias est Magister.

Primum Punctum. Considera Excellentiam huius Magistri, quæ in eo fuit maior omnibus magistris, spectato modo quo doctrinam suam haulit eoque multiplici; spectato fine ob quem eam habuit: modo quo eam tradebat, spectata denique infallibilitate eius doctrina, Vnde æquum est, ut ita credas Christo docenti, itaque eum audias, saltem sicut soles credere alicui doctissimo viro, dum te docet aliquid summè necessarium, quod certò sis & probè esse ei perspectum.

Secundum Punctum. Considera Doctrinam quam Magister iste tuus tradidit è celo per suos Patriarchas & Prophetas ante suum in carne aduentum, & quam bonos olim habuerit Discipulos, factis exprimentes eam doctrinam, vti fuit Moyses, Abel, Iosephus, Abraham, Elias, Heliceus, Ezechias, septem Machabæi cum Matre, Tobias, Iob, aliisque, & vide an tu, qui illis debes esse doctior & melior, (quippe cum existas in Nōuo Testamento quod in maioribus reprobationibus sanctum est, ut ait Apostolus

XXI. DE PIIS ERGA DÉVM ET SS. AFFECTIB. 695

lus Hebr. 8.6. saltem si tam bono, ut discipuli legis veteris fuerint, applicando præcipuas horum Sanctorum virtutes, quæ tamen in te ob maiora quæ habes motiva deberent esse insignes magis, id est erubescere; & te emenda.

Terium Punctum. Considera Doctrinam huius Magistri in carne assumpta traditam, & modum quo eam tradidit, scilicet exemplo & verbo, viuens & moriens, tacendo & loquendo, domi & foris: & renocatus in memoriam aliquibus eius doctrinis, vide an ijs credas autem, si factis id ostendis quod docuit. Doctrinas autem has potissimum pondera: *Aida est via qua dicit ad vitam, & pauci ingrediuntur per eam. Qui non odit animam suam, non potest meus esse discipulus. Multi sunt vocati, pauci electi. Qui se humiliat, exaltabitur: & qui se exaltat, humiliabitur. In patientia restra posse debitis animas vestras.*

Quartum Punctum. Considera circumstantias Magisterij Christi, quando cœpit docere, quandom docuit, quibus in locis, an cum artificio & sine; & similia quæ solent in profanis doctrinis spectari. Et ex singulis deinceps aliqua documenta pro morum tuorum reformatione.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam secundam Aduentus.

Messias est Medicus noster.

Primum Punctum. Considera Messiam venturum, esse Medicum nostrum ratione Diuinitatis & Humanitatis. Ratione Diuinitatis quidem, quia Diuinitas est primus fons omnium bonorum, omnium remediiorum mentibus corporibusque nostris salutem adserendum. Et quidem fons talis, qui nunquam exhaustiri potest: & qui continet in se, ad omnes morbos fugandos medicinas plures omnino, quæ sint actu in depravatis etiam hominibus, & maxime improbis morbi. Cum ergo sis multis vel affectus vel saltem obnoxius malis, gaudē aduentare medicum tam potentem, ideoq; eum desidera, & ad eum excipiendum te para: & interim offer Patri æternō omnes morbos tuos, rogans eos ut veli efficaciter sanari per venturum Messiam.

Secundum Punctum. Considera Messiam etiam ratione Humanitatis esse medicum tuum, quia per actiones & passiones in carne assumpta exhibitas promeritus est applicatione omnium medicinarum tibi necessiarum, quæ ex fonte Diuinitatis derivantur. Ideo excita in te tenerum affectum pietatis, erga Christi Humanitatem, tanquam offerentem tibi omnia beneficia Diuina, & felicem te reputans quod cum tam sapere in Sanctissima Eucharistia possis suscipere, & da operam ne sine fructu pro-

Lancij Opus. Tom. 2.

portionato tanto medico eam recipias.

Tertium Punctum. Considera modum quo Medicus iste coelestis offert & applicat sanandis tuis morbis remedia. Ex parte enim sua non aliò pharmaco vel vnguento te sanat, quam sanguine proprii corporis sui, violenter in atra Crucis expreßo. *Cum luore inquit S. Petrus satani sumus.* Quis vñquam Pater tanto affectu pro salute filij venas aperuit: animam effudit? & quamvis effudisset aliquid, non effudisset tam pretiosum sanguinem & animam, ut est sanguis & Anima Christi. Obstupescit ergo tantam beneficentiam ponderans, & ardenter amorem eum redamare stude.

Quartum Punctum. Considera quid velit ex parte tua ut fructu eius medicina poteris. Duo vult ut Sacramenta potissimum duobus Penitentiæ & Euchalistia, debito modo utaris. 2. Ut mundam habens ab omni peccato mortali, & deliberato veniali conscientiam, opera bona supernaturalia frequentes. Quod an, & quæ par est diligenter facias, perpende & corrigenda corrigere.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam secundam Aduentus.

Messias est Lapis.

Primum Punctum. Considera Messiam esse Lapidem viuum, ut eum S. Petrus appellat. Lapidem quidem, quia est fundamentum Ecclesiæ primarium eam sustentans, ne quicquam à portis inferi patiatur, viuum vero quia est fundamentum Ecclesiæ ratione prædicta, scilicet suorum fidelium, quibus communicat vigorem Spiritualis vita per gratia dona quæ eis largitur: quorūm visu cœlant in Spirituali vita. His Deo age gratias, quod sis unus ex Ecclesiæ membris, superædificatus huic lapidi angulari, & pete ab eo, ne vñquam auellaris ab hoc ædificio, & vide quomodo utraris influxu vitali donorum Dei quæ tibi communicat, quod inde agnoscet, si erescis, & incrementum vides vita & profectus Spiritualis.

Secundum Punctum. Considera te esse lapidem superædificatum huic lapidi primario, & cum alijs fidelibus constituere hoc ædificium Spirituale, esfecit; in eo tanquam partem integrantem. Hic considera conditiones lapidi necessarias, qui est pars ædificij, ne ædificium dirutatur, & ut illud adiuvet, scilicet vñionem cum alijs lapidibus, ut suo loco non mouetur, veliq; in altum se transferre, ut sit integer & Spiritualiter ad te applicando singula, vido ut corregas si quid sit corrigitendum.

Tertium Punctum. Considera lapidem istum angularem fuisse reprobatum & reiectum à Iudeis ex quibus constabat vetus ædificium Synagogæ, nūc autem in ædificio Ecclesiæ col-

M m m leclæ

lecte ex gentibus factum esse in caput anglum.
Si ergo Deus ipse in forma serui apparet, a
creature suis, a Principibus Ecclesiasticis, &
Politiciis tui causa reprobatus fuit, cur conetur
baris, si non Dei causa sed ob tua peccata con-
temnaris, vel patiaris aliquid ab hominibus, cu
& lapis iste summus ut te infinitis paribus
præstantior, & tua quotidiana saltem peccata
venialis, maiores penas mereantur.

Quartum Punctum. Considera lapidem istum
esse nonnullis lapidem offensionis, & petram
scandali his nimirum, qui non credunt in eum,
& secundario his, qui etiæ speculatiæ credunt
in eum ut Deum, prædictæ tamen non credunt
eum esse veracem; tum quia consilia eius &
monita non exequuntur, tum quia, pœnia
eterna ab eo promissa & parata ministris deside-
rant & curant, quam consolatiunculas mun-
danas. Tu an eorum sis è numero vide, & si
quid emendandum sis, emenda.

S A B B A T O.

Post Dominicam secundam Aduentus.

De Beata Virgine. Dei Mater Alma.

Primum Punctum. Considera excellentiam B.
Virginis inde ortam quod res quædam Dei
sit, ad Deum, peculiari modo spectans; ob huc
enim respectum omnia alia, etiam ratione ca-
rentia, habebant olim peculiarem excellen-
tiæ, & nonnulla etiam venerationem. Revo-
ca in memoriam locum illum in quo rubus
ardens incombustus apparuit (quem ne à
Moysè quidem Deus pedibus testis calcari
voluit) Arcam Dei, Tabernaculum fœderis, vas
Sanctuarij, Altaria, Sancta Sanctorum, Montem
in quo Deus Moysem allocutus est & legem
tradidit. Et consideratis circa singula eorum
excellentias, & cum B. Virginis excellètia ma-
iore, vel simili collatis, decerce aliquem fru-
stum spirituale partum in admirationem &
laudem huius Virginis, partim in morum tuo-
rum emendationem.

Secundum Punctum. Considera Maternita-
tem Virginis Beatæ collatam cum partu suo,
scilicet Christo Homine, qui in persona erat
etiam Deus verus, creator Matri suæ, & re-
spectu huius Filij, quanto fuerit dignitate præ-
dicta pondera, revocatis in memoriam miris ex-
cellentias hominum inde profectis, quia erant
& vocabantur à Scriptura, homines Dei, serui
Dei, amici Dei, filii Dei, non naturales ut erat
filius Mariæ sed adoptiū per gratiam iustifi-
cantem factitius. Si ergo illi ob respectum ad
Deum, tam multa dona haberunt, tam mira
pararunt, quanto magis credendum est B. Vir-
ginem ob maternitatem suam respectu tanti
filii fuisse plenam donis maioribus, & maiora

illis vel fecisse, vel facere potuisse, si voluisse,
& si fuisset necesse. Vnde excurre in laudes
eius & Dei, qui ita illam dianit, gratias ei ge-
pro hac liberalitate erga suam Matrem, & pe-
te vi illa, communice tibi micas cadentes de
mentia sua, profuturas & menti & corpori
tuo.

Tertium Punctum. Considera modum quo
Maria Sanctissima era Mater Dei cumque
quadruplicem. 1. enim era Mater sine opera
villis alterius creaturæ. 2. Mater era salua vir-
ginitate. 3. Mater era, Spiritus S. peculiari in-
fluxu, suplente quod deerat ad eum ordinatum
maternitatem. 4. Sine vilis molestia que
maternitatem ordinariam antecedunt & con-
sequuntur. Vnde puto animi intuitu conser-
vanda quomodo Deus Filium suum in carne
nasceretur ex Virgine Sanctissima voluerit
esse mundum, ut ne extrinsecos quodammodo
ita dicam, humanae fragilitatis & infirmitatis
nauos admiserit ad conceptum & ortum filii
sui in carne, & si id esset, potuerit sine vilo
nævo peccati, inquit cum ingenti merito, quan-
uis ex altera parte, in tot alijs rebus & miserijs
eundem filium suum humiliari & indigne
tractari permisit: Hinc agnosc, quantam
munditatem à nobis exigat Deus, & quā vult
vitari à nobis, omnem etiam remississimam
speciem omnis imputitatis, quantum par-
tatem etiam extirpescam filium suum habere
voluit. Confundere ergo. Humilia te pro-
fundissime, deplora sordes tuas & multiplicem
feditatem, & à quibus in posterum ca-
uere debebas diligenterissime annota & fuge.

Quartum Punctum. Considera ius quod
Beata Virgo habet in nos, eam ob causam
quod sit Mater Dei. Exigit enim à nobis tan-
quam Dei Mater obsequium & amorem, v-
erumque in gradu maiore quam illa alia per-
sona creata, quia omnem superat sua mater-
nitate, & inde ortæ excellètia. Introspice eti-
go te an tali obsequio colas Matrem Dei &
priuatim, & publicè in ijs occasiōibus quæ se
tibi offerunt, an etiam tali amoris affectu can-
prosequearis quantum est in te qui si proportionatus
tanta eius excellètia, & iuri quod
habet in te, & quæ sunt corrīgenda dese &
corrige.

DOMINICA TERTIA ADVENTVS.

Messias est clamans in deserto.

Primum Punctum. Considera merito à S.
Ioanne Baptista Messiam coram Iudeis
appellatum esse Clamantem in deserto. 1. Quia
postquam publicè apparere coepit triginta an-
nos natus, perpetuò reliquum vitæ tempus in
prædicanda Euangelij doctrina traduxit, non
vni

vni loco affixus, sed lustrans variis urbes, opida, castella, omni generi hominum propo-nens suam doctrinam, idq; cum vi & efficacia magna sermonis. Vnde tu qui lector esse Meliae vis, ad hoc te resoluere debes, ne otio deditus, in angulis te occulteres, sed totam viam tuam quando a Superioribus applicaberis ad auxilium animarum, traducas in tradita extensis terum necessiarum doctrinam, sive in Scholis, sive in templis, sive alijs in locis. Cuius rei & utilitate ex parte tua, & necessitate ex parte saecularium ponderata, ad eam te vehe-menter accende.

Secundum Punctum. Considera occasionses in quibus ille clamans in deserto, voce clamosa vobis est, eni verba illa clamans dicit Luc.8. Qui habet aures audiendi, audias narratam parabolam seminis sparsi secus viam, supra petram, & inter spinas. II. Clamauit iterum in templo: Et me fecitis, & vnde sum scitis. Ios.7.III. Clamauit ibid. Si quis sit, veniat ad me & bibat. IV. Clamauit magna voce: Lazarate veni foras Ios.11.V. Clamauit dicens Iosan.12. Qui spernit me & non accipit verba mea, sermo quem locutus sum, iudicabit illum in nouissimo die. VI. In Cruce magna voce clamauit: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Matth.27.vii. Clamas voce magna: Pater in manus tuas commendo spiritum meum, expirauit. Quae pondera; non enim sine causa Christus Dominus vobis est clamosa voce in his proferendis, & ex singulis decerpit aliquem fructum Spiritualem pro mortuorum tuorum institutione.

Tertium Punctum. Considera modos quibus clamabat hic clamans in deserto, non enim tantum voce sed etiam exemplis clamabat, & praesertim sanguinis pretiosissimi effusione, quem Apostolus ait melius clamasse quam sanguinem Abel. Gratias ei age pro his clamoribus, quibus te ad viam cœli reuocat. Et vide quomodo eum audias ita clamantem.

Quartum Punctum. Considera cur mundus vocetur desertum, in quo Christus clamat, consideratis deserti proprietatibus, mundoq; applicaris: & è contra, contrariis conditionibus vita Religiosa; pro qua Deo gratias age, & ita vivere stude, ut deceat florem in horto Dei, eiusdem manu seminatum vel plantatum.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam tertiam Aduentus.

Messias est Viris.

Primum Punctum. Considera Messiam venturum, quo naturam quam habuit primitus, quam appareret in carne, esse æternam Dei Sapientiam, quæ omnia non tantum præterita, præsentia & futura, sed etiam quæ fieri possunt, vel poterant, vel poterunt nouerat tam distinctè & tam perfectè, ac si unam tantum rem nosset clarè & distinctè ac intimè, nullam occultat, nullam obscurè cognitam. Inter haec autem obiecta scientia, quæ erat in hac Sapientia divina, sunt ab æterno cogniti omnes prædestinati ad gloriam cœlestem, idque per firmam & immobilem notitiam eorum in memoria divina, quam S.Thomas appellat Librum vita. Hic humili & valde reverenti affectu siste te ante hanc Sapientiam Divinam, tanquam pauperculus, & infirmus, & vulneratus, ardenter eam rogans, ut te quoque inscriptum esse velit in hunc librum cœlestem electorum. Et quia ut ait Sanctus Gregorius Prædestination iuuat orationibus, hoc sèpè

Lancij Opus. Tom.2.

intusa potius. Ided se vocat verneta non hominem, opprobrium hominum, & abiectionem plebis. Tu confer vitam tuam, delicias tuas, fucos, desiderium placendi hominibus, & deploratis sensualitatis tue & superbie colotibus, Christi vita, rudi simplicitate te conforma.

Secundum Punctum. Considera Christum esse vitem, respectu nostri. Quia sicut vitis palmitibus largitur succum vitalem ex quo varum botri producent, ita Christus membris suis dona gratiae communicat. Hic extolle Christi beneficentiam, gratias age, modos quibus ea largitur tenero cum affectu recente, & quod tam parum per tot annos participaueris ex eius influxo, desle.

Tertium Punctum. Considera causas ob quas tam parvum in te experitis influxum ex hac vite Spiritualium donorum; quod agnoscet, ex partu tuo vel nullo profectu in vita spirituali. Causis autem cognitis eas remouere stude.

Quartum Punctum. Considera graue malum quod haec vites minatur malis palmitibus. Omnem palmitem in me non ferentem frumentum toller eum, & è contra, & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Tu facta ad mores tuos reflexione, vide, qualis sis palmes, & ut fructum feras assidue da operam, adductis motibus, quæ te ad id excitare possunt, scilicet utilitate, necessitate, incunditate, honestate, quæ est in copioso fructu.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam tertiam Aduentus.

Messias est Sapientia æterna.

Primum Punctum. Considera Messiam venturum, quo naturam quam habuit primitus, quam appareret in carne, esse æternam Dei Sapientiam, quæ omnia non tantum præterita, præsentia & futura, sed etiam quæ fieri possunt, vel poterant, vel poterunt nouerat tam distinctè & tam perfectè, ac si unam tantum rem nosset clarè & distinctè ac intimè, nullam occultat, nullam obscurè cognitam. Inter haec autem obiecta scientia, quæ erat in hac Sapientia divina, sunt ab æterno cogniti omnes prædestinati ad gloriam cœlestem, idque per firmam & immobilem notitiam eorum in memoria divina, quam S.Thomas appellat Librum vita. Hic humili & valde reverenti affectu siste te ante hanc Sapientiam Divinam, tanquam pauperculus, & infirmus, & vulneratus, ardenter eam rogans, ut te quoque inscriptum esse velit in hunc librum cœlestem electorum. Et quia ut ait Sanctus Gregorius Prædestination iuuat orationibus, hoc sèpè

Mmm 2 &

& ardenter, tum nunc, tum deinceps pete,
& pii moribus cooperare, ut vias semper
more electoram.

Secundum Punctum. Considera iuxta obiecta
huius Sapientia Diuinæ, esse omnia peccata
tua præterita, præsentia & futura, quæ cum ex
se adeò sint foeda, & non digna ut tam pura
Dei Sapientia illa intueatur, da operam, ea vel
non videat (& idèa ea diligenter fuge) vel
ut videat deleta, quocirca dole de peccatis, fa-
tis factorijsque operibus rotum te da, optando
ad expianda peccata aduersitates, easquæ aequo
animo tolerando, & difficultaria opera ac pena-
lia pro Dei amore frequentando, quod an &
quomodo facias, vide, & quia tua res agitur, sa-
lutis tua negotium saltem ea diligentia pro-
cura, quâ soles vel studia, vel illas res curare, ex
quibus humanus applausus & hominum com-
mendatio sequi solet.

Tertium Punctum. Considera modum quo
hœc diuina Sapientia homines cognoscit: quos-
dam enim cum gusto & consolatione, alios
cum odio & detestatione, hos magis, illos mi-
nus, pro diuersitate demeritorum & merito-
rum. Te qualem agnoscit & spectat, considera,
& ut cum gusto te intueatur, da operam, &
quid ad hoc sit opus, inquire.

Quartum Punctum. Considera hanc Dei Sa-
pientiam non tantum esse speculatiuam sed
etiam practicam, & scire ac suppeditare mo-
dos practicos per quos salutem consequuntur
electi. Tu examina te, an recipias eos ab ea do-
cente per Scripturam, per superiores, per
libros spirituales, per bonos socios, per inter-
num conscientie magisterium. Et corrigeenda
corrigere, maturè, ne aberres à via salutis.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam tertiam Adventus.

Messias est Adonai, seu Dominus.

Primum Punctum. Considera Messiam esse
Dominum, non factum ab alio domino, nec
habere suos maiores descendentes à persona
aliqua quæ non fuerit Dominus, vt descendunt
omnes Reges à primis parentibus agricolis &
hortulanis, sicut paradisi, sed ex natura sua in-
nata sibi habere summum Dominatum, quo
carere non potest, omni bono potentiaque cu-
mulatum. Quocirca lætari debes te personam
tam insignem habiturum cui seruire debeas.
Sicut ergo Aulici qui habent bonum, & libera-
lem, & potenterem Dominum, libenter versan-
tur in eius curia, ita tu læteris, quod sis in curia
huius Domini, & care ne ex ea pellaris. Ad
quod num occasionem præbeas, num te dis-
ponas, vide & noxia reseca.

Secondum Punctum. Considera liberalitatem

huius Domini, qui tibi omnia prorsus sup-
peditat, & quæ intra te sunt; & quæ extra,
imò & te ipsum fecit, & tibi dedit, ut vi re-
rum cretarum tam ampla præmia conve-
nis ei seruiendo, quam ampla vis. Admirare
beneficiam hanc; gratias age, excita te ad
desiderium magnorum eius præmiiorum, & ad
media per quæ ea consequaris, quæ sunt multa
bona supernaturalia facere, & multa mala be-
ne tolerare.

Tertium Punctum. Considera facilitatem
assequendæ magnæ gracie apud hunc Domi-
num, non enim per opera heroica tamum,
non tantum per difficultia (vix contingit in
obsequiis Regum terrenorum) gratia huius
Domini haberi potest, sed per levissima per
facillima, per viam pium suscipitum hominis
iusti, per breuissimum reverenter, vel amo-
ris, vel alterius virtutis actum. Si ergo Auli-
citerreni scirent, certè se posse per tales adus
crescere in gratia suorum Principum, o quan-
topere illos frequentarent, o, quam ferente-
re Tu, qui gratiam Domini huius teatent
multò maiorem & utiliorem queris, cur adeò
signis es in bonis actibus? Erubescit & te cor-
rigere.

Quartum Punctum. Considera finem quem
in obsequiis tuis prætendit iste Dominus; non
enim querit suum commodum, vt quarum
Principes mundani, sed bonum tuum in hac
vita & in altera: & bonus tuum tanti facit, vt
illud reputet tamquam bonum suum, proprium,
vt ita te magis exicit ad quærendum bonum
tuum. Cur ergo bonum tuum non queris audi-
de, audite, ardenter præteritum cum vobis offerat
omnia necessaria auxilia interna & externa.
Consule rebus tuis.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam tertiam Adventus.

Messias est Radix Iesse.

Primum Punctum. Considera Messiam natum
ex familia Daud, fuisse tamen ratione Di-
uinoris radicem ex qua crevit ipse Daud, imò
totum humanum genus, cui Messias vita ini-
tium & incrementum largitus est ante suum
in carne apparitionem. Vnde merito non ten-
tum esse sed omnes Iusti sunt quædam arbo-
res ex hac Messia radice procedentes. Admi-
rare dignationem huius Messiae, qui non de-
dignatur esse radix te producens, & vitam,
& folia, & fructus tibi suppeditans. Gratias ag-
e, & eum roga, ne te inquam à se auelli vel
abscindendi finat.

Secondum Punctum. Considera Stauratum
quæ radix ista communicat suos influxus vita-
les: surculis & virgulis ex se prodecuntibus.
Facit

Facit enim hoc insensibiliter, ita ut nemo advertat: facit sine coactione, quia liberum non cogit arbitrium: offert quidem gratia sua influxus inutis & indignis, expectat tamen consensum nostram, ut inde laudem consequamur, ea verè indigni. Gratias age huic S. Radici pro tanta dignatione, inculta tuam resistentiam quam ostendis in refutando eius influxi, & pete, ut vincat duritatem tuam, & ad id tu quoque cooperare.

Tertium Punctum. Considera copiam influxi vitalium, quam habet Radix ista. Estem in exhausta. Hinc omnes Sancti quorum sunt tot milia in cœlo, hauserunt bona omnia. De plenitudine eius, inquit S. Ioannes, nos omnes accepimus, & adhuc plena est radix ista suis, quæ communicat, bonis, nil ei decepit. Cum ergo in tuo arbitrio Dei gratia fredo possum sit, tantum haurire quantum velis, opta sancta auaritia quā plurimum attrahere influxi vitalium gratiae, ex hac radice. Quod ut facias aliquibus motius ad hoc desiderium te excita, & ea huic sanctæ radici offer.

Quartum Punctum. Considera causas tum remotas tum proximas, quæ aeuult virgula ab hac radice, ut auulsa putrefiant & comburantur: scilicet peccata venialis & mortalia, quæ an & quo conata fugias, vide, & ne aeuallis ab hac radice in ignem æternum deturbandas satage, fugiendo etiam peccata venilia quæ disponunt ad mortalia ut patet experientia, & docet S. Thomas.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam tertiam Aduentus.

Messias est Clavis David.

Primum Punctum. Considera Messiam esse clavem David, primum, quia factus est secundum carnem ex sanguine Beatisimæ Virginis, quæ erat ex familia David. Hic causas inquire, cur Christus suam carnem ex David familia sumere voluerit, considerando virtutes quibus præcipue David erit, ob quas ita Deo placuit, ut ad eorum amorem accendaris, & spem concipias in te quoque spiritualiter nasciturum Messiam, si fueris similis Dauidi. Cuius heroicæ virtutes disces, tum ex iis quæ de se in Psalmis præcipue quoad Dei atdementem amorem, cultum, & rerum eius gustum cecinit, tum ex modo quo se cum suis inimicis gessit, tum ex zelo promouendi apud alios Dei cultum.

Secundum Punctum. Considera secundo, Messiam esse Clavem David, quia per illius gratiam David aperuit sibi portam, per quam ex potestate Dæmonis eauit, à quo ob admisla peccata captiuus tenebatur. O quoties te hec

Lancij Opus. Tom. 2.

clavis iuuit, ut à seruitute simili profogeres. Gratias age clavi isti, & caue ne iterum occulatis, & modum evadendi iusto Dei iudicio non inuenias.

Tertium Punctum. Considera tertio Messiam esse clavem David, quia David per hanc clavem aperuit sibi thesauros Dei, & in illis haufit illa dona Diuina ob quæ ab ipso Deo appellatus est vir secundum cor suum. Hic pondera præcipua bona quæ in Dauidे erant, sive in primo puncto considerata, sive alia, præfertim his versiculis expressa. Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo. bonum mibi lex oris tui super milia auri & argenti: Lex tua, meditatio mea est. In eternum non obliuiscar iustificationes tuas. Quomodo dilexi legem tuam Domine, totâ die meditatio mea est. Ab omni via mala prohibui pedes meos. Dulcia faucibus meis eloqua tua, super mel ori meo. Omnen viam iniquam odio habui. Vidi prevaricantes & blasphemantes, quia eloqua tua non custodierunt. Detrahentes secretū proximo suo, hunc persequebat. Cum superbo oculo non edebam. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Hæc & similia pondera cum reflexione ad mores tuos, & ad ea te accende, ut per hanc clavem, tu quoque inuenias in Dei thesauro multa bona.

Quartum Punctum. Considera quartum Messiam esse clavem David, quia David per hanc clavem aperuit sibi cœlum, in quo nunc regnat beatus. Sola enim hæc clavis cœlum aperit Eleætis. Ideo gaude aduentare clavem tam salutiferam, & eam possidere stude, & fuge ea, ob quæ illa absconditur vel perditur.

S A B B A T O.

Post Dominicam tertiam Aduentus.

De Beatissima Virgine. Semper Virgo.

Primum Punctum. Considera Excellentiam virginitatis in omni sexu, ponderatam eius similitudine cum Angelis, imo maiore quadam excellentia quā sit in Angelis, ob maiorem eius difficultatem in carne tot obnoxia corruptelis: ponderato item eius præmio & essentiali & accidentalis in cœlis, Lei gusto, quem erga tales ostendit. Vnde exاردces in amorem huius virtutis, & desiderium Angelicæ puritatis, in perfecta mentis & corporis munditia, deploratis rebus contrariis.

Secundum Punctum. Considera B. Virginem, hac excellentiam non caruisse, sed eam in perfectissimo gradu habuisse, ante partum, in partu, & post partum. Ex altera parte colloca te coram oculis huius Sanctissimæ Virginis, tam longe ab ea distans, tot fœditatibus, si non peccatorum, saltem tentationum & cogitationum inquinatum, & magnâ confusione acceptu animi defle infelicitatem tuam, & ani-

M m 3 mo

mo ardenti affurge ad consequendam aliarum virtutum excellentiam, quibus compenses defectam huius excellentiae virginalis, si ea cares, & quam saltē non habes aequalē virginitati Mariæ.

Tertium Punctum. Considera quibus modis vīisque B. Virgo, & quam sollicitè ac studiosè conservare studuerit suam virginitatem & puritatem: & inquire an tu, qui magis eges tali custodiā, ita tui curam geras. Annota igitur ea, in quibus definceps alterum hac in parte præstare te debeas, diligentioremque custodem tui helsauri.

Quartum Punctum. Considera causas cur Christus Dominus noluerit nasci ex non Virginē, & voluerit etiam post se editum in lucem, Matrem suam Virginem remanere ad mortem. Et hinc decerpē varia incitationē, ad hanc virtutem, saltē in gradu imperficiōe conservandam & augendam: desletis amarē iis omnibus quæ hunc Angelicum ac cælestē florem in te vel corruerunt, vel macularunt.

DOMINICA QVARTA ADVENTVS.

*Messias est Oriens splendor lucis.
eterna.*

Nu. 24.16. **Luc. 1.78.** **P**rimū Punctū. Considera Messiam merito in scriptura appellati, Orientem, quia perpetuo ab æterno sole, Deo Patre, generatur, & ab eo per non interruptam generationem æternam, procedit & oritur, tanquam lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, idque non diuersum, sed eandem prorsus numeru naturam Divinam hauriens ex Patre, quæ est in ipsa persona Patris. Hoc, quia capere non potes eo modo quo est in se, obstopesce, extolle Majestatem miram huius Diuini ortus, & in hoc ortu æterno & perpetuo huius Dei orientis, cum pio & grato affectu, rudi licet mineru, pondera id quod docent Theologi cum S. Thoma Patrem æternum illa cognitione quæ producit, & ex sua substantia oriri facit. Verbum æternum seu Filium suum, cognoscere non tantum essentiam suam, sed etiam creaturas omnes, ac proinde, dum iste Oriens à Patre Filius, ab æterno per eius cognitionem oriebatur, & tu eras obiectum huius cognitionis. Imo hoc Verbum ab æterno ex Patre ortum, non tantum Patris æterni expressuum erat, sed etiam creaturarum, ac proinde tui. Hoc obscurè licet apprehendens, extolle ac lauda tam antiquam tui neandum existentis memoriam, & cum ora, vt te cognoscat, non eo modo quo etiam malos cognoscit, sed eo modo, quo sibi caros, scilicet, cum affectu efficacis benevolentia. Ideo opus est, vt id ex parte tua procureas, quo per eius gratiam ita ei placere possis.

Secundum Punctum. Considera Messiam in

carne passibili, meritò vocatum esse Orientem, quia perpetuò in illo oriebantur nouæ & nouae actiones summè meritoria eorum bonorum quæ nobis promeruit. Vnde meritò dicit de se: *Ego quæ plæcita sunt ei, scilicet Deo Patri facio semper.* Hoc expendens, & gratias Deo agens, qui tam copiosam inuenit tui redemptionem eum imitari stude in hoc, vt sine intermissione quantum fieri potest, ex te oriantur opera meritoria, per quæ angeatur in gratia, & ius ad gloriam: *Quod antebitis, vide, & vt facias, a Deo lœpe & ardenter pete.*

Tertium Punctum. Considera Messiam in carne immortali esse Orientem, quia è celo illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum præducendo in eo manus ac manus lumen (dummodo non obſta) eo modo, quo solariens producit manus ac manus lumen, donec ad meridiem accedat. Tu inquire, quomodo excipias diuinæ illustrations, quibus te vocat ab imperfectionib⁹, & ad perfectionem maiorem ac maiorem vocat, & obſtacula eorum amore.

Quartum Punctum. Considera Messiam in celo esse Orientem erga Beitos, quia eos sua præfentia recreat, vi solem mundum luce sua, quia vt dicitur Apoc 21.22. lumen non cebit sole neque Luna vt lucent in illo, quia lucerna eius Agnus. Si ergo aspectus huius solis est tam gratius, quid erit huius Orientis in celo aspectus. Hunc desidera ardenter, & vt eo sis dignus, labora.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam quartam Adventus.

Messias est Rex Gentium.

Primū Punctū. Considera Messiam, qui fuerit Rex Iudæorum, magis tamen esse Regem gentium, quia eas ad Ecclesiam suam vocavit, relictâ ingratiâ Iudæorum Synagogâ. Hic age magnas ei gratias pro beneficio hoc, quod sis membrum Ecclesie gentium. Exaltera parte time ne deseraris ab eo. Si enim Synagoga illam tot suis beneficiis olim illustratam deferuit ob eius ingratitudinem, cane ne te eandem ob causam deferat. Et quia nemo se repente fit ita malus, vt deserit mereatur per subtractionem efficacium gratias auxiliorum, vide ne sensim deuenias ad eum statim, quæ beneficio salutis, quod est in Ecclesia gentium, reddat indignum.

Secundum Punctum. Considera Messiam, qui fuerit Rex Iudæorum, hoc regum supræges̄tes non alio modo esse assecutum, quam per sui sanguinis effusionem: si posueris pro peccato animam suam, inquit Isaías cap. 53. videbis sem-

XXI. DE PIIS PERGAMENTIS ET SS. AFFECTIB. 701

longatum, & voluntas Domini in mea eius dirigetur. Cur ergo refugis molestias etiam minimas? Cur in omnibus voluntatis tue oblationem prenas? Recogita illud: *per multas tribulationes oportet intrare in Regnum Dei.*

Tertium Punctum. Considera Messias regnandi modum proflus contrarium aliis Regibus, quia in paupertate, in incommodis, sine comitatu, sine falcu, sine officiis speciosis, sine auxiliis terrenis tegnum suum administravit. Uno verbo, in summa paupertate & humilitate. Ut tu discas has duas virtutes vehementer coleter & opere monstrare, quod quomodo facias videlicet & defectus contrarios abigere stude.

Quartum Punctum. Considera quomodo servias & obedias huic Regi Gentium iis in rebus, quas tibi vel vitandas vel faciendas, priuio, per sacram scripturam, secundo, per SS. Libros, tertio, per Superiores, quartio, per internas inspirationes praescribitur; & desletis multis tuis defectibus, (iis praesertim quae ex animi plena deliberatione oriuntur). & deinceps ei seruire fideliter & obedire stude.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam tertiam Aduentus.

Messias est Emanuel, nobiscum Deus.

Primum Punctum. Considera Primum modum quo Messias est nobiscum, videlicet ratione intimae presentiae, quam ut Deus per suam immensitatem habet, omnibus creaturis intimus praelens, quam vllae res alia. Hinc cognosce, quam debetas esse purus in internis & externis omnibus actionibus tuis, ne oculis tam intimi Domini tui offendas. Examina ergo te quomodo te geras, & assulse ita sancte operati omnia, quomodo operareris, si oculis corporeis cerneret presentem Deum.

Secundum Punctum. Considera secundum modum quo Messias est nobiscum, videlicet ratione Humanitatis nostrae sibi vita personaliter. Agnosce hinc tuam dignitatem, ob affinitatem naturae humanae cum Rege celi & terrae, & vide ne vita tua minus proba, quodammodo pudorem iucutias affini tuo tam sancto & tam excellenti, & si quid eiusmodi est reseca quam primum.

Tertium Punctum. Considera Tertium modum quo Messias est nobiscum, scilicet per rationem Sacramentalem sub speciebus panis & vini, in SS. Eucharistia ad tuam refectionem semper parata & obvia. Agnosce beneficij magnitudinem, gratias age, & vide quomodo fruatis & frui debetas tanto bono, & pro eo gratias esse.

Quartum Punctum. Considera Quartum modum quo Messias est nobiscum; per presentem

tiam suæ supernaturalis imaginis, hoc est, gratia iustificantis, in animo inharentis. Huius signa an in te sint vide, huius impedimenta an habeas circumspice, ut & tollas si quæ sunt, & in ea gratia crescere semper coneris, ut ita quam simillimus euadas Messia tuo in altissimo gloria gradu, propter honorem illius quam maximum, & Daemonis ihimici eius confusione & dolorem, & Christi meritorum splendorum & effectum copiosissimum.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam quartam Aduentus.

Messias est Donum Dei.

Primum Punctum. Considera Messiam esse Donum Dei primum, quia est omnium perfectissimum, nihil enim unquam Deus communicauit creaturis suis aquæ excellens. Gratias ei age pro tam effusa liberalitate, & disce, quomodo te oporteat Deo donare id quod habet perfectissimum, & quia qui citè dat, bis dat, donationem ne differas.

Secundum Punctum. Considera Messiam esse verè Dei donum, quia cum ex mera gratia nobis dedit, sine ullis meritis nostris, immo cum demeritis maximis nostris. Admitate hanc Dei liberalitatem: pro ea gratias age: & disce nullo habito respectu præmiorum, Deum colere, & amare propter ipsum, & benefacere proximi mis sine respectu ad eorum merita & demerita.

Tertium Punctum. Considera Messiam esse Donum Dei, quia est irreuocabile donum, nam & vno Hypostatica est indissolubilis à diuina persona, cui humana natura unita est, & peccatis nostris non arcerit, quin der omniis sufficientia media ad salutem. Disce hinc, non subtrahere Deo ea quæ ei semel dedisti, quod an facias, vide.

Quartum Punctum. Considera Messiam esse donum Dei, quia est fons omnium donorum Dei, ea distribuens hominibus pro libitu. Gratulare igitur tibi quod eum habeas tam obrium, & à quo ditari possis uberrime & accedere ad fontem hunc inexhaustum, ut quam plurimis & quam maximis eius donis diteris. Et causas inquire, cur adeo sis pauper, habens omnium diuitiarum fontem adeo præstantem, & præsentem, ac tibi intimum.

FERIA

FERIA QVINTA.

*Post Dominicam quartā Aduentus.**Messias est Princeps pacis.*

Primum Punctum. Considera Messiam esse Principem Pacis. Primo, quia est author pacis hominum cum Deo, per Sacramentum Pœnitentiae quod instituit ad reconciliandum homines Deo offensos, & tollenda peccata que pacem hanc dirimunt. Pondera beneficij huius magnitudinem, quam saepe in hoc Sacramento iste Princeps pacis te exhibuit pacificum, paterno affectu te reconcilians sibi. Quid ergo pro tanta benignitate debes huic authori pacis, delibera & praesta.

Secondum Punctum. Considera Messiam esse Princeps pacis. Quia summam mansuetudine sue vitae pacificae formam pacis expressit: calamum quassatum non confringens, ut ait Propheta, lumen fumigans non extinguis: non clamans in platea: non habens in ore suo redargitiones: obediens iradenti se inquit, & aliis modis. Confer cum hac pacis idæa acrimoniam motum tuorum, acerbitatem responsum, & impetus animi excedens, saepe in leuissimis occasionibus, & deplorata tua impatientia, Christo te conforma.

Tertiuum Punctum. Considera Messiam esse pacis Principem, quia pacis amatores tanquam Princeps, vult esse sibi familiares, talibus delectatur, tales ad suam intimam amicitiam & familiaritatem admittit. Vnde sit, ut perturbatio animo cum Deo colloquia non succedant. Quare si curæ tibi est dulcis cum Deo conuersatio, cuius suavitatem omnes prædicant, pacem cum omnibus.

Quartum Punctum. Considera Messiam esse pacis Principem, quia in illo corde residet tamquam Princeps in sua Regia, in quo inuenit rationem cum Deo concordem, & corpus cum tali ratione consentiens. An ratio tua & corpus tuum sit huiusmodi, introspice, & ad perfectam eorum pacem aspira; ut sis gratum domicilio huius Principis pacis.

FERIA SEXTA.

*Post Dominicam quartam Aduentus.**Messias est Admirabilis.*

Primum Punctum. Considera Messiam esse esse Admirabilem, ob generationem æternam, quia à Patre suo æterno accepit Diuinitatem eandem numero cum essentia Patris, id estificatam tamen modo perfectissimo cum sua persona, verè à personâ Patris distinctâ. Hoc

qua in hac vita non capis, crede, admirare, agas, quod id per fidem cognoveris, & sa no modo imitari stude, ut licet sis diversus ab illo, sis tamen unum quid cum illo per confessionem tuæ voluntatis cum voluntate illius, & per similitudinem morum tuorum, cum moribus illius. Quod an procures vide, & procura cum eius auxilio.

Secondum Punctum. Considera Messiam esse Admirabilem, ob unionem naturæ humanae cum sua persona Diuina, quæ licet idem sit cõ natura Diuina ipsius à parte rei, tamen unio naturæ humanae non dicitur facta cum essentia Diuina communis tribus personis Diuinis, sed cum sola persona Verbi, ut distincta est à duas Diuinis personis. Hoc quoque capere non valens, Admirare, crede, gratias age, tum pro beneficio huius unionis Hypostaticæ, tum pro cognitione huius mysterij, & Messiam hac in re ita imitare, ut quanuus eadem sit & via persona Messiae qui Deus est & homo, tu tamē similis sis ei, ut homini, non ut Deo, affligendo sensus & membra tua variis incommodis, & animum variis angoribus propter gultum ipsius.

Tertiuum Punctum. Considera Messiam esse Admirabilem in temporanea nativitate, dum in carne nostra natus est salua Matris integritate virginea. Hoc credas, adora tam admirabilem Filium, & imitari stude, in hoc ne mater tua Ecclesia & Religio, dum te Christo pari, & ad vitam spiritualem format & edit, quicquam, patiatur finistri ab inconditis moribus tuis, domi & foris. Talis an sis, vide, & no Messiae quantum licet te conforma.

Quartum Punctum. Considera Messiam esse admirabilem in omnibus operibus suis ob extiam perfectionem in singulis. Adora tam perfectam personam. Vide quonodo te cõmitem reddere debeas. Roga ut ipse te sibi cõmitem faciat, & ex parte tua cooperare.

S A B B A T O.

*Post Dominicam quartam Aduentus.**De Beata Virgine, felix caliporta.*

Primum Punctum. Considera causas, ob quæ magis est desideranda & querenda Regni celorum post mortem possesso, quæcum alia quæcunque in hac vita ab hominibus desiderantur & queruntur. Et vide, an tu magis illud queras, quæcum alia, & prout in te invenis, ita auctus vel doloris vel gratiarum actiones, cum emendationis proposito.

Secondum Punctum. Considera difficultates varias & impedimenta afflendi regnum celorum, tum ex Dæmonum tentationibus, tum ex carnis rebellione, tum ex prauorum habi-

Habitum obstatulis, prauis exemplis, consiliis, innataque tepiditate, & rebus alijs profecta: ideoque magnopere astimanda sunt illa auxilia per quæ efficaciter tolluntur hæc impedimenta.

Tertium Punctum. Considera unum è præcipuis auxiliis ad consequendum Regnum celorum esse, opem B.V. Mariae, ob quæ merito ab Ecclesia appellatur Cœli porta, qui titulus ei congitum ratione Filii quem peperit, qui est Salvator noster, & via ad cœlum, tum ratione variorum auxiliorum quæ suppeditat clientibus suis. Ideò danda tibi est opera eam tibi ut addictam reddas, & sinum eius misericordia patenterem.

Quarum Punctum. Considera quibus patet hæc cœli porta: nam non omnibus patet, sicut & Deus, non omnibus præbet finalē ingressum in cœlum. Examina igitur serio conscientiam tuam, an in ea si aliquid quod possit impeditre ingressum in cœlum, vel certe eum reddere dubium. Quod si inuenieris, quamprimum bona Confessione & vita emendatione amouere stude, & B. Virginis implora auxilium, ut tibi sit semper peruvia & aperta cœli porta.

IN VIGILIA NATIVITATIS CHRISTI.

Messias est Saluator noster.

Primum Punctum. Considera magnam latitudinem causam esse S. Iosepho ab Angelo propositum in Christi Nativitate. *Vocabū, inquit, nomen eius Iesum, ipse enim saluum facit populum suum à peccatis eorum.* Ideo peccator cum sis, & salutem querens, gaude offerri tibi Salvatorem: & cogita, quā viā possis assequi per eum natum hanc à peccatis liberationem, non pro non tantum die vel anno, sed pro tota vita duraturam. Et hanc adhibere ac tenere stude.

Secundum Punctum. Considera noluisse Deū hunc nobis Salvatorem dari sine graui suspicionis nostrâ in matre eius innocentissimâ, cum à Iosepho agnita esset prægnans. Admirare Dei iudicium, qui omnes bonos hac viâ ad salutem duci, & quandoque à bonis ipsis ea pati finit, quæ adserunt magnam famam & honoris notam. Cum ergo Sanctissimâ Virgine melior non sis, cur detrectas sinistra de te iudicaret pro gloriola tua conservatione, offendis Deum: An non satius est, habere bonam apud Deum opinionem quam apud homines, Hæc pondera, & te ad contemptus tui desiderium & amorem inflamma, & noli te excusare nisi interrogatus à superiore.

Tertium Punctum. Considera probitatem S. Ioseph, qui cum esset iustus, noluit traducere sponsam suam, quam videbat prægnantem. Disce hinc, consulere famam alienæ, etiam in rebus

certis & grauissimis. Disce hinc, quām sepe videntur nobis mala in aliis, quæ mala non sunt, quæ magna bona sunt; quæ sunt seminaria multorum honorum, vii fuit iste conceptus Virginis in suspicionem adductus. Qua in parte quomodo te geras examina te, & propone emendationem si id hac in te emendandum in te sit.

Quartum Punctum. Considera Angelicum monitum S. Iosepho in somnis datum: *Ioseph fili David, nos timere accipere Mariam conjugem tuam, quod enim in ea natum es de Spiritu Sancto est.* Vbi tum Dei charitatem pondera, qui Virginis innocentiam tuetur, tum talia verba præludere iuxta secundum orandi modum: & gratiis aetis tum Deo defensori innocentiae Dominae ac Matris tuae, tum S. Angelo huins rei administro. Roga ardenter, ut ope Spiritus S. nascatur in te Salvator tuus, qui saluet te a peccatis tuis, & nunc & semper vique ad mortem ab eis custodiat, & bono omni repleat,

DIE NATIVITATIS

D.N. Iesu Christi.

Primum Punctum. Considera tum exteriorē corporis compositionem, tum interiores animi affectus quos habebant personæ Christi puerulo recens nato adstantes, tum erga Deū Patrem, qui tanto humanum genus beneficio affectit, tum erga infantulū tenellum nostri causâ natum. Et in te similes quoque erga Deum Patrem, & puerulum natum affectus excita.

Secundum Punctum. Considera verba Deiparae & Ioseph, & loco verborum Christi, eius vaientis lachrymas, & in iis pios affectus quibus beata pueruli anima plena erat. Quos nimis affectus erga triplex personarum genus in animo habuit, scilicet erga Diuinæ personæ, erga Matrem & Ioseph; & denique erga humanum genus, ob cuius salutem in carre aduenerat, & ex singulis fructuum aliquem spiritualia elicias.

Tertium Punctum. Considera ipsam Christi Nativitatem, quām excellens sit opus Divinæ Charitatis respectu Dei, quām inauditum respectu Matris Virginis, quām novum respectu mundi, quām efficax respectu tot malorum mundi-huius. Et ex singulis collige aliquam utilitatem.

Quartum Punctum. Considera finem Charii Nativitatis, quem Apostolus expressit in Epistola, quæ in primo facio huius diei legitur his verbis. Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impiatem, & secularia desideria, sobrie, iustè, & piè vivamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & adventum gloria magni Dei; & Salvatoris nostri Iesu Christi.

Christi. Quæ omnia p̄siderando iuxta secundum orandi modum, decerpere varia documenta ad vitam tuam ita sanctè traducendam, prout meretur, tum magnitudo huius beneficij, tum efficacia tam rari medijs ad hoc omnibus nobis diuinitus dati.

DIE S. STEPHANI.

A.D. 6.

Primum Punctum. Considera magnam S. Stephani laudem à Spiritu S. in Scriptura reliata, in qua vocatur plenus fide, plenus gratia, & fortitudine, & Spiritu S. Quod quam magna laus sit, ubi attentè perpendis, vide quam longè distes ab ea, & quibus modis alequi possis similem aliquo modo plenitudinem cogita, & manum operi admoue.

Secondum Punctum. Considera inuidiam & malum erga eum affectum impiorum Iudeorum, qui calumniosè ei adscribant verba blasphemiae, quasi ab eo prolati in Moysem & in Deum. Quia in re perpende Stephani felicitatem, quem Deus carere noluit tessera electorum, scilicet linguis inimicorum malignis, & calumnia imbutis. Gratulate igitur Stephano, gratias age ei pro eis lato animo toleratis, & te excita ad desiderium & amorem persecutionum, quæ per ora maledica cunduntur, & tuam superbiam & impatientiam hac in te redargue, si est in te.

Tertium Punctum. Considera solatium quod dulces nobis reddere debet omnes huius vitæ molestias Dei causa immisas. Quod enim visibiliter S. Stephano contigit, qui in medio persecutorum, visa gloria Dei & Christo Iesu dixit: Ecce video celos apertos & filium hominū flanrem à dextris Dei, scilicet se animantem, id cuius iniuste afflito sperandum est, gloria scilicet Dei, & Christi adiutorium. Considera ergo quam magnum sit hoc bonum, & te ad crucis desiderium & amorem vehementer accende, & statue nunquam eius occasione subterfugere.

Quartum Punctum. Considera Stephani patientiam, qui nec falsis accusationibus, nec contempnitu, quem tulit electus ab iis ē Synagoga, nec lapidatione quam vitam amissit ab eorum sincero amore delstitutus oravit pro iis, idque ex magno affectu, ideo enim dicitur magnâ voce clamasse Domine ne statutas illis hoc peccatum. Tu confer tuos impatientias actus, auersiones, rancores erga eos a quibus etiam iuste affligitis, & S. Stephanum imitari disce.

DIE S. IOANNIS EVANGELISTÆ.

Primum Punctum. Considera primam S. Ioannis felicitatem, quod ad res secretiores cum Petro & Iacobo, & in monte transfigurationis, & in horto, & alibi à Christo fuerit adhibitus.

Quod procul dubio Christus Dominus non temere fecit, sed ob maius eius meritum, quod in quavis persona maiorem exigit amorem. Hic pondera qua re possis etiam tibi conciliare Christi benevolentiam, vt eum in maiorum donorum communicatione experiare liberalē, & id habere omni conatu stude.

Secondum Punctum. Considera secundum favorem Christi erga Ioannem, qui in cena reubuat super pectus Iesu. Et tecum delibera, quid non faceres vel pati velles pro Christo, si ibi nunc Christus apparet idque certò & sine illostone, te suo pectori admouerer. O quid non promitteres ei, o quam dulcia videtur tibi ea quæ te molestant immixtò. Acqui, maius est beneficium Christo in Eucharistia vesci, quam illi intiti. Cur ergo eius causa tam paucæ & facis & pateris, & tam tepidè & fogniter. Agnosce Dei dona, & discerne majora à minoribus, & te emenda.

Tertium Punctum. Considera tertium Ioannis favorem, quod ipse met Spiritu Sancto inspirante, se vocauit Dis. ipsum quem diligebat Iesu. Pondera beneficij huius præstantiam, & quideam tantam, vt etiam ipsi Christi clienti à Deo sit indicata, ideoque Sancto desiderio accensus, pete ab ipso, tevi diligat, diliget autem, si eum diliges, diliges autem, si id operibus ostendes: quod an & quomodo facias recognita, & quæ tibi desunt stude acquirere.

Quartum Punctum. Considera precipuam causam ob quam teste S. Hieronymo & Ecclesia in S. Ioannis Officio, fuit à Christo ita amatus. Quoniam specialis prerogativa Cœlestis ampliori dilectione eum fecerat dignum. Hic diligenter introspe, quoniam odo castitatem redoleat, tuus aspectus, tactus, lectio letmo, cognitio, conuersatio, lessio, cubatio, incepsus, lopinus, vestimenta, & alia omnia: & præmissa detractione defectuum tuorum si qui sunt in te haec in parte, offer accensam voluntatem S. Ioanni tua emendationis, eamque ab eo pete, vira & tu esse possis Christi seruos dilectus.

DIE SS. INNOCENTIVM.

Primum Punctum. Considera Christi humiliatiæ, qui licet sine fuga posset manus Herodis evadere, tamen tanquam impotens, & Herode debilior, fugit in Ægyptum. In qua Christi fuga considera dedecus fugientem, considera imperitorum hominum iudicia, qui id scientes, poterat postea parvam fidem adhibere Christo, eiusque diuinitati non credere: quoniam ipso sui ortus initio, diuino aliquo militculo, se non defendit à persecutione Herodis, sed remedium quæsiuit ex fuga: & hæc omnia, tui causæ. Confer hæc tuam superbiam detestantem occasiones humilitatis, & sinistra hominum

minutum de tuis talentis iudicia, & vide, an merearis appellationem Christi serui.

Secundum Punctum. Considera Dei dispositionem, qui non ad Mariam eti⁹ Iosepho meliore⁹ & digniorem, sed ad Joseph misit Angelum, fugam illam suaſurum: ut ostendat ordinem Hierarchia⁹ Ecclesiastica⁹ in qua & Sanctos vult regi quandoque per homines minus perfectos, & his potius quam illis, eti⁹ dignioribus, indicat suam voluntatem ad recte regimē aliorum obeundum. Ideo fide Diuinæ prouidentiæ, & maiorum tuorum iussis obtempera: ita enim securus gradieris, Deique ductū sequeris. Quod si non facis, corrige te.

Terium Punctum. Considera causas, ob quas ex parte sua Christus voluit suam Natiuitatem latam, mēstā nece tot innocentum interturbari. Et ex singulis decerpere aliquod spirituale emolumētum.

Quartum Punctum. Considera causas ex parte Innocentum, ob quas eos ad palmam Martirij, eti⁹ rei ignaros & renitentes vocans, tanto beneficio affectis. Inter alias esse potest, ut eos ab omni peccato actuali p̄ssetuaret. In talibus enim sibi complacet Dominus Iesus. Ad hanc mundiciam aspira, pro ea consequenda quare auxilia interna & externa, & adhibe intercessores istos Innocentes puerulos.

De Circumstantiis Christi Natiuitatis.

Primum Punctum. Considera tempus Christi Natiuitatis, quod fuit maximè incommodum, nam hybernum elegit quod mēstū est, ob ventorum, frigoris, pluviæ, niuium asperitates, acerbum que valde. Deinde diei partem similes ob causas valde incommodam, noctem scilicet. Ita Dominus Iesus tui catus amat incommodi corporis. Hanc eius tolerantiam grato affectu, non sine commiseratione ponderans, fac ad tuas commoditatibus reflexionem, & corrige defectus tuos in hac parte.

Secundum Punctum. Considera locum quem Christus pro natali suo elegit. Non Hierosolymam (quam ad maiorem sui confusione⁹ pro morte, vi frequentata⁹ & celebrem de legit) sed Bethleem, idque extra ciuitatem vile stabulum, & in stabulo vilem lectum, prælepe durū, in loco frōido & deserto ventisque periuio. Tu confer tua habitationis commoda, qua sāpe plusquam debes, queris, confer incommoda qua sāpius circa loca occupationum tuarum refugis, & non sine offensa aliqua Dei, oblata acceptas: & tamen Christum te imitari profiteris? Erubefce, & quid tibi sit in posterum faciendum constitue, ut Christo te conformat, & aliquid pro eo patiaris.

Tertium Punctum. Considera occasionem in

qua Christum peperit eius Mater, tutic, curi iussu Cæsaris Augusti proficeretur cum Iosepho tanquam Cæsaris subdita, ut describeretur in libro, in quem omnes referebantur subditi. Ita dum obedientiæ, humilitatis, & patientiæ actus in incōmodis itineris Maria exercet, Christum parit. Haec pondera, & decerpere aliquod emolumētum.

Quartum Punctum. Considera quae humana sola Christo nato sunt adhibita. Non solatia amicorum visitantium Virginem, non vestium mollium pro inuolando infante, & similia. Et facta ad te reflexione, singula dirige ad vitæ tuæ emendationem.

De Pastoribus Christum natum inuisentibus.

Primum Punctum. Considera causas ob quas per Angelum non alteri hominum statui Christus natus primò reuelatus fuit, sed pastori⁹bus: & causis piē excōgitatis, atque ad te applicatis, fructum inde aliquem collige.

Secundum Punctum. Considera verba Angeli ad Pastores in magna claritate loquentis. Nolite timeri. Euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Salvator: Et hoc vobis signum, inuenietis Infantem pannis inuolutum, & positum in praesepio. Duo præ ceteris hic pondera. Primo, Gaudij causam. Secundo, quid mysteri⁹ sit, quod pro signo inueniendi nati Salvatoris, nihil aliud ponitur, præter pannos viles, & præsepe datum: & ex singulis proficerē stude, faclā ad te reflexione.

Terium Punctum. Considera pium affectum Pastorum erga Christū, & in itinere, quod sine mora aggressi sunt, & festinantes perfecerunt, & postea in pueruli inuenti præsentia, audiēdo mente verba, quia ad eum eiusque Matrem locuti sunt, & internos affectus quos in animo haberunt considera: quibus tuos associando affectus, piē puerum pro te natum saluta, &adora, & varia pete ab illo pro tuis & communib⁹ necessitatibus.

Quartum Punctum. Considera effectus bonos relictos in animis Pastorum, qui sunt reveri Christi viso. Nam reveri sunt glorificantes, & laudantes Deum. Tu tecum delibera, quos in te effectus excitare, & imprimere indelebiliter debat Christi Natiuitas, per fidem visa oculis mentis, eosque à Christo nato pete, & pro virili habere & conseruare stude.

Pro fine anni & pro initio sequentis.

Primum Punctum. Imaginare te genua flectere Ultimā
Decemb. coram Puerulo Iesu iacente in praesepio, adstante B. Virgine Maria, Angelisque iis qui Pastoribus cum natum reuelarunt, & S. Ioseph, & reuoca in memoriam præcipua peccata quæ toto hoc anno commissisti, immemor beneficij huic

huius Christi nati (qui vñ sit Apostolus ideo natus est vt abnegatá impietate , & desideris facularibus, sobrie, iustè, & piè vivamus.) Peccatis præcipuis in memoriam adductis, ea caram parvulo Iesu defle, pereque ab eo remissionem, & gratiam anno sequenti ab iis abstinenti , & in satisfactionem offer Patri æterno puerū Iesum.

Secundum Punctum. Simili modo, quasi stans ante Iesum iacentem, reuoca præcipua beneficia in memoriam tuum communia alius, tum tua personalia quæ hoc anno percepisti à Deo, tu prospera tum potissimum aduersa (si ea æquo animo tolerasti,) & eorum magnitudine, necessitate, frequentia consideratis, ac tua ad illa indignitate, gratias age pro tis puerulo, tanquam pro fructibus eius Nativitatis , & pete vt ea augeat, & pro illis offer in gratiarum actionem Patri æterno Iesum natum.

Tertium Punctum. Considera, an & quantum melior sis factus hoc anno magis quam ante, quod cognoscas ex eo, primò, si hoc anno pauciora, & leuiora admisisti peccata, secundò, si opera ordinaria melius fecisti quam ante, tertio, si motus inordinatos passionum rariores sensisti, quartò, si aduersitates cum minore repugnantia tolerasti. Et prout in te inuenieris, ita proportionatos affectus erga Christum elicies, eumque Patri offeras, petes pro futuro anno maiorem profectum.

Quartum Punctum. Offer Christo nato loco innumeris, aliqua proposita licet pauca, talia tamen, quæ constanter expreas. Deinde statue vt ab uno saltē præcipuo peccato in quod ante saepius labebaris, toto anno abstineas. Ad hoc excita te variis motiis, & pete à Christo gratiam hoc propositum exequendi. Deinde à Patre æterno & Spiritu S. Et pro hac te impetranda offer Christum natum pro te, Sanctosque adhibe intercessores, præsertim B. Virginem, & S. Iosephum.

De Circumcisione Christi Domini.

Primum Punctum. Considera Christi miram Obedientiam in implendo in carne sua innocentissimā præcepto de circumcisione lato, quod seruare non tenebatur. Primò, quia carebat peccato originali, in cuius remedium erat illud datum. Secundò, quia non erat conceptus & natus modo visitato. Tertiò, quia erat legislator ipse, qui se poterat eximere ab obligatione eius præcepti. Quartò, quia non erat obnoxius concupiscentiæ vili carnali, cuius ratio etiā est habita à Deo in ferenda hac lege. Quintò, quia venerat vt legem veterem aboleret, & mutaret in nouam, quæ circumcisionem sustulit: vnde poterat inchoare abolitionem legis veteris ab ista lege maluit tamen obediens cum tanto sensu doloris & pudoris: nam tunc habuit usum rationis non minus quam in adulta aetate. Admirare Christi obedientiam, & an in te

talis sit, quoad res quas seruare teneris, ad quas & precibus , & minis & pœnis non est facis quod compellaris. Defle hinc tuam multiplicem inobedientiam, & obediendi efficax desiderium, tanquam primitias Christo tui causa circumfuso offer pro hoc anno, annotatis in particula aliisque defectibus hac in parte: præsertim, cu Religio virtus quasi essentialis sit obediens,

Secundum Punctum. Considera Christi patiētiā in suspicioendo hoc vulnere in parte corporis sui sanctissima. Cōfer dolores tuos in Religione, videbis eos minores esse. Cur ergo delicate Christi imitator eos refugis, & iniquo fers animo?

Tertium Punctum. Considera dolor B. Virginis ex Christi circumcisione visa ortum, duas ob causas. 1. Quia videbat illum cultro & quide lapideo acerbè vulnerari & scindi. 2. Quia sciebat esse fontem sanitatis, & tamen pro peccatore haberi. Huic iusto dolori Matri pliissimæ afflacia dolorem tuum, Compatere Christo cruentato. Gratias age quod tui caula tam citò fundat sanguinem in remedium peccatorum tuorum. Offer Patri æterno hunc sanguinem pro peccatis tuis. Adora & piè osculare, & in cor tuum collige, & exsume hunc diuinissimum cruentum, tanquam efficacissimum remedium contra omnia mala.

Quartum Punctum. Considera Christi humilitatem qui remedio vius est ad peccatum originale instituto, ac si esset ei obnoxius. Hic dana tuos fastus, qui malus cum sis, bonus vis habeti, & grē fers dum accusaris vel puniris, cum tamen propter multa mala impune commissi, dignus sis etiam hic illa pœna quam ibi putas sine culpâ imponi. Confundere Christi exemplo, & te emenda.

DE NOMINE IESV.

Primum Punctum. Considera nomen Iesu impositum Dei iussu ab Angelo. Hinc Christi excellētiā futuram apprehendere, quia omnes ij quibus Deus nomina vel imposuit, vel mutauit, post talem mutationem, magnam aliquam sunt confecuti excellentiam, vt Abrahā Sara, Iacob seu Israel, Sampson, Baptista, Simon Petrus. Vbi etiam perpende Dei clementiam, qui de eorum quos tenerè amat etiam nominibus est sollicitus. Hunc Dei amorem p̄ ambi & expecta à Christo Iesu multa bona per hac non ordinariam nominis impositionem prænunciata.

Secundum Punctum. Considera significatum huius nominis Iesu ab Angelo, adhuc ante Christi conceptionem explicatum: *Vocabilis inquit, Angelus Maria nomen eius Iesum: hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur.* Et Iosepho idem nomen repetens Christo iam concepto, dicit: *vocabilis nomen eius Iesum, ipse enim salutem facit populum suum à peccatis eorum.* Quod pondera iuxta secundum modum orandi, & pios affectus latet.

titiae, spei, gratiarum actionis pro oblatu salutis remedio, & petitiones hinc elicias.

Tertium Punctum. Considera excellentiam huius nominis, tum ob personae Christi excellentiam multiplicem, tum ob significatum huius nominis tam magna nobis bona adfertis, tum ob miros effectus, quos huius Nominis invocatio affert hominibus in corpore & anima. Ideo mirum non est, hoc Nomen metteri illum cultum, de quo loquitur Apostolus, in *Nomine Iesu omne genu flectatur, caelatum, terrestrium, & inferorum*. Quis erga hoc nomen cultus, qualis in eis sit, & quam ex animo, vide, & si quid deest, adde.

Quarum Punctum. Considera Sanctorum affectum erga Sanctissimum Iesu nomen. Ideo enim S. Ioannes hoc nomen nominat ducentis & 22. vicibus: S. Paulus in suis Epistolis ducenties decies octies. S. Julianus vbiunque scriptum hoc nomen inueniebat, adeo rigabat lachrymis, ut literae in codicibus a lachrymarum irrigatione corrumpentur, ut testis oculatus S. Ephrem Tom. 3. fol. 266. ait. S. Franciscus, inquit S. Bonaventura, nomen Iesu tum exprimeret, vel audiret, iubilo quadam repletus interius, totus videbatur exteriori alterari, ac si melliflui sapor gustum, vel harmoniacus sonus ipsius immutasset auditum. Sic & S. Bernardo hoc nomen erat mel in ore, iubilus in corde, Apostoli alijq; Sancti huius nominis invocatione, abigebant mortbos, dæmones, tentationes. Tu examina quo affectu illud vñspes, & vñspare debebas: & pete à Domino per Sancti huius nominis impositionem, ut sit tibi semper Iesus.

De verbis Simeonis & Anna Prophetissa de Christo.

Primum Punctum. Considera Iesum eti effet natus ad salvandum, tamen ut prædixit S. Simeon, positus est etiam in ruinam multorum. 1. In ruinam ludorum quos ob ingratiitudinem repulit. 2. In ruinam aliorum infidelium, qui in eum non credunt. 3. In ruinam fidelium qui in sceleribus vitam traducunt. His omnibus Christus Iesu ruinam adfert, culpâ ipsorum: quia fonte salutis vii nolunt. Cum ergo melior nos sis multis eorum, qui bene credentes & viuentes aliquandiu, mali sunt mortui, time, & delibera quid tibi faciendum sit vel caendum, ne excidas à gratia Dei, quod solum ruinæ immediata est causa.

Secundum Punctum. Considera Christum esse positum in resurrectionem multorum, eorum scilicet, qui eius doctrinam & media salutis ab eo tradita amplectuntur. Tu horum eris in numero, si eadem tibi cordi erunt. An autem sint cordi, hinc dices. Media ad tuam salutem data, sunt leges Dei, Ecclesia, tui Origenis, Directio Superiorum, Vñs Sacramento-

Lancij Opus. Tom. 2.

rum, Exercitium Virtutum, Internæ inspirations, Bona exempla, Beneficia Dei, Aduersitates huius vitæ, omnes denique creaturæ. Si his bene vivatis, id est eo modo & fine, quo Deus & tuus Ordo te illis vult ut, spera Christum esse datum in tuam resurrectionem; sin minus, time, & rebus tuis consule, nec enim securior es Angelis, qui in celo cortuerunt.

Tertium Punctum. Considera Christum suis fe præterea positum in gladium, qui animam B. Virginis pertransisse debebat, eò quod occasio futurus erat intensissimi doloris. Matri sua, tot eius incommoda labores, persecutions, flagella, mortem denique crudelissimam aspectu. Ita suos dilectos tractat Christus. Hæc est tessera carorum Dei & prædestinorum. Dum ergo omnia aduersa, & tuis commodis, voluntati, iudicio, honori contraria refugis, non vis esse in numero electorum Dei. Hoc ponderans, incusa tuam cœcitatem, & te emenda.

Quartum Punctum. Considera Annæ Prophétissa de Christo sermones, quæ non discedens de templo, & iejunio ac oblationibus dedita, die ac nocte confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant Redemptionem Israël. Hæc pondera & imitate.

De fine Christi Nativitatis.

Primum Punctum. Considera finem primum Aduentus Christi quem exprimit Apostolus. Christus Iesu venit in hunc mundum peccatores saluos facere: seu, ut ipse Christus Dominus ait: veni ut vitam habeant, & abundantius habeant: hoc est, non tantum ut careant morte peccati per infusionem gratiae iustificantis, quæ est vita animæ & facit viua opera hominis, sed etiam, ut habeant hanc gratiam per bona opera vehementer auclam. Cùm ergo peccator sis multis modis, gaudie aduenientis Salvatorem. Gratias age sigillatum singulis Divinis Personis pro hoc beneficio. Gratias age S. Angelo qui eum venturum, & postquam venit annunciatu Mariae, Iosepho, & Pastoribus. Gratias age Sanctissimam eius Matri, quæ eum peperit. Et à Salvatore nato, & iam pro te cruentato pete remissionem peccatorum, & ne in illa recidas. Et ex parte tua cooperare ne redeas ad vomitum fugiendo occasions & dispositiones ad hoc, quarum alias fugiendas annota.

Secundum Punctum. Considera secundum finem aduentus Christi, quem his verbis declarat S. Augustinus lib. I. de Consensu Evangelistarum cap. 35. ut congruum saluti nostra dicendo, faciendo, sustinendo, fieret hominibus deorsum exemplum redendi (scilicet ad celum). & eu quia sursum sunt Angelus exemplum manendi. Examina ergo quomodo per ea quæ Christus dixit, fecit, sustinuit, tendas ad celum & corrige da corrige.

Nnn Ter-

Tertium Punctum. Considera Tertiuth sine cui aduentus Christi, qui esti caeleste regnum non esset quarendum, tamen esset iure quarendus a nobis, quem S. Gregorius i. parte Paſt. c. 3, his verbis expressit. *Christus in carne apparuit, ut nos habeat redēptionē seruos, conuersationē discipulos.* Vide igitur quomodo tibi viuendum sit, quid cauendum est, ut verbis, cogitationibus, & factis semper te reipla ostendas Christi seruum redemptum, & conuersationē discipulum.

Quartum Punctum. Considera modum quo finis hic practicandus est, quem tradit S. Ambrosius in Timo. i. *Christus de caelestibus ad terram descendens, terrenū se admisit, ut hominem caelestem efficeret.* Hic perpende proprietates eorum spirituum, qui sunt in celis, quomodo se gerant erga Deum, erga alios celestes, erga mortales, quibus rebus careant & quantum imitetur per huius vitæ statum, caelestem vitam imitare.

In Vigilia Epiphaniae.

Primum Punctum. Considera Dei ordinatum motem regendi res humanas sine miraculis. Tamdiu enim manere Christum voluit in Aegypto, quamdiu viuebat Herodes, quo mortuo, iussit per Angelum Iosepho, ut cum puer & Matre eius iret in terram Irael, hac causa additâ, defuncti sunt enim qui quererant animam pueri. Si ergo ne quidem in Christi gratiam Deus miraculis vesus est, pro te multò minus illa expecta, & ideo ut spiritualium hostium oppugnationem euadas, & viatoriam de vitijs & temptationibus referas, noli expectare miracula, sed cooperationem tuam adhibe, fugiendo nimis occasiones & dispositiones, amonendo impedimenta, conquiendo auxilia ordinaria. Quod an & quomodo facias vide, & te emenda.

Secundum Punctum. Considera quantere sint tibi fugienda occasions malorum, quando & filium suum Deus noluerit manere in Iudea, in qua regnabat Archelaus filius Herodis persecutoris Christi, sed per Angelum iussit, ut scederet in partes Galilee. Et tamen & Deo Patri, & Christo facillimum erat, manendo in Iudea, effugere iterum Archelai, & Beatisima Virgini facile erat impetrare a Deo ne quid cum filio pateretur. Quantò ergo magis tibi declinanda sunt omnes occasions & pericula malorum, idque magis spiritualium, quia haec frequentiora sunt, & grauiora, & curatur difficiliora. Quod quomodo facias examina te, & rebus tuis consule.

Terrium Punctum. Considera loca in quibus Christus habitavit fugiens persecutores; loca vilia, saltem non tam celestia, ut erat Hierosolyma; loca non boni nominis, ut erat Nazareth, de quo dicebatur vulgo: *A Nazareth*

poteſt aliiquid boni esse? Disce hinc Domini iſi causā, non eligere urbes speciosas, cathedras aplauſu plenas, cellas commodas, Scholas, atiores, quin potius Regis & Dei tui exempli, elige quantum per obedientiam licet deri- riora.

Quartum Punctum. Considera Christi humilitatem, qui non tantum loca vilia pro sua habitatione & conuersatione elegit, sed etiam agnomen; Nazareus enim vocatus est, idque non sine Prophetica prædictione de tali agno- mine. Examina ad trutinam huius Christi humilitatis fumos tuos, circa ortum tuum educationem, studia, profectum & his similia, & damnata tua sine ambitione, sine superbia, dilecece exemplum Christi, illud antiquum spiritu- lium virorum monitum: *Ama nesciri, & prouilio reputari.*

In Epiphania Domini.

Primum Punctum. Considera Dei iudicium ab humanis diuersa, qui prius rudes ac simplices pastores & pauperes, idque per omnium quæ tunc erant in celo nobilissimam creaturam, scilicet Angelum, ad Christum natum accessivit, postea Sapientes, & duites Magos ab oriente, non iam per Angelum, sed per stellam eorum statui in stellarum contemplatione occupato se accommodans, vocavit. Ut ostenderet Paupertatis prærogatiuam præ diuinijs, & Christum pro omnium salute etiam diuinitus & sapientium saeculi esse naturam, ut omnium Saluatorem, sine personarum discrimine. Gratiis age Diuinæ charitati, que omnes ad te vocat, gratias age quod te in tali statu collocavit, in quo paupertatis & simplicitatis studio paſtoribus, sapientiæ saeculariæ acquisitione. Magis similis esse potes, & particeps beneficij, trisque concessi, & pete ne à tua vocatione vñquam resilias.

Secundum Punctum. Considera Obedientiam Magorum feruientem, qui statim iter agressi sunt difficile, incommodum, propter solam adorationem pauperi puerulo exhibendam in stabulo, idque non ab alio quam a stella impulsi, non sine tamen Dei motione. A quibus dif- fe sine mora obediunt in rebus que sunt & maiori momenti quam sola Christi adoratio, & magis necessaria ad salutem & perfectionem tuam, & non expectare Angelos, qui inuenient, sed minimo radio Diuinæ lucis ad hoc te excitant contentus esto. Quod an facias vide, & corrigenda corrigere.

Terrium Punctum. Considera fortitudinem Magorum in calcandis humanis respectibus. Nam etsi esset turbatus Rex, & omnis Hierosolyma cum illo, non dubitauit tamen & inquirere locum nati Regis Iudeorum nomi, & eō pergere non curantes quid dicere vel face-

re posset ambitiosus alter Rex Iudeorum ad-
hac superest. Tu examina, quomodo vincas
humanos respectus in rebus facilitioribus, in
rebus tale vita vel honoris periculum non
habentibus, quale habebant isti Magi, qui non
viderunt nec audiuerunt Christum esse occi-
sum pro ipsis, ut tu certe credis. Erubescit igitur,
qui pluris facit hominum favores & iudi-
cia, quam favores & iudicia Dei prote occili,
& te emenda.

Quartum Punctum. Considera affectum quo
Magi inquirebant Christum natum, & ad eum
pergebant, cuius tamen excellentiam, & bene-
ficia ergo humanum genus, & potentiam non
habebant ita perspicuum ut tu habes. Confer
ergo affectum tuum quem habes erga Christum
pro te mortuum, iam in celo te expe-
ctantem cum corona gloriae, iam factum in
Eucharistia cibum tuum, te ad se inuitantem, &
quam ardissimo affectu eum suscipere stude.

Secunda die infra octauam Epiphanie.

Primum Punctum. Considera in Christo nato
amorem Crucis, qui ita Magorum se qua-
rentium iter dedit, ut venirent Hierosolymam
ubi tunc residebat Herodes, sed ad inter-
nacionem quæsitus, ut ita initium fieret per-
secutionis, non in opido infrequentis, sed
in frequentissima & præcipua ciuitate & Re-
gia Herodis. Ita D. Iesus tui causa non tantum
non refugit Crucem, sed querit maiorem ac
maiores. Tu delicate Christi imitator, consti-
tue te ante conspectum huius Regis tui, &
quoniam eius caula Crucem refugias, vel
certè minorem & quam leuissimam ingeniose
& artificiose quæras perpende, & erubescit,
& seriam hac in parte promitte Regi tuo eme-
dationem, annotatis præcipuis occasionibus in
quibus Crucem declinare soles.

Secondum Punctum. Considera causas ob quas
Christus se Hierosolymis nominari & quæsi-
volens, non alio titulo se insigniri voluit, quam
Regis Iudeorum. *vbi est qui natus est Rex Iudeo-*
rū? & ex singulis fructum Spiritualem de-
cerpe, tum ad anadūm hunc nouum sed pau-
perem Rēgem, tum ad te excitandum ad eius
fidele obsequium, qui & natus & mortuus, eodem
titulo Hierosolymis insigniri voluit.

Tertium Punctum. Considera sinceritatem
Magorum, qui ut Sapientes viri & terum ex-
periencia prædicti, et si cogitare poterant non fore
iucundam Regis noui inquisitionem in curia
Regis alterius eidem genti imperantis, tamen
candidè aperuerunt quo animo venerant *veni-
mus adorare eum*, Disce hinc ab Ethniciis sine-
titatem in agendo, quia latius est pati aliquid
ab hominibus, quam ultra uti, & occultum
esse in loquendo & agendo. Nam tandem
Deus sincerati finem bonum conciliat, etiam

Lancij Opus. Tom. 2.

in hac vita, & *vitius post nubila Rhaius.* Tu ex-
amina te quam sincerè cum tuis maioribus &
æqualibus agis, & corrige.

Quarum Punctum. Considera causam turbati-
onis Herodis Regis suum inordinatum sui
& excellentię Regis amorem, timebat enim
ne Rex nouus iste sibi regiam adimeret excel-
lentiam. Et quidem quod homo impius hoc re-
turbetur, non est ita mirum, et mirum est quæ-
piam Religiosum est, eum, qui mundanas
pompas reliquerit, & eo animo statum Reli-
giosum delegerit, ut mundi gloriam sperneret,
ut Christi humilitatem se ferret, turbari ob-
metum perdenda, vel non consequenda, alie-
nis gloriola seu commodi longe minoris
quam fuerit sceptrum regium Herodis. Vide
ne forte talis sis, & deplorata tua hypocriti &
fastu, id te ipsa se ferre, quod habitu & statu
profiteris.

Tertia die infra octauam Epiphanie.

Primum Punctum. Considera turbationem
totius Hierosolymæ subsecutam ad exem-
plum turbationis Herodis, & in ea Tria per-
pende. 1. Adulationem plebis, quæ cum mul-
ta iniqua ab Herode patetetur, tamen affen-
tandi studio turbari se ostendit nuncio noui
Regis aduentantis. 2. Christi persecutionis di-
latationem usque ad totam ciuitatem frequen-
tem pertingentem. 3. Quam perniciolum sit &
pericolosum malum unius exemplum, alios
quoque ad eandem improbitatem accersens.
Et ex singulis decerpit aliquid emolumenti
pro mortuorum reformatio[n]e.

Secondum Punctum. Considera prudentiam
Herodis, qui locum Christi nisi certe intel-
ligere volens, non aliunde id discere voluit,
quam a Sacerdotibus, quos ob hanc caulam
conuocauit. Poterat ipse id in S. Scriptura in-
uenire, poterat ab aliis sciscitari legis peritis,
maluit tamen Ecclesiasticos consultare. Disce
exemplo impii Herodis, a throno Sacerdotali
confilia petere, non fidere tuo iudicio, preser-
tim cum ea sit Dei voluntas, tibi & per Scrip-
turam & per leges tui Ordinis, & per mo-
rem omnium Sanctorum declarata, & fru-
ctu multiplici confirmita. Quod an facias vi-
de, & si quid sit corrigidum corrige.

Tertium Punctum. Considera simplicitatem
primitivæ Ecclesie, & sequentis, in qua eti[am]
multi docti erant, qui bene aduerterunt id quod
Evangelista Mattheus refert, responsum da-
tum a Sacerdotibus discrepare a verbis Pro-
phetæ Micheæ, quæ citando indicabant Hero-
di locum Nativitatis Christi, tamen nec Eu-
gelistæ veritatem vocarunt in dubium, nec
sacerdotale responsum ut falsum imputo-
runt, sed conciliare conati sunt cum verbis
Prophetæ, idque congrue fecerunt. Hoc disce-

Nnn 2 exempla

exemplo, omnia sancta Ecclesia & Ordinis tui Superiorumque tuorum bene interpretari, etiam si quandoque politico iudicio remetiendo, aliud statendum videretur, tibde intellectum tuum semper in obsequium Christi. Et crede Deo qui te non decipiet per Vicarios suos, etiam si eos in praxi errare contingeret, sed efficiet, ut cum fructu tuo cedant omnia, ut & experientia docet multorum, & æquum est cogitare de Divina Sapientia potentissimam providentiam, cui te commisisti propter ipsum Deum.

Quartum Punctum. Considera felicitatem tuam, quam adserit tibi tam frequens Christi in te cōmoratio per SS. Eucharistiae suscepionem. Si enim Bethleem merebarum commendationem, eo quod ex illa Christus ortus sit, quantò magis anima tua felicior est, quæ Christum recipit tam sacerdotem, non passibilem sed gloriosum, non laborantem pro tua salute, sed iam consecutum ius ad te saluandum per merita sua, quorum valor compleri debuit morte in Cruce. His & alius Antithesis ponderatis & tuā felicitate agnitis, vide quid te deceat facere, qui dignus es factus, ut tam frequenti hospitio excipias Dominum tuum, & omne bonum tuum Dominum Iesum Christum.

Quarta die infra octauam Epiphaniae.

Primum Punctum. Considera titulum quem Spiritus S. dedit Christo locum eius Nativitatis assignans, ex te exiit Dux qui regat populum meum Israël, seu, ut ait Michæas, qui sit Dominator in Israël. Cum ergo Christus sit Dux, Dominator, seu Rex tuus, ita te gere in hac Curia eius, scilicet in hoc statu ad quem vocatus es, quemadmodum aulici solent boni. In aulicis autem bonis quatuor imitare. 1. Magnam reverentiam cum qua ante Regem stant. 2. Maiorem solicitudinem de exequendis iussis Regis, quam de propriis cōmodis. 3. Executionem rerum à Rege iniunctarum fidelissimam, etiam si toleranda sint maxima incommoda. 4. Vitam minus commodam, quam sit Regis, & magis laboriosam. Quomodo hæc in te sint, vide.

Secundum Punctum. Considera astutiam Herodis iniurilem, et si enim à Magis didicit tempus stellæ, quo eis apparuit, & per eos doceri voluit ubi Christum posset inuenire ad trucidandum, simulans se adoraturum eum, tamen id non est consecutus. Hinc disce fugere simulatum agendi modum & insincerum, & ab animi proposito discrepantem: nam & per se malus est, & opatos non habet successus. An si ceterè procedas vide, & corrigere corrigenda.

Tertium Punctum. Considera prudentiam Magorum, qui etiā radij stellæ praevuntis diuinū docerentur, tamen voluerunt & ab ho-

minibus instrui de loco Christi nati, vt ad diuinā præsidia etiam humana adiungenter, vt suadebat S.P. Ignatius faciendum. Hic confusione occasionem atripe, qui sacerdotia humana queris auxilia, etiam si diuina non habeas talia, qualia habuerint isti Magi, sed tuo fidens iudicio, multis te periculis errorum via spirituali, & in alijs negotijs exponis. Hoc agnosc, & te emenda.

Quartum Punctum. Considera Dei auxilium quod Magis adfuit per iteratum stelle denuo apparentis ductum, usque ad locum pueri Iesu durantem. Hic contemplare pios affectus quos boni illi Magi id corde habebant videntes stellam præuentem, & simili modum quo vni sunt in finiendo illo itineris res duo, & eos in spiritu comitare cum desiderio adorandi Iesum, & bona optata ab illo impetrata reportandi.

Quinta die infra octauam Epiphaniae.

Primum Punctum. Considera honorem quæ exhibuerunt Christo puerulo Magi: precantes adorauerunt eum, vbi tum corporis exteriorem reverentiam, & in ea situ inture, & internum Magorum adorantium affectum. Quibus afflacia tuum quoque affectum, & Christum vnam cum illis adota. Et vide an simili affectu & modo exteriore, illum in templo, in cubiculo, & alibi adorare soleas, & te cum tali reverentia in praesentia diuina Mæstatis gerere. Et quod corrigendum inuenies, corrigere: ponderatis cauts adhibenda magnæ reverentia in conspicere Diuinæ Mæstatis vbi exsistens & omnia videntis.

Secundum Punctum. Considera munera quæ Christo Magi obtulerunt, non qualiacunque, sed copiosa: id enim significatur illis verbis: Aperti thesauri suis obtulerunt ei. Nam ad rem parvam offerendam, non fuit opus aperte thesauros. Disce hic liberalem te Deo exhibere, quem nosti melius quam norint illi: & vide liberaliter non vocari eum qui dat id tantum quod debet, sed qui ultra debitum, dat aliquid, idque largâ manu. Tu talis an sis considera, & qualis esse debetas erga Deum statue.

Tertium Punctum. Considera in particulari, species munierum Christo allatorum Aurum, thus, & mithram. Orientales enim erant, id est atulerunt ea quibus abundant Orientales. Hoc & te facere Deo par est. Si illa obtuleris Deo quibus abundas, multum obtuleris. Nulla re abundas magis quam tempore, quo etiā nolis, quamdiu viuis, carere non potes. Hoc totum offer Deo, gratum munus, obtuleris. Vide ergo ne illud otio consummas, ne rebus minus necessarijs & utilibus, relixis magis utilibus & necessariis. Quod an facias, vide,

XXI. DE PIIS ERG A D E V M ET SS. A F F E C T I B.

vide, & pōndera, quanta felicitas sit habere tam multum temporis, cuius quānis particula minima, æternos gloria æternæ gradus tibi perpetuū cumulare possis. Utinam hoc penetres, & scias hac ratione coaceruare tibi innumeros gloria cœlestis thesauros. Nam qui parē seminat, parē & metet.

Quartum Punctum. Considera mysticam significacionem horum munerum. In auro, canit Ecclesia, ut ostendatur Regia potentia, in thure Sacerdotem magnum considera, & in Myrrha Dominicam sepulturam. Tu Christo ut Regi seruias fideliter: & ut Sacerdotem pro te suum sanguinem in Cruce, & leipsum totum in sacro altari, quotidie immolantem, redam feruenter: & ut myrra potatū, & pro te occisum, in crucis amore, & tolerantia aduersitatum hilari, imitate.

Sexta die intra octauam Epiphaniae.

Primum Punctum. Considera conditions seu proprietates auri, easque mysticæ applica voto Paupertatis, in quo annotatis tuis si quæ sint imperfectionibus, eas defle, & promissa emendatione renoua hoc votum, & iterato offer Domino.

Secundum Punctum. Considera proprietates & usum thuris & voto Castitatis applica, ut ad eam calendam perfectius te excites, & defectibus circa eam deploratis, propone emendationem & votum hoc renoua.

Tertium Punctum. Considera Myrræ amara vsum & effectus, & voto applica obedientię, & similiter defectus hac in parte tuos cum dolore reminiscere, defestare, & votum ipsum renoua.

Quartum Punctum. Considera causas ob quas ceteris paribus, oblatio horum trium votorum sit magis grata Christo, quam fuerit oblatio, auri, thuris, & myrræ: ut hinc agnoscas felicitatem tuam, qui vocatus es ad statum ad eum Christo Domino gratum, & te excites ad amandum eum magis, & ad vota tua perfectius obseruanda.

Septima die intra octauam Epiphaniae.

Primum Punctum. Considera internos Christi Domini affectus, & externum oculorum intuitum, quo excipiebat aduentum, adorationem, munera Magorum. Et tenero animi sensu Christum aspiciens, gulta eius plenos amore diuino affectus erga Magos, & excita te ad Christum honorandum, verbis, factis, oblatione munerum, ut dignus sis quem è throno cœlesti aspiciat eo affectu, quo ex fascis aspiciens Magos.

Secundum Punctum. Considera latitudinem B. Virginis, cum videret Christum à Magis ho-

Lancij Opus, Tom. 2.

norari, tu quoque eam in te excita, tum ob illam adorationem, tum ob eum cultum qui Domino tuo per totū orbem defertur maximè ab animabus perfectè viuentibus, & accende cor tuum ad vitam Sancte instituendam, ut possis esse Beatissimæ Virginis & SS. Angelis ac Spiritibus Beatis causa lætitiae, imo & ipsius Christi cor exhilarates.

Tertium Punctum. Considera quid S. Joseph secum ruminaret, dum videret Christum ita adorari & visitari, primò à Pastoribus, deinde à Magis, & aliquid emolumenti decerpe ex hac consideratione optimi Christi nutriti.

Quartum Punctum. Considera quid cogitauerint illi Magi visâ Christi eti pueruli Diuinâ, procul dubio, in illo corpusculo Maiestate & simili paupertate, & ex singulis proficeret stude.

DOMINICA INFRA OCTAVAM EPIPHANIAE.

Veloctaua Epiphania vel prima post Epiphaniam.

Primum Punctum. Considera Magos hos ad Christum adorandum Diuinitus vocatos, fuisse primitias gentium ad Ecclesiam Christi ex gentibus conflandam Deo oblatas. Considerat autem huius Ecclesiæ excellentiâ, & ratione Legislatoris seu Fundatoris eius Christi in catne, & ratione Sacramentorum, aliorumque mediorum copiosorum ad cōsequendam salutem æternam, & ratione tot Sanctorum qui in ea floruerunt; gratias age Domino quod in Magorum vocatione quocdammodo iccerit fundamenta sua Ecclesiæ, & quod te eius membrum fecerit. Roga quoque ut eam augeat inter infideles & hæreticos, & te faciat viuum & illustre illius membrum, ad maiorem sui nominis gloriam: quod cur tibi sit procurandum, & qua ratione, perpende, & te ad studium magnæ perfectionis accende.

Secundum Punctum. Considera causas cur uti S. Iosephum, ita & hos Magos Deus non in vigiliâ sed in somnis monitos voluerit, de rebus sue faciens sue vitandis, & ex singulis fructu aliquem spiritualem decerpe.

Tertium Punctum. Considera salutare Dei cōsilium Magis datum ne redirent ad Herodem, & per eos nobis quoque, ut disceremus fugere occasions malorum, maximè animę nocentium seu pericula peccatorum, quæ sunt maiora, quam mors vel persecutio corporalis, ad quam declinandam vetiti sunt Magi ad Herodem reuerti. Non vult Deus, eti possit, impedita mala in quæ se coniuncti qui amant malorum pericula. Tu an & quomodo hac in parte procedas, vide, & statue quid deinceps agere debebas, & quomodo fugere occasions peccatorum.

N n n 3 Quar-

Quartum Punctum. Considera cautelam Magorum & Obedientiam, qui non tantum non redierant ad Hebreos, sed eti per illam viam per quam venerunt poterant declinare eius conspectum, maioris securitatis gratia, viam prorsus diuersam inierunt. Disce hinc, non tantum proximas sed etiam temotas fugere occasiones peccatorum. Disce negotia salutis, non quali quali securitate, sed quam maximâ promouere, & in omnibus rebus eligere patrem securioriem, maximè in rebus ad conscientiam spectantibus, ideoque fuge laxas opiniones, plurisque facias aeternitatem quam temporale aliquod commodum, cum periculo aeterna salutis etiam remoto. Quod an & quomodo facias vide, & corrigere corrigenda.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam primam Epiphaniae.

Primum Punctum. Considera Christi humilem erga Deum pieatatem, qui duodecim annos natus, etiæ bene posset Deum domi colere, iuit tamen cum Iosepho & Matre ad templum Hierosolymitanum aliquot dieturum itinere à domo sua seiuustum, vt legi Diuinæ quâ id præscribatur maribus, mortem gereret, eti ab obligatione eius seruanda liber erat. Disce hinc non omittere quædam quæ eti non videntur absolute necessaria, sive ad salutem, sive ad perfectionem, sunt tamen à piis visitata sive tyronibus sive alijs. Et facta ad vitam tuam reflexione, corrigere corrigenda.

Secundum Punctum. Considera modum quo Christus iter illud ad templum peregit, quo oculorum aspectu, quo motu manuum, quâ inflexione membrorum, quo progressu pedū, tardo vel celeri, quâ sermonis copia vel taciturnitate, quo vocis sono, quo in diuersorū agendi, comedendi, bibendi, loquendi modo, & ex singulis proficeret stude.

Tertium Punctum. Considera deuotionem Christi in templo orati, quoad affectus internos, quoad situ corporis extermum, quoad moram temporis in orando, quoad locum orationis, in hac vel illa templi parte, quoad sensum custodiā. Et ex singulis decerpere necessaria documenta ad emendationem morum tuorum facta eorum collatione cum moribus Christi.

Quartum Punctum. Considera affectum Patris aeterni, & SS. Angelorum Christum orantem aspiciendum. Quos te aspicere imaginare & gustare tam acceptas fuisse orationes Christi, & hoc viso accende te ad studium feruentissime orationis, vt dignus sis quæ Patri aeterni cum Sanctis suis iucundè aspiciat orantem, & sua dona oranti copiose largiat.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam primam Epiphaniae.

Primum Punctum. Considera causas ob quæ Deus in lege veteri iussit omnes masculi singulis annis in loco ad sacrificium definato apparere, & cur fæminas ad hoc non obligavit. Et collatis nostris templis & sacrificiis, majorique eorum excellentia bene pondera, excita in te magnum affectum ad frequenda tempia & sacrificia nostra, ob multiplicem fructum & consolationem.

Secundum Punctum. Considera liberalitatem Mariæ in colendo Deo, qua eti peccatis non esset obnoxia, eti esset plena gratia, eti regnè bene potuisset Deum colere domi atque in templo, maluit tamen ad templum se conserue religionis causa, ad quod tamen nulla Dei lega adigebatur, quæ pro solis maribus lata erat. Confer te & tuas necessitates cum B. Virgine, & ex hoc exemplo proficeret stude.

Tertium Punctum. Considera Christi resolutionem in procurando honore Patris eterni, ob quam non habito respectu Mariæ & Iosephi inde dolorem habituri, remansi in templo ad tractandum cum legis Doctoribus tu dicas non curare humanos respectus, vbi agitur de re ad Deum spectante, & te opponere tuis equalibus, si id res postulat, quando Deus Sanctissimæ Matris lucæ & Iosephi rationem non habuit. Facta autem reflexione ad tuos mores, vide quam sapere & humanos respectus non habes respectum Dei, & rerum eius, quod quam turpe sit & noxiū, perpende & te emenda.

Quartum Punctum. Considera Christi modestiam simul & humilitatem, qui ut nota S. Greg. in medio Doctorum sedebat non dominus interrogans, eti per diuinitatem potentiam urbium scientia ipsi suis Doctoribus ministrari. Disce hinc omnibus Dei seruis familiarem humilitatem, qui etiam in rebus manifestis & bene fisi notis recurrebant ad consilia maiorum, quod & in rebus ad studia spectantibus, & in spiritualibus, & in rebus proxim concernentibus viti accurati & prudentes in more habent. Tu rei huius vel necessitate vel utilitate ponderata, facta ad te reflexione, vide, & statue quid ibi faciendum.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam primam Epiphaniae.

Primum Punctum. Considera quæ modestia & humilitate Christus Dominus sedet in medio Doctorum in templo, tum ob loci reuerentiam, tum ob obseruantiam Doctorum, quæ item modestia interrogabat eos, & interrogantibus respödebat, & ex singulis mores tuos ad Christi normam confirmare stude, improbatis prius defecatisibus tuis hac in parte.

XXI. DE PIIS ERGAE VMETISS: AFFECTIB.

1713

Secundum Punctum. Considera rationem vias quā Christus Dominus à parentibus relietus, se triduo sustentavit, nimis ut S. Bonaventurę, & quibusdam alijs placet, cibo emendato usus est. Hic tenero animi affectu aspice Christum plateas obeuntem, & mendicantem, & postea se reficien tem. Quo spectaculo ad commiserationem te excita, & ad gratiarum actionem pro tanta demissione, & incommoditate tui causā tolerata, ac ad paupertatis amorem & studium frugalitatis; & tuas in vietū quærendo nimio, vel delicato cupiditates damna.

Tertium Punctum. Considera piam Mariae & Iosephi incuriam, qui abiuerunt Christo relicto Hierosolymis, existimantes eum esse in comitatu cognitorum & notorium. Non enim egabat majorum, quibus erat subiectus custodia. Hinc disce non facile improbare omissiones quasdam aliorum, & proximos accusare incuria: contingit etiam Sanctissimos & ocularissimos multa negligere nullā suā culpā. Quin potius dīcē executare omnia, vt ille apud S. Dorotheam, & monditioni & imminiditatem cellarum visarum ad piam causam referebat. Quod an facias vide, & corrige temeraria tua iudicia.

Quartum Punctum. Considera mysterium quod in loco in quo inueniens est Christus latet. Cor enim non in alio loco inueniens est, sed in templo, in loco Orationis! Deo dicato? An non & que potius inuenienti in foro, in campo in profana æde: Causam huius rei inquire, & proficere stude.

Feria quinta post Dominicam primam Epiphaniæ.

Primum Punctum. Considera valde insignem prudentiam & decorum eloquii quod elubebat in Christi responsis datis Doctoribus, ob que astantes omnes stupebant. Gaudet Dominus tuum in tenera adhuc ætate, adeo in opinione bona fuisse apud illos, & perspende, quām pulchrum sit, & Religioni honorificum si inter externos eius filij ita versentur, vt suis egregijs agendis & loquendi modis rapiant alios in admirationem, & commendationem virtutis. Hoc quam sit necessarium cogita, & an talis sis vide, & talis esse stude.

Secundum Punctum. Considera Marię in loquendo humilitatem, quā vix obseruauit S. Augustinus, facta mentionem sui & Iosephi primo loco & ordine Iosephum nominat, nō se, et si esset vera Christi parentes, non ita Iosephus. Ecce, inquit, pater tuus, & ego, dolentes quærebamus te, ita & in verbis misericordis, & in ordine ac modo loquendi se vera & profunda humilitas prodit, & nihil etiam si paruum contemnit, sed omnes occasiones humiliationis quā-

rit. Quod an tibi sū familiare, vide, & corrige corrigere.

Tertium Punctum. Considera quanti sit facienda etiam sola localis præsentia Christi, quē eti Maria & Iosephi per gratiam, & ratione Divinitatis sibi præsentem habebant, quia tamen corporaliter non habebant, dolentes quererant euni. Hinc agnosce, quanti facienda sit Sacra Communio, in qua corporaliter præsentem habemus Christum, & quidem modo longe præstantiori & mirabiliori quam fuerit dum in domo Mariæ aspectabilis viceret. Cur ergo non cum eo animi ardore eum in Eucharistia quæris, quo dignus est? Cur postquam eam receperisti, iedio afficeris in solito, cum eo colloquio, & ad distractiorias occupationes debito citius te præteripis? Erubescere, veniam pete, & in posterum quære eum ardentius, conuercere cum eo inuenire diutius.

Quartum Punctum. Considera titulum à Mariä Iosepho datum. Ecce pater tuus & tamen vere Pater non erat Christi Iosephus, sed solus Deus. Nec tamen hanc ob rem aut Christus indignatur, aut Maria mendax dici meretur. Hec pondera, causas inquire, & applicando ad proxim, disce, non facile indignari alijs nō propriis loquentibus, nec contumeliam aut contemptum tu existima omnia ea quæ id forare videntur. Quod quomodo facias considera, & assuefcere bene omnia interpretari.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam primam Epiphaniæ.

Primum Punctum. Considera, & profundè in corde & ore tuo imprime illa Christi verba: *In his qua Patris mei sunt oportet me esse:* quibus, vt pat est quotiescumque se offert occasio te retrahens à piā aliquā re ad Dei obsequiū sp̄ecante quoties offert se occasio regulam aliquam transgrediendi, & his similia, si non verbis, certè factis responde. *In his qua Patris mei sunt oportet me esse.* An autem ita facias, vel potius malis esse in his quæ mali socij, verbo vel exemplo suadent, vide & erubescere, veniam postula, & tales socios noxios declina.

Secundum Punctum. Considera multiplicem necessitatem quam habes ad totam vitam tuā occupandam in his quæ sunt Patris tui cælestis, tum vt ita satisfacias pro peccatis tuis & aliorum, eumque places, tum ob spem præmij tum quia ista est Dei voluntas, tum quia iste est finis vocationis tuæ, tum alias ob causas quas ipse iuuenies. Examina ergo omnes diei horas, omnes occupationes tuas, vt agnoscas an ex sint tales, & tali modo factæ, vt meritò dicendum sit te in iis quære ea quæ sunt Patris tui cælestis. Sin secus, dole, deſte tuam societatem, & te emenda.

Nnn 4 Trr.

Tertium Punctum. Considera necessitatem gratiae Christi abundantis, ob cuius defectum dicitur Ioseph & Maria ab Evangelista non intellexisse illa Christi verba erisi clara: *In his quæ patris mei sunt oportet me esse*, quia scilicet nondum plenè omnes intelligebant, quæ essent res illæ Patris æterni, in quibus Christum oportebat occupari. Ideo satis non est audire verba & monita salutaria si Christi desit plenior gratia. Hinc ijsdem verbis conuertitur unus, alter nequam. Quocirca dispone te ad uberem Christi gratiam. Ad quod quid necessarium sit cogita & habere stude.

Quartum Punctum. Considera Christi obedientiam, qui ut suorum voluntati morem gereret, relicto templo rediit in Nazareth & erat subditus illi. Pondera hoc, & simul quām infinito intercalio fuerit præstantior Mater sua & Ioseph, & quām non teneretur esse illis subditus, & tamen erat subditus illi, idque non tantum loco, sed factis perfectissime. Hinc disce, quomodo sit tibi obediendum, quām accuratè, & qui hac in re defectus sint tibi fugiendi.

S A B B A T O.

Post Dominicam primam Epiphania.

De B. Virginie. Sumens illud Ave.

Primum Punctum. Considera in quo corporis situ vel iacentem, vel stantem, vel sedentem, vel stantem, vel ambulantem inuenientur Gabriël Archangelus B. Virginem dicturus ei: *Ave gratia plena*, &c. &c ad mores tuos facta reflexione, decerpe qua necessaria videbuntur ad eorum emendationem.

Secundum Punctum. Considera quos affectus mentis habuerit B. Virgo, audita hac honorifica salutatione *Ave gratia plena*, tum eos ponderando qui in Euangeliō descripti sunt, tum alios, quos pius est adscribere gratissimæ & SS. Virginis. Et ex omnibus facta ad te reflexione, collige aliquem fructum Spiritualem.

Teritum Punctum. Considera verba prima Angeli *Ave gratia plena*, & in ijs quantam Virgo habuerit gratias plenitudinem, & quam tu parum habeas gratias, cum tamen posses perpetuò in ea crescere si perpetuò tempus expenderes in actionibus factis ob finem supernaturalem habens conscientiam mundam à mortali peccato: statue ergo quomodo in posterum debetas crescere in gratia.

Quartum Punctum. Considera modum quo S. Gabriel hæc ad eam verba in aspectibili specie dixit, quo gestu, quo oculorum intuitu, quo oris compositione, quālī voce, quām sonorā, quā reverentia: & singula cōser cum actionibus tuis, ut in illis emendas defectus in lo-

quendo tuos, & cum maioribus, & cum minoribus, & cum Angelis mores induas.

D OMINICA SECUNDA.

Post Epiphaniam.

Primum Punctum. Considera modum quo se gesserunt in Nuptiis Mater Domini Iesu, & ipse Iesu Dominus, cum discipulis suis in loquendo, sedendo, comedendo, bibendo & facta ad te reflexione, & ad similes actiones tuas, ex Singulis proficere stude.

Secundum Punctum. Considera finem ob quem Christus Dominus, & honestissima Mater eius, ac discipuli verecundiā pleni, non sunt de dignati ire ad convivium nupiale: nec enim ob hilaritatis mundanæ gustum captandum, non ob cibos lautiores, non ob inutilia colloquia & fugam laborum ac distractiōnem amorem, cō se cōtulerunt, sed ob alios fines excellentes, ad Diuinæ gloria propagationem relatios, qui quales fuerint, & qui per te inquire, & quomodo eos ibi quiescent perpende, & facta ad te applicatione, fructum spirituale inde deceper.

Teritum Punctum. Considera piam B. Virginis solitudinem, quæ deficiente vino dirit ad Iesum: *vinum non habent*. Delectate in hoc tenore Charitatis Virginis affectu erga indigentes. Gratias ei age, & magnam spem concipe, etiam te tacente SS. Matrem pro te intercessoram in necessitatibus tuis si fueris dignus hac eius benevolentia, ad quam habendum quid te facere oporteat cogita, & hoc procurare stude.

Quartum Punctum. Considera moderationē animi in Christo, qui eti posset statim miraculosè vinum propinare conuiuis, noluit, sed paulò post id fecit, vt discas in rebus quoque bonis frenante voluntatis impetus, & non statim, nec festinanter ea exequi, quæ aliquando exequenda sunt, sed eo tempore quo iusta necessitas exigit, ut ita sis dominus tui & actionum tuarum, & non sequaris affectuum tuorum imperium, sed eum regas, & potius recta rationis imperium sequi inuebas. Quod an facias vide, & corrige corrigenda.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam secundam Epiphania.

Primum Punctum. Considera Christi responsum B. Virginis datum: *quid mihi & nūi*? mulier in nondum venit hora mea. Vbi duo pondera, 1. Christi libertatem ab humanis respectibus vacuam, qui etiam Marti petenti negavit pro eo tēpore id quod petebat, 2. Nō statim à Deo exaudi.

exaudiiri etiam Santos iusta petentes. Et hinc disce tum perseverantiam in orando, etiam si non statim exaudiare, tum etiam nec propter respectum virorum magnae authoritatis quicquam facere, quod facere non oporteat vel non deceat. Quia in re quomodo te geras vide, & corrige corrienda.

Secundum Punctum. Considera verba B. Virginis ad ministros conuiuij, quodcumque dixerit vobis, facite certa de auxilio, modum propoñit id obtinendi quo egebant, scilicet perfectam obedientiam. Hæc verba tibi dicta puta, eaque exequere, si vis id habere à Deo quò indiges. Ne mitere autem, quod multa petas nec obtineas, quia Christum non audis. Reuoca in memoriam eius quadam consilia data in Evangelio, id agnosces, ideoq; da operam ut ea excusare.

Tertium Punctum. Considera modum quo Christus vinum diuinum convivis suppeditauit. Implete, inquit, hydrias aquæ illi vero impleuerunt eas usque ad summum. Hinc disce res à Deo imperatas perfectissimè exequi vti isti ministri nuptiarum, non contenti quomodo cumque implere hydrias, eas quām optimè potuerunt impluerunt, scilicet ad summum. Vnde mirum non est, Christum hanc perfectam obedientiam eis compensasse. Tu percarre præciuas occupationes diurnas quas obis ex Dei voluntate, & vide an eas ita perfectè obeas sicuti posseis, & inculata tuâ socordia, noli mirari quid in te non cernas ea Dei dona quæ servi Dei perfecti à Deo percipiunt. Propone itaque emendationem.

Quartum Punctum. Considera causas ob quas Christus primum hoc miraculum non alibi fecit quām in nuptiis, et si id temerariae linguae carpebat potuisse, quāl faveret luxui & ebrietati materiam suppeditasset, & non alià in re quām in vini mita effectione, & aquæ transmutatione: & fructum hinc spiritualem deinceps.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam secundam Epiphaniae.

Primum Punctum. Considera Agnomen Christo datum à S. Ioanne Baptista. *Ecce qui tollit peccata mundi.* Primum enim tollit ea satisfactionibus variis in proprio corpore peractis quod fame, siti, astu, frigore, laboribus, incommodis aliis, morte denique ipsa exercitatum obtulit pro peccatis nostris, non sine internis in animo doloribus & angotibus. Hor modo atroci quo sustulit Christus Dominus peccata mundi pôderato, tum gratias age ardenter pro tanta charitate, tum vide quantopere deceat te satisfacere pro peccatis tuis: quod an facias, considera, & propone emendationem saltem in toleran-

dis iis quæ te affligunt, & quæ tibi in vita accidunt, plura enim pro solis tuis peccatis ventiabilius mereris.

Secundum Punctum. Considera secundum modum quo Christus Dominus tollit peccata mundi, scilicet per Sacraenta ritè suscepta, præsertim penitentia & Eucharistia. Vbi immorare grato animo perpendendo efficaciam horum Sacramentorum ad tollenda verè ex animabus nostris omnia peccata, idque facile. Gratias age Deo pro tanto beneficium & vide quām gratus sis pro tanto beneficio & quomodo eo utaris.

Tertium Punctum. Considera tertium modum quo Christus Dominus tollit peccata mundi, scilicet per auxilia supernaturalia gratiæ suæ, quibus illuminando intellectum, & excitando voluntatem auertit corda nostra à peccatis, & efficit in nobis varios actus bonos, quibus excluduntur ex animabus nostris, nostra peccata, dum scilicet vel ea detestamus ex animo, dum de illis dolemus ardenter, dum Deum super omnia diligimus. Vbi perpende in tua potestate esse frequenter elicere tales actus peccata excludentes, quia Dei gratia præstò tibi est. Cut ergo hac in re legnies & tepidis, cum tamen multis sciatas quotidianis peccatis.

Quartum Punctum. Considera quartum modum quo Christus Dominus tollit peccata mundi, scilicet per homines, qui bonis exemplis, consilii, reprehensionibus, paenitentia, alios vt peccata fugiant, & ne in illa labantur. Gratias age Domino pro hoc beneficio valde necessario, & inde quomodo utaris his mediis ad uitanda peccata propria, & si quid emendandum est in vita tua, emenda.

FERIA QUARTA.

Post Dominicam secundam Epiphaniae.

Primum Punctum. Considera humilitatem Christi qui venit à Nazareth Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt ab eo baptizaretur illo baptismio, qui ut ait S. Thomas pat. 3. q. 38. a. 3. ad 1. erat Protestatio quadam, quā profitebantur homines se penitentiam atturos, quā tahen penitentiā Christus non egebat, nec egere poterat utpote impeccabilis. Confer hic superbiam tuam cum hac Christi humilitate, quām saepe malus haberi non vis, cum verè sis talis, quām saepe signa penitentia non vis exhibere, cum deberes, & detestare tuam vanitatem ac te emenda.

Secundum Punctum. Considera alterum finem baptismi à Christo suscepisti, scilicet ut quemadmodum obseruavit S. Ambrosius l. 2. in Lucæ. c. vii. suo exemplo ad baptismū illum suscepīendum hortaretur. Hinc agnosce quām grata sit Christo

Christo Domino boni exempli exhibitio, que
an tibi non tantum ob ahorum bonum, sed etiam
ob tuum proprium commodum sit cordi,
vide, & ut cordi sit motius aliquot id tibi per-
suade, præferrim ipso Christi exemplo quem
imitari debes.

Tertium Punctum. Considera verba Ioannis ad Christum ante baptismum; Ioannes enim prohibebat Christum dicens. *Ego à te debeo baptisari, & tu venis ad me?* Ex quibus verbis disce quantum est in te fugere officia speciosa, nec contraria esse obedientia talium rerum fugam, dummodo tamen sit coniuncta cum plena resolutione animi ad faciendum quod tandem absolute nobis iniungitur. An autem res speciosas fugias, an vilibus delecteris vide, & si quid emendandum sit sine domi, siue foris sine in officio, siue in sessione, siue in aliis occa-
sionibus emenda.

Quartum Punctum. Considera modum quo Christus baptizandus Iordanis fluvium ingressus est, & quo suscepit aquam baptismi à Ioanne, & quo vius est in egressu ex aquis Iordanis, & facta ad te reflexione eius exemplo profice-
re stude.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam secundam Epiphanie.

Primum Punctum. Considera causas ob quas Christus baptismum à Ioanne id disuadente suscepturnus dixerit sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Namirum quia profunda cordis & operis humilitas cum vita exemplari coniuncta est via ad assequendam omnem iustitiam, & quodammodo est implatio omnis iustitiae. Quod quomodo verum sit per-
pende, & te ad hoc ipsum diligenter excita.

Secundum Punctum. Considera præmium Christi humiliationis. Ut enim ascendet ex aqua, videt cœlos apertos, & spiritum S. corporali spe-
cie sicut columbam descendenter & manentem super se. Quod ac si præfens esses mente aspiciens, gratulare Christo Domino hunc honorem, gaude tenerè ob illum, & excita te ad studium faciendi res Deo placentes, qui nil sine remuneratione transire facit.

Tertium Punctum. Considera causas ob quas Spiritus S. supra Christum apparitus non alia specie quam columba se spectandum præ-
buerit. Et ex singulis stude fructum aliquem decerpere.

Quartum Punctum. Considera vocem cœlitus demissam supra Christum. *Hic est Filius meu dilectus, in quo mihi complacui.* O quam magna laus est ista, quam ingens bonum placete Deo esse Deo dilectum. Hoc ponderato, inquire quid factò opus sit, ut dilectus Dei euadas, & is in quo sibi Deus complacat, & hoc omni cona-
tu acquirere stude.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam secundam Epiphanie.

Primum Punctum. Considera quid spiritus S. M. efficerit in humanitate Christi post defec-
sum in eam specie columba: scilicet expulit eum id est efficaciter impulit ad eundem in des-
tum, & quidem ex fine vi tentatur à Diabolo: unde dulce tentationes pati, quibus nullam pse-
das causam, non repugnare perfectioni, sed etiam perfectis hoc accidere ob multiplicem fructum quem inde referunt. Noli ergo im-
patiens esse dum tentaris, noli mutare bona proposita, ante temptationem facta, noli fugere molestias, quia possunt esse ab ipso spiritu si immisæ ob finem bonum. Quod an facias vi-
de, & prepara animam tuam ad temptationem, nam iacula prauisa minus ferunt.

Secundum Punctum. Considera Christi hu-
militatem eximiam, quam præstutus permit-
tendo se à Dæmons tentari, quod fuit maior
Christi iniuria, quam si Regem aliquem po-
tentissimum in suo concilio sedenter, villum
aliqum mancipium invaderet, ac mole-
stia afficeret, eum ad res indignas sollicitans.
Confer hic molestias tuas quas iniquo animo
ab hominibus suscipitis, & corrige Christi hoc
exemplo impatientias tuas, & manuetudinem
addisce.

Tertium Punctum. Considera Christi ie-
40. dietur ac noctum tui cauila suscepturnum,
Gratis age pro hoc Christi beneficio, & vide
quoniam tu debebas vel ob peccata tua, vel ob
Christi beneficia tuam carnem affigere in cibo
& potu, quando Christus tamen innocentissi-
mam affixit. Quod an facias, & quam imper-
fecte vide, & teleca imperfectiones tuas hac in
parte.

Quartum Punctum. Considera quibus rebus
se Christus occupauit in deserto per 40. dies, &
ex singulis proficere stude.

S A B B A T O.

De B. Virgine Gabrieli ore.

Primum Punctum. Considera Hierachiam ex
qua erat Gabriel assumptus ad oboeundam
hanc admirabilem legationem: verisimile e-
nim est fuisse eum ex primis Angelis, ut putat S.
Gregorius: ut etiam ex hoc capite com-
metur B.V. excellentia, & nostræ salutis præfâ-
cia, ad cuius initium, non ex infinito ordine ele-
gerit legatum Deus. Ex qua re exardecere ten-
et affecktus erga Deum qui te tam magnifica-
uit, ut non tantum utilitatis tuae sed etiam ho-
noris ac dignitatis rationem habeat. Gratus
quoque ei agere pro tam amplâ beneficentia, &
vide

vide quā in re similem possis declarare Deo gratitudinem.

Secundum Punctum. Considera S. Gabrielis iteratam legationem; nam multò ante etiam ad edocendum Danielem recondita mysteria mis̄sa sunt Dan. 3. & 9. quā iterata, videtur docere nos Dominus, eos qui fideliter in iuncta officia semel obeunt solerū ab eo eligi ad res maioris momenti. Quod eti Religioso viro, circa officia seculi iudicio honorifica optandum non est, ut humilitatem professo, optandum tamen est, circa dona supernaturalia, & circa occasio-nes Deo magis ac magis placendi. Perpende igitur quā fidelitate & diligentia obeas munia tubi à Deo imposita, vt agnoicas an sis dignas qui ad maiora merita iudicio Dei peruenias.

Tertium Punctum. Considera os S. Gabrielis quo Virginem salutauit, nunquam vila alia re fuisse occupatum nisi triplex sermone. 1. In Dei laudes vergente. 2. Aliqua hominibus veritatem adferente. 3. Dei hostes incrépante. Tu vicissim examina materiam tuorum sermonum, & agnitis multis defectibus stude ostiū conformate ori sanctissimo Spirituali S. Gabrieli.

Quartum Punctum. Considera modum locutionis S. Gabrieles dum Virginē salutaret, quatuor in ea perpendendo. 1. Quali voce vobis fuerit, id est quā sonora an clamosa. 2. Quā fessi-
quanter vel lente locutus. 3. Quā oris compositione in corpore assumpto. 4. Quā mentis attentione in consideratione singulorum verborum. Ex singulis fac reflexionem ad tuas locutiones, & corrigere corrígenda. Denique gratias age S. Gabrielis, pro legatione bene expedita, & roga vt tibi impetrer fructum uberiorum tam salutaris legationis.

DOMINICA TERTIA.

Post Epiphaniam.

Primum Punctum. Considera affectum tril-
plicem in leprosum ad Christum accedente. 1. Affectum humiliatis, quem lepra corporis in eo exigitabat. 2. Desiderium ardens impetranda sanitas. 3. Ardentem petitionem sanitatis. Et pondera te ob leptam spiritualem peccatorum etiam venialium obligati ad hos tres affectus circa liberationem ab iis semper fouendos in corde, & ad Christum medicum dirigendos collatis utriusque lepra differentiis. Cur ergo talis non es (cum sis conscius tot peccatorum) quales sint leprosi, vt à lepra liberentur? Eru-
besce & te emenda.

Secundum Punctum. Considera verba leprosi ad Christum, Domine si vix potes me mundare, & ea ponderatio applica ea ad SS. Eucharistiam, quam hodie es suscepimus, & magno animi Iesu similia loquete ad Christum, sub specie-

bus Eucharistia latentem.

Tertium Punctum. Considera modum quo Christus leprosum curauit. Extendens manum retigit eum dicens, polo, mundare, & confessio munda est lepra eius. Gratias age pro lepra abasta, gratulare leproso curato. Desidera spiritualis lepræ tuæ curationē, & eam spera, quia nō tantum manu Christi, sed tote corpore eius toties tangeris, imo illo vesceris. Et exuite a te, cur tam modico corpore toties refici solitus, non curaris ab infirmitatibus tuis, & impedimenta amouere stude.

Quartum Punctum. Considera verba Christi ad leprosum sanatum: vide nemini dixeris, sed vade ostende te Sacerdoti & offer manus quod præcepit Moyses in testimoniū illis. In quibus pondera fines, ob quos tria haec monita Christus Dominus dederit leproso curato, & deinceps ex singulis monita pro moram tuorum reformatione.

FERIA SECUNDĀ.

Post Dominicam tertiam Epiphaniae.

Primum Punctum. Considera conditionem deserti in quod Christus tui causa post Baptismum secesserat. Erat inquit S. Marcus cum bestiis. Non sine mysterio Spiritus S. hanc deserti circumstantiam scribi voluit, vt nobis dulcia redderet loca omnia quæ Christi causa incolimus. Tu prius pondera hanc Christi cōmorationem inter bestias Sylvestres cumque sic intueris inter eas versantem. Deinde confer omnia loca quanm maximè incommoda quæ tibi possunt in Religione contingere, & disce nunquam ea detrectare, vel conqueri ob ea, siquidem nunquam erunt tam vilia uti sunt desertum fouens bestias.

Secundum Punctum. Considera molestias famis & siti quas Christus tui causa toleravit in deserto. Et pio affectu ac pleno commiserationis Christum tui causa famentem, & sufficientem intuere; gratias ei age, & confer tuos in cibo & potu excessus ac delicias, tum Christi exemplo, tum tuo statu paupertatem præferenti repugnantes, ea quæ detestare, & propone seriam Christi causa emendationem.

Tertium Punctum. Considera affectum Patris æterni & SS. Angelorum erga Christi humana-
ritatem nostri causa ita se in deserto macerantem, & mentis oculis intuere tale spectaculum excitans in te spiritualem gustum & odoratum tum Christi mortificationis, tum affectus diuinorum personarum erga Christum ita se macerantem & ex hoc spirituali gustu excita in te magnum desiderium variis modis macerandi carnem propter Christum.

Quartum Punctum. Considera liberalitatem Christi erga te, & copiam redemptio[n]is tuae.

Nam

Nam etsi non erat necessaria absolutè loquendo & simpliciter hæc carnis Christi maceratio ad tui redemptions, tamen eam adhibere voluit. Disce hinc ea etiam Christi causâ facere & pati ad quæ non teneris. Et tamen quam segnies & infidelis in reddendis Domino iis quoque rebus quas ei reddere teneris. Erubet, veniam pete à Domino, & te emenda.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam tertiam Epiphania.

Primum Punctum. Considera Dæmonis astutiam qui videns Christum post longam intendiam esurientem, hinc occasionem sumpfit eum tentandi, & querendi materiam pro fame expleunda. Si filius Dei es, dicitur ut lapides isti panes fiant. Ita Dæmon per illam partem aggreditur hominem quam vel debiliorem inuenit, vel ad quam videt hominem esse magis procluem. Tu examina animæ tuæ statum quâ in re sit debilior, quod magis propendeat, & vide an ibi inuigiles, an id custodias, & agnito periculo tuo, muni te contra illud.

Secondum Punctum. Considera Christi responsum ad primam temptationem gulæ. Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei ostendens hominem gultui verbi Dei, hoc est doctrinis diuinis addictum, ita quodammodo satiari, ut non sit nimium sollicitus de replendo escis ventre, nec famis molestias curet. Tu an sis talis vide, & aliorum exemplo quos tales esse legisti, vel audisti a suis, ad occupandum animum studiis diuinis seriatim, & gulæ molestias contemnes.

Tertium Punctum. Considera secundam temptationem Christi super pinaculum templi constituti. Si filius Dei es mitte te deorsum, scriptum est enim quia Angelis suis mandauit de te, & in manibus suis tollent te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Cui Christus. Non tentabis Dominum Deum tuum. Vbi disce cum timore procedere in Dei obsequio: Nec sperare vanè Dei auxilia sine mediotorum ab eo datorum vnu. Quod quomodo exequaris vide, quomodo occasions succumbendi temptationibus vites considera, & si quid si emendandum, emenda.

Quartum Punctum. Considera tertiam temptationem Dæmonis Christo offerentis omnia Regna mundi, si eum adoraret procidens. Quod etsi tecisset, regna illa non accepisset. Ita Dæmon multos decipit, multa offert, nil vel pauca dat, plurimum tamen apud homines laceratur, dum efficit, ut sapientia eius persuasions malas acceptent quam Diuinæ, pluris faciunt terrena commoda, quam præmia cœlestia. Tu an talis sis vide, erubet, si talis es dole, veniam pete, & te emenda.

Post Dominicam tertiam Epiphania.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam tertiam Epiphania.

Primum Punctum. Considera mysterium quod est in recessu Satanae à Christo, à quo non prius recessi nisi postquam audiuit. Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruies. Vnde discere possumus ab illis viatum fugere Dæmonem, qui ita viuunt, ut factis ostendant se soli Deo seruere, non partim mundo & humanis respectibus, partim Christo. Quod quam turpe sit pondera, & an in te reperiatur vide, & emenda.

Secondum Punctum. Considera Diabolum nō tota litera recessisse à Christo, sed ut ait S. Lucas usque ad tempus, quasi diceret, iterum rediisse ad tentandum. Si ergo Christus non fuit liber à frequentatis Dæmonis insultibus, tu time. Nō autem noceant, tempore quietis, armate & preparata, ut tentator inueniat preparatum, & non noceat. Examina autem ea circa quæ te sollet Dæmon tentare, & quomodo te pares ad ea, an tali diligentia qualem adhibent milites hostem expectantes, & confundere, quod hostem omnibus mundi potestatis fortiorum, & magis astutorum minori cum apparatu expectantes, quam alij soleant debilitatem expectantes. Et statue quid tibi sit faciendum.

Terrium Punctum. Considera fructum temptationis Christi quam subsecutum est ministerium Angelorum. Ecce Angeli accesserunt, & ministriabant ei. Hoc si tibi contingere, quomodo te putares felicem sed plus tibi pro temptationum victoria offert Deus scilicet sui visionem parat, scilicet præbet in præmium. Caro ergo refugis tentationes eius, quibus te vel per homines, vel alio modo molestat, cut rædio afficeris. Viriliter age, & sustine Dominum, ipse erit merces tua magna nimis.

Quartum Punctum. Considera modum quo Sancti Angeli Domino ministrabant quo interno affectu, quæ externâ devotione diligentiâque. Gratulare Christo Domino tam bonum famulatum. Gratulare SS. Angelis qui facti sunt digni, ut Christo seruant, & eorum exemplo reprehende tuam in Christi obsequio negligientiam, indebetationem, irreverentiam exteriorem, temponem interiorum, maximè in sacro, in lectio[n]e sacra, in oratione, in exortione, & omnes defectus emendare stude.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam tertiam Epiphania.

Primum Punctum. Considera Christum tanquam fontem inexhaustum bonorum omnium, de quo S. Ioannes ait: De plenitudine eius.

XXI. DE PIIS ERGAE DEVUM ET SS. AFFECTIB. 719

nos omnes accepimus gratiam pro gratia: id est gratian vel cumulatam, vel vnuſ hanc, alter pro illa aliam iuxta mensuram donationis Christi. Pondera profunditatem huius fontis, ex quo eſi quouis instanti temporis infinita hominum millia haurirent Dei dona tam copiosæ, ut hauriat B. Virgo, adhuc ſemper noui & noui mundi pleni maximis Sanctis haberent quod haurirent. Obſtupesce Chriſti præſtantiam, & tibi gratulare qui Domino tam diuiti ſeruis. Cur ergo tam parum hauſiſti adhuc cūm fons apertus sit, ſequē tibi ingratat tot vii? Causa inquire erubefce, deſte tuam ſocordiam & te emenda.

Secundum Punctum. Considera artes seu modos, quibus viſi ſunt ſerui Dei magni præſertim tui Ordinis, & tam multa dona hauerent ex hoc fonte diuino. Quod agnoscere poteris ex virtutis eorum in memoriam revocatis, præſertim ex exemplis victoria ſuipſius & liberalitatis erga Deum in agendo & patiendo & faciendo ad te reflextione, statue quid tibi fit faciendum, ut & tu citò ac valde à Chriſto diteris.

Tertium Punctum. Considera differentiam legis veteris & nouæ his verbis adumbratam. Lex per Moysen data eſt gratia & veritas per Iesum Christum facta eſt, eo quod Christus reliquerit in ſua Ecclesia fontes gratiæ efficaces ſcilicet Sacra menta, & tam multos vbi que terratum huius gratiæ dispensatores Ecclesiasticos. Veritatem etiam attulit, cum exhibendo veritates adumbratas in legi veteri tum ſuo exemplo dendo quæ ſint vera bona, quæ fucata. Tu inquire quomodo quæras has gratias, quomodo ſecteris veritates, ab eo promulgatas mundi legibus contrarias, & mores tuos emenda.

Quartum Punctum. Considera proprias gratias & veritates ſtatui Religioſo in communī, deinde in particuliari tuo Ordini à Chriſto reliquias quibus diſterunt, & Religioſi a ſeculo, & nos ab aliis Religioſis. Gratias Deo age pro illic, examina te quomodo iis vtaris, dole ob negligentiam tuam in viſu illarum, & emenda mores tuos in posterum.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam tertiam Epiphaniæ.

Primum Punctum. Considera in Ioanne Humilitatis primum gradum quando legatis Synagogæ Iudaicæ petentibus, an eſſet Christus, an eſſet Heliſas, rēſpondit. Non sum. Hoc eſt enim primum in humilitate, non attribuere ſibi ea quibus quis cāret. Tu inquire quām multa ſæpe & naturalia & ſupernaturalia tibi vel verbis attribuuiſ, vel ſolo dēſiderio, vel factis, dum pro tali viſ haberi ob opera ſimulataſ. Et qualis verè non eſt. Erubefce, veniam pete à Chriſto humilitatis Magiſtro, & te emenda.

Lancij Opus. Tom. 2.

Secundum Punctum. Considera ſecundum humilitatis gradum in Ioanne, qui rogarus Prophetæ eſt tu dixit. Non cum tamen Chriſtus de eo dixerit. Ecce plusquam Prophetæ. Ita humilitas claudit oculos, ne videamus multa ex iis quæ verè habemus. Tu an talis ſis perpende, & ſi quid ſit emendandum emenda.

Tertium Punctum. Considera tertium humilitatis gradum in Ioanne qui non contentus quod ſibi non adſcriberet id quod non habuit, & quod non propalaret quod habuit, verè poſitiuē ſibi attribuit vilem titulum. Ego vox clamantis in deferto. Tu inquire an te poſitiuē humilis, attribuendo tibi vel verbo, vel ope re ea, quæ te poſſint humiliare; & corrige corrigere.

Quartum Punctum. Considera Excellentiam Ioannis, qui ſe ita tribus hiſ modis humiliauit, & excellentiam multiplicem, nam & à Chriſto laudatus fuit præ cæteris, & ob viuendi rationem admirabilem commendatus eſt, & tamē adeò ſe demifit. Tu confer te cum Ioanne. O quām longè diſtas ab illo. Cur ergo ſuperbiſ? Cur te non demiſtiſ? Cur honorem tuū Chriſti cauſa non calcas. Erubefce, dole, nota actus ſuperbiſ tuū, & eos reſeca.

S A B B A T O.

Post Dominicam tertiam Epiphaniæ.

De B. Virginie. Fundanos in pace.

Primum Punctum. Considera primam pacem cum Deo nobis necessariam (in qua per Beatissimam Dei Matrem fundari debemus) quæ tollitur quouis peccato mortali, & gratiā iuſtificante ſtabilitur. Hoc conſidera quām ſæpè, quām multis modis, quām grauibus bellum gerendo cum filio huius Matri, volendo eum ut loquitur Apoſtolus iterum cruciſigere perdiſeris iſtam pacem perdendo gratiam Dei. Deſte ergo tuām caciſatē, humiliā te, & hoc efficaciter fugere propone quod te induxit ad hanc pacem perdiſendam.

Secundum Punctum. Considera ſecundam pacem necessariam cum proximis noſtris, quæ vii fouetur mutui obſequiis, benevolentiā perpetuā, & omnia in meliorem partem interpreſandi conſuetudine, ita rumpitur detractionibus, conuiitiis, contumelii, omissione mutui auxiliij, non impletione iuſtæ proximi petitio niſ. Cum ergo petas à B. Virginie, ut in hac quoque pace funderis, vide an operibus tuis concordes cum hac petitione, qui enim aliter viuit quām petat, factis ſe oſtendit rem nolle, dicitis vel affectu ſe velle. Qualis ſis examina te & omnia paci huic contraria exclude.

Tertium Punctum. Considera tertiam pacem necessariam cum propria conſciencia, quæ duo-

OOO bus

bus modis turbatur. Primo, peccatis venialibus deliberatè admisis. Secundo, vehementibus inordinatorum affectuum motibus, ex metro defectu debita mortificationis ortis. Impossibile enim est ex his fontibus non sequi amarum conscientiae remorsum, ac proinde pacis dulcedinem non perire. Examina ergo te quomodo te hac in parte geris & si male, deplora hoc, pete veniam à Deo, pete auxilium à Deipara, & promitte emendationem.

Quartum Punctum. Considera stabilitatem tibi necessariam in retinenda hac triplici pace. Talis enim esse debet quæ mereatur appellari fundata & tanquam fundamentum stabile ædificij spiritualis, quod fundatum nullis oneribus aduersitatum, laborum, linguarum, malorum exemplorum, iniuriarum, difficultatum cedat. An ita sis fundatus, recognita, quod non sis, & cur non sis vide ac deplora statum tuum, & non tantum frequentibus precibus iisque ardentibus, sed magis conatu tuo, ac studio diligenti & operibus clama ad Deiparam ut fundet te in pace.

DOMINICA QVARTA.

Post Epiphaniam.

Primum Punctum. Considera Statum Religiosum similem esse nauicula Christi, consideratis commodis, quæ adserit & habet natus mercibus pretiosis onusta, & ex singulis decere pios affectus gratitudinis erga Deum pro hoc beneficio, amoris erga vocacionem tuam, modi viuendi & sedendi in hac nauicula seu nauigandi & similes.

Secundum Punctum. Considera variam necessitatem multorum fluctuum, quibus dum sumus in hac vita necesse est motibus ac tempestatibus concuti tum nauim nostram, tum navigantes, & ex singulis considerationibus decere aliquid, pro morum tuorum practicâ institutione, seu sit solarium in temptationibus, seu documentum in præueniendis vel vincendis temptationibus, & aduersitatibus.

Tertium Punctum. Considera optimum modum tentationes vincendi situm esse in Dei invocatione ardenti, frequenti & assidua, magnæque fiducia plena, vt fecerunt Discipuli viis fluctibus nauiculam penè operentibus. Domine salua nos perimus. Et vide quam ardens, quam frequens quam plena spei sit oratio tua, & an verè à te proficitatur, tanquam à bono & fidei seruo Dei, quem non ore sed opere etiam Dominum verè vocare possis, & si quid emendandum sit emenda.

Quartum Punctum. Considera Christi pos-

tentiam qui vt imperauit ventis & mari, facta est tranquillitas magna. Gratulate Domino tantam potestatem, admirare eam, extolle, & te beatum reputa, quod seruas Domino tantâ virtute prædicto, & tuam felicitatem puram, qui cum tam potentem, tam sapientem, cibinatsumas te benignè & intimè pacem. Exponere ergo ei nunc ad te adventanti ventos & fluctus quibus anima & corpus tuum impetratur, petens ab eo salutare auxilium, vt fiat in te ea tranquillitas, quam ipse scit fore salutarem tibi.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam quartam Epiphaniae.

Primum Punctum. Considera Iesum aspiciendum Nathanaëlem dum ad se veniret, & dicentem de eo: Ecce verè Israëlit in quo dolo non est. Et contemplare oculos Christi Domini iucundè aspicientis Nathanaëlem. Gratulare ei, sanctè ambi similem Christi erga te affectum & quam sit id magnum beneficium perpende, & vide an in te sit causa & obiectū talis Christi erga te affectus, & si quid ei contrarium auge.

Secundum Punctum. Considera verba Christi de Nathanaële dicta. Ecce verè Israëlit in quo dolo non est. Sensum horum verborum perpende, & tibi applica an tibi conueniat, & si quid sit, vel in cogitationibus, vel in intentionibus tuis vel in verbis, vel in operibus contrarium iis, emendare stude.

Tertium Punctum. Considera simplicitatem Nathanaëlis quæ in causa fuit, vt Christus eo ipso audiente non dubitaret eum laudare. Ideo enim Nathanaël Christi verbis auditus dixit. Vnde me nosli. Talis vt sis da operam, vt iam laudes tuas tutò audire possis sine damnatione tuo. An autem talis sis vide & vt talis sis procura.

Quartum Punctum. Considera Christi responsum datum Nathanaëli. Priesquam te Philippus vocaret cum esses sub sicu vidi te. Hinc occasionem sume cogitandi de Christi oculis, qui omnia nostra & nos vbiique intuentur, in cubiculo, in angulo, in tenebris, cum aliis in solitudine &c. & saltē ita reuertere oculos Christi Domini tui, sicut reuerteris humanos aliquius autoritatis. Et quod faceres, vel non facies ob humanos, fac vel caue ob Diuinos.

FERIA

FERIA TERTIA.

Post Dominicam quartam Epiphanie.

Primum Punctum. Considera Iudeorum irreuerentiam erga templum Hierosolymitanum, in quo autem fuerunt vendere boues, oves, columbas. Vbi rei indignitate ponderata, vide ne quid peius a te fiat in templo. Illa enim venditio fuit necessaria, rerum etiam necessariarum, secus sunt peccata, quae ab orantibus vel alio modo committuntur in praesentia SS. Euchalistiae. Vnde agnosce an merearis a Christo iustum paenam ob' grauiora delicta.

Secundum Punctum. Considera Christi zelum, qui non verbis solis, sed facto ex funiculis flagello, omnes vendentes e templo eicit, oues quoque & boues, as vero nummulatiuum effudit, mensa subvertit. Quas actiones abstracthendo a Christi persona considera, & disce non omnia adscribere irae inordinatae, quae fieri vides & quandoque improbas, sed trahe in meliorem partem, & aequitatem attribue. Quod quomodo facias facta ad tua iudicia reflexione inquire.

Tertium Punctum. Considera Christi suavitatem in puniendo, qui et si facilius esset fustem inuenire quam funem e funiculis necesse, hunc tamen maluit quam illum adhibere ad eiendi templo iniurios. Idem imitarer, dum vel sola mente vel verbo, vel etiam opere si id facere debeas punis proximum, ut in omnibus resplendeat Christi suavitatis, quantum fieri potest, sine praecordio boni communis.

Quartum Punctum. Considera causas ob quas non elecit columbas ipse, nec tam seuerum se exhibuit illis, qui eas vendebant, sed tantum dixit. *Aufeate ista hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.* Et ex applicatione ad te proficeret stude.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam quartam Epiphanie.

Primum Punctum. Considera primam causam, ob quam Christus Dominus corpus suum appellauit templum, *Solute templum hoc & in tribus diebus excitabo illud.* Quod dicebat de templo corporis sui. Quia nimis ut templum est locus ad cultum Dei destinatus, ita erat Christi corpus in quo perpetuo colebatur Deus. Vide quibus modis Deus in illo coleretur, quo affectu, quae affiditatem quo Dei ipsius gustu, & confer corpus tuum, an simile sit, & te excita ad imitandum Christi corpus hac in parte.

Lancij Opus. Tom. 2.

Secundum Punctum. Considera secundam causam huius appellationis, quia nil profanum, nil immundum, nil leue, nil otiosum unquam in Christi corpore apparuit, vel aeternum est, sicut in templo Dei nil tale facere decet. Admirare pulchritudinem, & nitorem huius spiritualis templi, gusta illius excellentiam, confer contrarias conditiones templi corporis tui, confundere dole, & te emenda.

Tertium Punctum. Considera tertiam causam huius appellationis. Quia ut templum Domini formam exteriorem & speciem habuit prorsus diuersam ab aliis aedificiis, ita exterior Christi corporis compositio fuit diversa a moribus aliorum. Discurre hic per praecipuas eius corporis actiones exteras, tuisque applica, ut agnitas in illis diuersitate, corrigas corruganda, sed prius ea deflesas.

Quartum Punctum. Considera quartam causam huius appellationis quod quemadmodum templum Hierosolymitanum ab iniiciis non semel passum est graves iniurias, imo etiam penitus dirutum fuit aliquoties, ita tui causa Christi Domini corpus multa acerba saepè est passum, & voluntarie ab ipso Christo se pro ruis peccatis affligente, & a ludacris, morte denique crudelissimè extinctum. Hinc disce, quam tibi dulcia debent esse ea omnia quae Christi causa te pati contingit vel propter tua tam multa peccata. Cur ergo refugis molestias carnis, & sensuum? cur ilitatas iniquo animo fers? cur non concupisces ex animo, Erubescere, dole, & Christo Domino tuo te conforma, eique ardentes age gratias, qui tui causa tale se templum prebuit Patri aeterno, quale nunc considerasti.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam quartam Epiphanie.

Primum Punctum. Considera zelum S. Ioannis Baptista qui non dubitauit monere Herodem, de omnibus malis quae faciebat. Vbi consideratis circumstantiis Herodis, & eorum quos quandoque ex charitate monere deberes delinquentes, agnosce multò liberius & faciliter te posse, ac debere proximum corriger. Quod an facias cogita, & quam variorum inde malorum, & in te, & in aliis causa sis agnosce & te emendare stude.

Secundum Punctum. Considera modum quo usus est Sanctus Iohannes in corrigoendo Herode, nam abstinuit a verborum conuiciis, imo & ab acerbitate, nec ullum signum edidit plus aequo commoti animi. Sed dicebat: Nō

O 09 2 lice

liset tibi habere uxorem fratris tui : si ergo quia Herodis superior non fuit graue eius scelus tam leniter improbavit, quantum magis par est te in æqualibus tuis leuiores culpas sine acerbitate sermonis corrigeret, & multò minus spiritum vindictæ præferre. Quod an & quomodo facias perpende, & corrige si quid est correndum.

Tertium Punctum. Considera Herodis quibusdam in rebus bonam facilitatem, qui multa faciebat qua suadebat Ioannes Baptista, & libenter eum audiebat, et si graues suos defecetas deterget ac improbarer. Hæc perpende facta Herodis impij cum persona tua (quæ pia esse tenetur) comparatione, & proficeret saltem eius exemplo stude.

Quartum Punctum. Considera animum vindicatum Herodiadis, que insidiabatur Iohanni, ut volebat occidere illum. Cur? Quia impeditiebat eius malum & peccatum. Hanc imitantur suo modo, qui agere ferunt dum mala eorum impediuntur, sive directè sive indirectè quando deferuntur. Huius virtutis mala pondera, & vide an in te sint & resolute ad contrarium, & te emenda si quid sit quod exposcat aliquam hac in re emendationem.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam quartam Epiphania.

Primum Punctum. Considera clementissimum D. Iesum ex itinere pedestri fatigatum, sedentem (ut inquit Euangelista) sic supra fontem. Pondera tenero animi affectu quid significant hæc verba. Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem hora quasi sexta. Aspice animo sic sedentem, modum quo sedebat supra fontem, causam cur sedebat, personas ob quas ita fatigatus se, & gratias ei actis animoque ad labores, vlique ad desfatigationem pro eo suscipiendo quodammodo in rebus ordinariis excitato proficeret stude.

Secundum Punctum. Considera humilitatem boni Iesu qui ab impura feminina aquam hauriente petuit. Da mihi bibere. Pondera hic Christi simum, & causam eius, quæ tu ipse fusti, pro quo adeo laborauit. Pondera paupertatem Christi, qui nec aquam habuit sine alieno auxilio oblatam: pondera parsimoniam, qui non potu pretiosiore, sed vilissimo omnium simum restinxit, & varios pios affectus elicias, ac in te excites tum ardentissimum affectum erga eum, tum erga res aduersas eius causa tolerandas.

Tertium Punctum. Considera candorem fe-

licis Samaritanæ Christo dicentis. Quomodo tudeus cum sis bibere à me poscas, qui sum mulier Samaritanæ. Non enim contundunt Iudei Samaranianæ. O felix mulier, quæ etiæ mala & Samaritanæ sis, tamen Christus Rex Iudeorum à te aqæ modicum mendicat. Cogita tu quām sapè Christus à te petat res, quas magis desiderat quām tunc desiderat aquam, & tu quid respondes? quid facis? pondera, & vide quid te deceat facere & dicere.

Quartum Punctum. Considera responsum dulcissimi Salvatoris. Si scires donum Dei & quæ est qui dicit tibi da mihi bibere, tu forsitan perfici ab eo, & dedisset tibi aequam viam, quæ ponderata cum pio affectu, ad te etiam applica, & ibi dicta puta, & decercepe aliquid pro tuorum motuum reformatione.

SABBATO.

De Beatisima Virgine: Mutans Eum nomen.

Primum Punctum. Considera Deiparatum quomodo respectu Dei aliter se gerendo quam Eum, nomen Eum mutari. Eum enim venicum ac primum præceptum Deiseruare noluit. Maria vero seruauit, ut ne veniale quidem peccatum inquam admisit. Qui in re admirare gratia Dei plenitudinem in Maria gratulare ei, deesse tot peccata tua, da operam ut tu quantum fieri potest sis liber etiam à peccatis venialibus, idque à Deo per hanc meliorē Euam pete.

Secundum Punctum. Considera Mariam respectu Dæmonis aliter se gerentem quam Etia quæ facilè acqueuit primo confito dæmonis non valde urgentis. Maria vero nonquam eius consilii acqueuit. Tu examina te quām sapè Dæmoni pareas in rebus prima specie peioribus, quam fuerit eius poni in Eua, & tamen vis habeti pro filio non Eua, sed Maria. Confundere, dole, promitte Matris sanctissimam emendationem.

Tertiū Punctum. Considera Mariam respectu Sponsi sui Ioseph aliter se gerentem quam Eua. Hæc enim sponsum perdidit, ad peccatum induxit, Dei gratia spoliavit. Maria è contra. Hinc agnoscet quām sint detestanda mala cōfilia, quæ amici incauti suggerunt amicis, quām sapè ex te quæ videtur levior, quām se gustus vnius pomi, mala pullulant incredibilia, quām sapè vna scintilla magnum exicit incendium. Ideo caue talia, An autem his obnoxius vide, & si quid emendandum sit emenda.

Quartum Punctum. Considera Mariam respectu aliorum hominum aliter se gerentem quam Eua,

Eua, hæc enim etiæ mater vocata sit viuentium, tamen occidit omnes per originale peccatum cuius occasio fuit. Maria vero vitam pergit omnibus salutarem, ideoque re ipsa est Mater viuentium. Quod quibus modis præster considera, & ex singulis pios affectus decerpe.

DOMINICA QUINTA.

Post Epiphaniam.

Primum Punctum. Considera causas ob quas a Christo viri probi in Ecclesia appellantur bonum sementem, & eius proprietatibus ponderatis, vide an ea tibi conueniant, vt tu quoque confieri possis in numero filiorum Dei, & scias quæ sint partes tuæ.

Secundum Punctum. Considera causas ob quas homines improbi in Ecclesia Zizaniorum nomine insigniantur, & eas an tibi conueniant, perpende, vt vel gratias agas Domino si talis non es qui inter zizania connumerari possis, vel dolcas & emendare te velis, si aliqua zizaniorum proprietas in te refederit.

Tertium Punctum. Considera causam natum in tritico, id est inter viros bonos zizaniorum somnum hominum, vt exponitur cõmuniter Ecclesiæ Antistitum: Tu coram Deo te examina, an Christiano te conformes tacite improbanti hanc negligentiam Superiorum Ecclesiasticorum, & vigiliam exigiens, an verò contrarium probes & appetas. Quod agnoscere facile si consideraveris quoniam, quo affectu suscipias ea, quæ tui Ordinis consuetudines, regulæ, ordinationes alii que vigilantia Superiorum modi a te requirunt.

Quartum Punctum. Considera multiplex semen bonum, quod in bonorum mentium agnis seminat Christus Iesus in SS. Eucharistia pie suscepimus & an in te quoque hoc semen appareat, & grana spicasque germinet considera, & proportionatos statui anima tua affectus exprime, vel gratiarum actionis pro fructu huius seminationis vel confusonis dolorisque, & desiderij emendationis, pro sterilitate voluntaria cordis tui.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam quintam Epiphanie.

Primum Punctum. Considera remedium contra æmulationes aliorum vel tuas a S. Ioanne Baptista iis datum, qui venerant dicentes: Ecce Christus baptizat & omnes veniunt ad eum: quibus ille ait: Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de celo. Ita sane qui Lancij Opus. Tom. 2.

considerat bona aliorum tanquam a Deo data, non inuidet sed gaudet, & se ad similia humiliter disponit. Tu quomodo te haec in parte geras considera, & si quid sit corrigitendum corrige.

Secondum Punctum. Considera secundum remedium ab eodem datum ad reddendum nobis dulcia omnia amara, siquidem ex iis æquo animo toleratis gloria Dei exurgit: Gaudium, inquit, meum impletum est (quod me neglecto omnes currant ad Christum) illum oportet crescere, me autem minui. Crescit sanctè Deus in te, dum tu cuius casu decrescis & humiliaris, quod quamè meritò tibi quadrat, vide & excita generofum animum ad omnia acerba & dura propter gustum Domini tui toleranda.

Tertium Punctum. Considera malum omen eorum qui sermones suos expendunt in nugis. Qui est de terra de terra est, & de terra loquitur. Quod quamè sit verum pondera, & quomodo tibi conueniat nec ne, & proficere stude.

Quartum Punctum. Considera felicitatem tuam quod habeas Deum liberalem, & filium eius Dominum tuum mediatorem, ad omnia bona ex manu Patris æterni deriuanda. Non ad mensuram dat Deus spiritum. En Dei liberalitas. Pater omnia dedit in manu filij. En filij Domini tui potestas. Da ergo operam, vt & Patri & Filio eius sis carus, quo multorum bonorum particeps sis. Quod quomodo procures examina te simul & obstacula huius rei expende, & te ad maiora ac maiora Dei dona capienda feruenter dispone.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam quintam Epiphanie.

Primum Punctum. Considera causam ob quam Christus communicavit suis, v. 14. gratia quam Christus communicavit suis, v. 14. a Christo vocetur fons aquæ salientis in vitam æternam. Cur fons sit, cur fons aquæ non qualificatur, sed salientis in vitam æternam, & facta ad te applicatione, & ad signa gratiae huius in te inhabitantis, vel non inhabitantis, proficere stude.

Secondum Punctum. Considera pius affectus Samaritanæ, quæ auditio hoc Christi dico, dixit ei Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam neque veniam huc haurire. Erad te applicata, & Christo eadem in sensu spirituali dic, & statue ne magis quæras hominum gratiam, quam gratiam Dei, causis huius rei ponderatis, & de præteritis peccatis veniam pete.

Tertium Punctum. Considera modum quo adorandus est Deus a Christo præscriptum Samaritanæ veri adoratores adorant Patrem in spiritu & veritate, & Pater tales querit. Hoc Ooo 3 quid

quid sit, quām ytile sit, quām necessarium
perpende, & talis esse stude, si non es, dole, ve-
niām pete.

Quartum Punctum. Considera admirationem
discipulorum Christi, qui inuenito Christo lo-
quente cum Samaritana mirabantur *quia cum*
muliērē loquebatur. Simul etiam causam admira-
tionis huius inquire, & factā ad te applica-
tione, & collatione Christi cum tua persona,
decerpe aliqua documenta pro tuorum mo-
rum informatione.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam quintam Epiphania.

Primum Punctum. Considera primas tenebras
quibus ante Christi aduentum, & post il-
lum multi tui similes offundebantur scilicet
tenebras peccati, quae impediebant, ne lux iu-
stitiae videretur & amaretur, sed mens in pec-
catis saceruli voluntatetur. Hic ergo humilia te, &
infra Dæmones pone, qui Deum tot peccatis
non offenderunt. Gratias age Christo, qui lu-
men iustitiae cordi tuo immisit, vide quid face-
re debeas, ad illud conseruandum & augendū
quod etiam à Domino pete.

Secundum Punctum. Considera secundas te-
nebras, quibus nunc multi laborant Ethnici
Iudæi, Hæretici, qui carent lumine fidei, com-
patere illis, accendere desiderio eos educendi
ex illis, gratias age Deo, situ ex illis eductus es,
& vide quid Deo debeas pro hoc lumine si-
ne quo impossibile est placere Deo & sal-
vari.

Tertium Punctum. Considera tertias tenebras
quibus multi saeculares tenentur, dum non vi-
dent bona status Religiosi, ideoque illum non
amplectuntur. Tu agnosce quām multa bona
hioc tibi aduenient, qui luce Dei perfusus
mundum reliquisti. Gratias age illuminatori
tuo, recognita quām grato animo hoc benefi-
cium colas, quanti æstimes vocationem tuam,
& si forte inuenieris opinionem tuam de ea
imminutam, & affectum erga illam non ita in-
tensem, ut olim fuit, causas & damna quae in-
de prouenire possunt inquire, & proficere
stude.

Quartum Punctum. Considera quartas tene-
bras quibus multi tepidi Religiosi obfuscantur
dum non vident, quām meliora sunt præmia
quae dantur ob actus humiliationis, patientie,
orationis, colloquiorum spiritualium, mortifi-
cationis galæ, & sensuum, & honoris, quām
sunt illæ recreaciones, & gustus, qui ex actibus
contrariis percipiuntur. Tu an eorum sis è nu-
mero vide, & si quid sit correndum cor-
rige.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam quintam Epiphania.

Primum Punctum. Considera interrogatiōne
discipulorum Iohannis Christo Domino pro.
positam. *Quare nos & Pharisai ieiunamus fre-
quentiter, discipuli autem tui non ieiunamus?* In quorū ver-
bis aduerte similem multorum malevolorum
tui Ordinis censorum illum carpentium, quod
præter Ecclesiæ communia ieiunia particula-
ria more aliorum non habeat Christi vita co-
muni contentus. Gratias age Deo quod Chi-
sti & discipulorum eius, vita institutum lede-
rit, si tamen citra ieiunia aliis rebus vitam tuā
commendas, quibus Christi Domini discipoli
sanctissimi ita commendabanc suam vi male-
voli nil inuenierint quod carpere in ea possent
præter omissionem Pharisicarum confu-
dinum quorundam circa lotionem manuum
frequentem. Talis ergo an sis, vide, & quido-
pus sit talis ut sis, statue.

Secundum Punctum. Considera Christi man-
suetudinem, qui cum posset notare in inter-
rogantibus defectus grauiore censura dignos,
id non fecit, ne eos confundaret, & vindictæ
speciem præseferret. Tu vide quomodo in-
quis morum tuorum censoribus respondes,
vel de iis cogites, aut etiam loquaris & si quid
acerbius contra eos promere consueisti, id
ob Domini tui gloriam deinceps omite.

Tertium Punctum. Considera quām perci-
polosum sit vel in mores alienos inquietare, vel
eos improbare, vel causas ipsas factorum alien-
orum, et si non pessimorum indagare curiosus,
& quantopere id, tum alienæ famæ, tum pro-
priæ quieti, tum conscientia puritati officiæ,
& varia mala secum trahat, ut tanto arden-
tiū detesteris hunc morem & nūquam hac in
re delinquas.

Quartum Punctum. Considera Chilli re-
ponitum suorum existimationi fauens. *Quan-
diu, inquit, cum filii sponsi & nuptiarum sponsi
est non possunt ieiunare.* Vbi & de personis ip-
sis honorifice loquitur & defensionem eo-
rum afferit captivi interrogantium accom-
modatam & persuadentem innocentiam suorum.
Tu an ita aliorum causas in re simili-
gas, vide, & Christo te conformare hac in
re stude.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam quintam Epiphania.

Primum Punctum. Considera continuatam
defensionem Chilli Discipulorum eo fi-
ne factam, ut ieiuniis addicti tanto magis co-
tentī essent de non ieiunantibus eō tempore
Chilli

XXI. DE PIIS ERGAE VMTSS. AFFECTIB.

725

Christi discipulis. venient, inquit Dominus; dies cum auferetur ab ei sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Ita ex animo & non ad speciem a Christo fama suorum defenditur, ut omnino pars aduersa beneuola illis reddatur. Tu an idem facias in rebus similibus vide, & quid te oporteat facere agnoscet.

Secundum Punctum. Considera adhuc allata mimitudinem pro pleniori defensione vita Apostolica. Nemo commisuram a novo vestimento immutat in ipsis, atquecum & nouum rumpit, & veteri non conuenit commisura a novo. Quia in te cum tenero animi gulta Christi haec viscera intueri ita copiosè suorum causam agentis. Gratias ei age; Discipulis eius tantum patrum gratulare, Christi hanc charitatem ama, & adora, & imitari stude, sed potissimum intimi penetra, quam felix sit anima illa qua ita Christo chara est, ut etiam non rogatum habeat Christum defensorem, & vide quid tibi deficit, vt & tu habegas.

Tertium Punctum. Considera verba ipsa Christi allata, & quid sit commisuram a novo vestimento ablata cum eius damno veteri asuere. Vide ne hoc forte sit veterem tuam simplicitatem, feroarem, obedientiam, observantiam Regularium, nouis moribus, nouis, dictaminibus politicis & secularibus destruere. Quod nūm facias confidere & si quid sit corrīendum, & ad antiquum bonum statum reducendum fac sine mora.

Quartum Punctum. Considera alia Christi verba pro causa suorum tuenda allata. Nemo mutat vinum nouum in vites veteres, aliquum rumpit vinum nouum vites, & ipsum effundet, & vites peribunt, sed vinum nouum in vites novas mitendū est, & vtrique conservantur, & nemo bibens vites, statim vult nouum, dicit enim: vites melius est. Haec omnia spiritualiter applica, vel statui tuo, vel moribus tuis, & proficere stude.

SABBATO.

De Beatisima Virgine: Sobre vincula reis.

Primum Punctum. Considera potentiam Dei paræ quam benignè exhibet multis soluendo vincula peccatorum, quod illa facit impenetrando inspirationes bonas, quibus a peccatis abstrahimur, & ipsum odium peccatorum, & realem fugam a peccatis, & peccatorum expiationem per Sacramenta, & alios modos. Quocirca gratias illi age pro hac beneficentia, pete ut eam tibi quoque semper exhibeat. Denique examina te quomodo coopereris Deipara, soluere cupienti vincula peccatorum tuorum, quod cognoscet, si videris quomodo obediens inspirationibus, & aliis modis quibus te Deipara vult abstrahere a peccatis, & si quid emendandum sit emenda.

Secundum Punctum. Considera quomodo peccata etiam minima, sint vincula respectu Dei, quia ligant ei quodammodo manus, ne nobis largiatur ea dona, quæ largiretur si inuenieret corda nostra munda, & vacua a peccatis. Quod agnoscetum ex varijs exemplis, tum ex conditione & more Dei, qui munda vasa pro pretiosis donis suis exigit, & merito. Deprecare ergo Deum, ut te emundet, & sua in te dona abunde conferat.

Tertium Punctum. Considera quomodo peccata etiam levia sint quædam vincula tua respectu aliarum creaturarum. I. enim Dæmon per ea tanquam per funes quosdam trahere conatur homines ad mortalia, deinde multa peccata sunt talia, præsertim externa, quæ ligant & Superiorum, & æqualium & inferiorum benevolentiam ac fauorem, ne le aut omnino, aut non copiose effundat, sicut se effundit erga eos qui peccata fugiunt. Denique ipsum peccantem ligant, & coarctant ne corde sereno, & expeditè curiat in via Dei, sed hæreat in uno loco, & angores conscientiarum tanquam spinas pede nudo caecet, cum nullo vel exiguo progreſſu. Ex quibus rebus elicias magnum odium & fugam omnium peccatorum.

Quarum Punctum. Considera varios modos ob quos merito reum te appellare debes, ob multa tum delicta, tum debita erga Deum, quibus humili, & pleno doloris affectu saltē in genere consideratis, confundere coram Divina Maiestate, veniam pete, & ardenter posce a B. Virgine ut haec vincula, tum aliorum regorum, tum tua quoque benignè soluat, sapientius magno animi sensu & ardentí iterando soluat vincula rei.

DOMINICA SEXTA.

Post Epiphaniam.

Primum Punctum. Considera doctrinæ Evangelicæ paritatem grano sinapis exiguo comparata, nimurum quia commendat humilitatis profundissimæ studiorum, tam interius quam exterius. Ideò enim vetat quætere primos accubitus in Synagoga, & in conviuio, iubet præbere percutienti etiam altera maxilla, vetat iudicare proximum, iubet timere calum, humiliari sub potenti manu Dei, neminem contempnere, obedire, honorare Magistratus, & his similia. Tu an haec obserues vide, & corrigenda.

Secundum Punctum. Considera acrimoniam doctrinæ Evangelicæ instar sinapis mordetem sensualitatem nostram, dum iubet arctam viam ad cælum segeti, abnegare omnia, etiam seipsum, odisse etiam consanguineos dum impediunt res bonas, pati aduersa patienter &

OOO 4 his

his similia, quæ an tibi cordi sint, vide, vt agnoscas an tibi sapiat hic cibus amarus, à Christo præperatus.

Tertium Punctum. Considera vtilitatem huius seminis, quod actimoniam sua magis prodest animæ quam sinapi corpori dum rusticatur, siue excitando devotionis lachrymas, piæ consideratione, siue purgando animum à noxiis humoribus, in quibus natura corrupta delestat. Pondera ergo vtilitatem quæ adseritur à consilijs præcipue Euangelicis obseruatis, & agnoscere quam nullius sit momenti gustus ille, cuius gratia fugis molestias crucis Christi, & vita Religiosæ, vt ita discas mortificare contrarias sensualitates tuas.

Quartum Punctum. Considera quanto adiumento esse tibi possit, & debet SS. Eucharistia cibus, roties à te sumi solitus, ad hoc vt tibi sapiat hoc Euangelicum sinapi, hoc est perfectio Euangelica, corrupto palato amara, sed bono dulcis. Cur ergo non profici edens & bibens authorem doctrinæ Euangelicæ, fontem perfectionis in ea commendata? Causas inquire, mala desle, remedia quare & adhibe.

FERIA SECUNDA.

Matth. 9.
v. 27.

Post Dominicam sextam Epiphania.

Primum Punctum. Considera duos cæcos Christum transeuntem secutos, clamantes & dicentes: Miserere nostri filii David, quibus etiam te adiunge, hoc est corpus & animam tuam, & necessariam tibi eius misericordiam implora ardentissimæ affectu.

Secundum Punctum. Considera multiplicem exercitatem animæ & corporis tui præstans Quadruplicem. 1. Quia ita viuis ac si non videres maiores esse molestias purgatorij, quam alias quæ te sèpè immerito contubant, & ad peccata trahunt in purgatorio expienda gravissimis tormentis. 2. Meliora esse bona spiritualia & supernatura via est profectus in sanctitate, quam naturalia vt sunt studia, quibus tamen diligenter attendis quam illi. 3. Meliora esse bona æterna quæ parat Deus singulis operibus meritorij, quam temporalia, quorum causa omittis tot occasiones meritorum. 4. Meliorum esse gratiam Dei quam hominum quibus vt placeas sèpè Deum offendis. Et quia haec à te quoque pendent, aperi oculos, & vide cæcitatem tuam & excute.

Tertium Punctum. Considera perseverantiam honorum cœcorum qui non contenti, Christum transeuntem sequi, etiam assecuti sunt, & in locum in qua habitabat, intrarunt, & optato beneficio refutatorum lumen potiri sunt, ita pia importunitas & apud Deum locum habet. Haec & tibi sit cordi, si ea quæ à Deo petis efficaciter impetrare cupis.

Quartum Punctum. Considera cum Christi humilitate certantem gratitudinem cœrorum; Christo enim vetante ne miraculum propagarent, ipsi exentes diffamauerunt eum in toto terra illa. Tu hinc disce occultare hominibus tuas virtutes, sine præiudicio ramen exempli boni, quo prælucere debes & Christi gloriam propagare, ad eiusq; amorem & cultum quam plurimos trahere.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam sextam Epiphania. Matth. 9.
v. 27.

Primum Punctum. Considera patientiam quam Christus suis suadet. Si quæ te percusserit in dextram maxillam tuam, præbe ei & alteram. Pondera diligenter Christi persone autoritatem id suadentis, animum, quo id suadet, & confitebas quas putas iniurias, cum hoc Christi consilio inuenies enim multo minores alapæ, Confundere itaque ob tuam multiplicem impatienciam, & eam emenda.

Secundum Punctum. Considera mansuetudinem quam à te Christus exigit. Qui vult tecum iudicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium: & vide quomodo hanc doctrinæ seruas in colloquiis cum æquilibus in accusationibus seu querelis contra altos coram superioribus expositis. Et deploratis si qui sunt defectibus statue quid tibi sit in posterum faciendum.

Tertium Punctum. Considera charitatem erga æquales à Christo commendatam: quæcumque te angoriauerit mille passus, rade cum illo & a duo: qui petit à te, da ei, & volenti mutuari à te ne auertaris. Ex altera parte confer tuos mores in exhibendis vel negandis obsequiis religiosis charitatis fratribus tuis: quæ potes sine prædicione religiosæ disciplinæ, & statue quomodo te in iis gerere debeas, vt Christi monitis secundes.

Quartum Punctum. Considera causas, ob quas te deceat ita esse patientem, mansuetum & charitatem præditum prout hic Christus exigit, & vehementer accendere ad demonstrandas harum virtutum actiones in occasionibus omnibus quæ occurrent.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam sextam Epiphania.

Primum Punctum. Considera paupertatem quam Christus suadet: nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. & gratas age Domino quod sis per eum abstractus à mundano statu, in quo temporales thesauri diliguntur, & congregantur. Sed vide ne in Religione alios congregate, et si non ita magnos, scilicet superfluos

res in viciu, vestitu, supellecili aggregando: Circumspice ergo omnia tua, & pro amore Christi pauperis reseca, quæ in meditatione coram Diuinæ Maiestatis oculis inuenieris vere superflua & non necessaria.

Secundum Punctum. Considera Tria mala diuinitiarum seculi, & thesaurorum, scilicet eruginem, tineam, & fures, per quæ diuerso modo omnia mundi bona destruuntur. Gaudie igitur quod ab iis cor tuum abstraxeris, & vide ne forte adhuc reliquias supersint in tuis erga illas inordinatis affectibus.

Tertium Punctum. Considera bona Religiosæ vitæ quibus nisi ipse velis nihil nocere potest, nec arugo mali exempli, quod instar æruginis deturpat nostra opera, nec tinea tepiditatis internæ à qua insensibiliter exeduntur bona nostra opera, nec fur, damnum scilicet vanæ gloriae merita auferentis. Introspicere ergo mores tuos, an ab his tribus malis sint liberi, & vt liberi sint stude.

Quartum Punctum. Considera quo in loco, seu qua in re sit thesaurus tuus. Ibi autem est, ubi est cor tuum id est affectus tuus. Ibi autem est affectus, ubi sunt oculi tui, de quo sunt frequentiores Sermones tui, circa quod versantur desideria tua, in quo non expertis tædia vila & auerſionem, & quia nemo est tam stultus, qui thesaurizet sordes, lutum, farmenta, sed res pretiosas, vide quomodo thesauros cumulare debetas.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam sextam Epiphaniae:

Primum Punctum. Considera Christi amorem suadentem nobis ut thesaurizemus nobis thesauros in celo. Gratias age pro tanta nostri boni solitudine, & pondera quam sit indecens, quam petnicius, quam stultum non sequi Christi consilia ingerentia nobis ipsis nostri curani, quæ sine vlo' monito extrinseco cordi nobis esse deberet: & animo heretico accendere ad spiritualiæ & sanctam auctoritatem verorum thesaurorum.

Secundum Punctum. Considera primum genus, thesaurorum esse munditiem omnium operum tuorum, quam ille habebit, qui habet opera sua omnia libera à plenè delibero & graui etiam veniali peccato. Pondera praefrantiam huius thesanti, perteque à Domino leſu fonte omnis puritatis, vt te iuuet, defle preteritos defectus, & fuge deinceps.

Tertium Punctum. Considera secundum thesaurorum genus, excellentiam singulorum operum nostrorum, ad quam omni conatu nisi debemus, ut omnia opera nostra quam perfectissima sint, & quam simillima magnis sanctis quoad finis supernaturalis altitudinem,

quoad feruorem, & intensionem eorum intrinsecam, ac planè Seraphicam, quæ ad omnē denique modum, & circumstantias eorum. Quid ergo tibi desit agnosce, & patim confundere, partim excitare exemplo mundanorum, qui mundana opera faciunt quām post sunt perfectissimè, desiderio solius lucri & gaudiū temporalis.

Quartum Punctum. Considera tertium thesaurorum genus, altitudinem graduum gloriae cœlestis, quæ cum correspondeat multitudini meritorum in hac vita, & hæc cumulantur ex multitudine eorum, quæ quis hic patitur mala, & quæ facit bona, & ex actibus intensis, & ex puritate intentionis, agnosce & statue quām feruens esse debeas, & assiduus, & indeficiens in aggregandis ijs. Quod si non satis est ad te excitandum ad hoc, Dei gloria & gustus, & bonum tuum: excita te saltem exemplo Oeconomicorum & mercatorum à quibus ingenuum vincit Dei seruum fœdissimum est.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam sextam Epiphaniae:

Primum Punctum. Considera officium oculorum tuorum expressum his Christi verbis *Lucerna corporis tui est oculus tuus*, vt scilicet eo utratis ad illa tantum videnda quæ necessaria sunt, sicut lucerna non utimur in die quando opus non est; nec in locis, in quibus sine illa est lumen. Examina ergo quomodo te in vlo' oculorum geras, & consideratis malis quæ versus malus multis attulit & forte tibi ipsi, cautus esto.

Secundum Punctum. Considera certum indicium interni status tui esse oculum tuum, per quenam tanquam per lucernam potest cognosci cor tuum, quo virtus, quo affectu labore, quo bono cateat. Nam quæ cor amat inordinatè & ordinatè, & oculus aspicit quod detestatur, ab eo auertitur. Inquire ergo in oculorum tuorum actus, & internum statu iis indicibus ordinata juxta diuinam voluntatem.

Tertium Punctum. Considera bonum quod alijs quoque percipiunt ex oculorum bono vsu: nam modestus & pius oculus, est alijs quoque lucerna ob splendorem boni exempli, quem diffundit & viam ostendit bene aspiciendi. Deo quoque ipsi est gratum obiectum, & indicium lucis cœlestis inhabitantis. Ideo vide quid te oporteat facere, vt alijs quoque his lucerna per oculos tuos.

Quartum Punctum. Considera illa Christi verba, *Si lumen quod in te est tenebra sunt, ipsa tenebra quæ erunt.* Et his verbis excitare ad examinanda tua interna dictamina circa modum agendi cum Superioribus, cum æqualibus, cū inferioribus & domesticis & externis, ne forte

hunc

sint vocanda tenebræ potius quam lumen cuius appellationem non merebuntur si erunt contraria exemplis Christi & Sanctorum & præscripto Regularum, & monitis tuorum moderatorum. Ideo si quid mali deprehendetis, ejice.

S A B B A T O.

*Post Dominicam sextam Epiphaniae.
Profer lumen cæcis.*

Primum Punctum. Considera primam cæcitatem tuam communem tibi cum hominibus secularibus, qui practicè non vident quam magna sit offensa Dei quæ sit per quodvis etiam minimum veniale peccatum, cuius offensæ magnitudinem agnosces, si per gradus à personis vilibus ad digniores ascendas, & inde ad Deum ipsum infinitis partibus præstantiorum peruerteris, quod enim persona est dignior altera personâ, eò eadem offensa est maior quam offenditur persona dignior, & sic in infinitum, & tamen quam sèpè audes Deum infinitæ Majestatis offendere, qui tamen sèpè non audes offendere æqualem imò inferiorem te, nónne hoc est execranda cæcitas & erubescit & desle tuam cæcitatem.

Secondum Punctum. Considera alteram cæcitatem tuam communem cum tepidis Religiosis, qui eo fine ingressi sunt Religionem ut vivent perficiuntur quam seculares, & tamen multi in seculo perfectius te vincent, quot enim pie fœminæ diutius & feruentius & sine tedium in oratione versantur quam tu? Quot famuli, imò mancipia obediunt magis exactè quam tu? Quot artifices feruentius laborant, sine ullo otio, spe lucri terreni, quam tu spe cœlestis? & sic in alijs. Hæc pedentim pondera, confundere & propone emendationem.

Tertium Punctum. Considera tertiam cæcitatem tuam communem cum Ordinis tui Religiosis tepidis, quorum quamvis finis sit perfectioni vacare idque imitando vitam Christi, quam longe tamen abes ab hoc fine? nonne hæc est magna cæcitas, malle imitari discolos, leues, dissolutos, quam Iesum. Erubescit Christi fœcile imitator & te emenda.

Quartum Punctum. Considera quartam cæcitatem tuam communem cum omnibus hominibus, quia ferè omnes pluris facimus in praxi temporalia quam æterna bona, pluris gratiam, laudes, fauores hominum, quam gratiam, laudes, fauores Dei; nam magis laboramus pro afféquentis rebus temporalibus, quam æternis, magis tristamur si quod temporale damnum incurrimus vel bonum perdimus, quam si perdamus æternum. Confundere igitur, & ex intimo cordis affectu ad Deipatram clama *Profer lumen cæcis.*

DOMINICA SEPTVAGESIMA.

Primum Punctum. Considera Dei benignitatem dum vocat homines ad laborandum in vinea sua, ut per labores acquirant denarium regni cœlestis, per labores inquam exiguos eius ope suscepimus, regnum aeternum omni bono plenum, quæ duo inter se collata pondera grato affectu, age amplas gratias tanto benefactori, excita animum ad laborandum deinceps, & segnitiem præteritam deploras.

Secondum Punctum. Considera labores ad quos vocatus es, non esse alios, quam ordinaria opera, quæ ex regularum præscripto, vel superiorum voce debes peragere. Examina quomodo ea facias, quam libenter, quam ferventer, quam assidue, quam perfectè, quam denique proportionatè denario summi valoris tibi in cœlis preparato, & si quid sit emendandum in ijs, nota, & emenda.

Tertium Punctum. Considera felicitatem tuam quia primis ætatis tue annis, vocatus es ad hos labores, hoc quam sit magnum beneficium, quam utile perpende, & gratias Deo actis, da operam ne supereris ab ijs, qui in estate matuta vocantur ad laborandum, imò eos ut superares, quippe commodiore tempore, & magis flexibili ad bonum ætate vocatus, quia in re quomodo te geras considera, & si quid erratum est, deploras, & corrige.

Quartum Punctum. Considera multa præmia, quæ Deus bonis laborantibus adhuc in hac vita largitur, quod ex reuocatis in memoriam donis, quæ Deus concessit Sanctis, apostolis, idèo Dominum vineæ quem in SS. Eucharistia suscipis, ardenter roga, ut te bonum reddat vineæ suæ cultorem, & operarium vitæ, & dignum magnis præmis in cœlo.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam Septuagesimam.

Primum Punctum. Considera causas ob quas & Ecclesia, & anima cuiusvis iusti, merito vocari potest vinea Christi, habens vites varias, palmites, bottos, vuas, & spissæ hac explicando, decerpe aliquem fructum spiritualem.

Secondum Punctum. Considera necessarium esse ad fructus vitis, ut sit in terra non dura sed molli. Inquire an sis facilis ad Dei inspiraciones, ad monita maiorum, an vero duras & difficilis, & defletis defectibus, eos emendare stude.

Tertium Punctum. Considera secundum necessarium esse ad fructum vitis, ut amputentur surculi superflui. Ita ad profectum in vinea Domini, necesse est amputare & res & occupationes

pationes superfluae. Tu inquire, an talia sint in te quæ amputare sit opus, & adhibe falcam spiritualem, ut Deo proferas optatum frumentum.

Quartum Punctum. Considera tertio necessarium esse, ut vitis bonos borros producat, ut fursum feratur paloqué vel arbori alicui adherens, nec per terram serpat. Vitis animæ nostræ per orationem eleuatur, quæ est eleuatio mentis ad Deum: item per fugam terrenam terrena etiam non malarum. Hoc an in te sit vide, & si quid sit corrigendum corrige.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam Septuagesima.

Primum Punctum. Considera an tibi obnigilientem culuram animæ tuæ cœnuerant illa verba dicta his qui conducti erant antequā conducerentur ad laborandum in vinea. *Quid hic fas tota die otiosus.* Quod agnosces examinando præcipuas actiones tuas. Nam si vel una imperfectione fœdatae sint, viles non sunt, ac proinde otiosæ. Bonum enim ex integra causa, ut loquuntur Theologi, malum autem est ex singulis defectibus. Ideo si otiosè viuis dole, & te emenda: sin minus gratias age Deo, & magis ac magis progredi stude.

Secundum Punctum. Considera præmium patratum à Deo diligenteribus vineæ eius cultoribus. Est enim maius omni humano præmio, tum quoad durationem, quia æternum est: tum quoad magnitudinem utilitatis eximiae, tum quoad alia omnia motiva, quibus mundani excitantur ad toleranda mala, & facienda bona illecti spe præmij mundani. Quocirca debes extendere affectum tuum ad laborandum Dei causa modo proportionato excellentiae huius præmij. Quod an facias vide, & proficere stude.

Tertium Punctum. Considera mundi operarios in omni statu hominum discutendo per præcipuos quam multa patiatur & faciant, ob incertam vilitatem, quam multa expendant patrimonia in aulis Principum sine remuneratione. Tu vero pro præmio qui Deus est, & Dei beatifica visio, an tantum patiaris & facias, an tantum Deo dones, vel Dei causa expendas, cum possis perpende, & quid tibi faciendum sit agnoscere. Illud autem tibi certò faciendum est, nunc, quod faceres si iam iam te moriturum scires.

Quartum Punctum. Considera felicitatem Dei iherorum, qui Dei beneficio, et si vel tardè vocati ad eius obsequium, vel tardè incipientes illi rectè seruire post multos annos male transactos possunt per Dei gratiam & suam co-operationem ardenter & indefessam, attingere gradus & merita magnorum Sancto-

rum, & compescere præteritas negligencias, seu vt loquitur Apostolus *redimere tempus.* Ne despera igitur si negligens haec tenus fuisti, erige te, fide Deo, admitere, feriò cooperare, efficaciter vtere auxilijs quæ habes, & consequeris eundem denarium diurnum quem sunt consecuti magni SS.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam Septuagesima.

Primum Punctum. Considera verba illa Domini Samaritanis dicta. *Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me, & perficiam opus eius.* Inquire an hæc verba tibi conueniant, & da operam ut ita viuas, ut verè hæc verba tibi quadrent.

Secundum Punctum. Considera patientiam Christi & humilitatem, qui derehctus à misericordia Samaritana, manu propè fontem Iacob: vbi perpende quid tunc Dominus Iesus cogitat, quid fecerit, quād ex quo animo tulerit se ita solum relictum & ex his considerationibus proficete stude.

Tertium Punctum. Considera fructum laborum nostrorum in Religione, omnium prorsus, etiam vilissimorum quibus conueniunt illa Christi verba: *Qui metit mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam, ut & qui seminat simil gaudeat, & qui metit.* Et ponderabis his verbis, excitate ad laborandum strenue in vinea Domini.

Quartum Punctum. Considera bonam simplicitatem Samaritanorum, quorū multi propter testimonium Samaritanæ perhibentis quia Dominus Iesus dixit ei omnia quæcumque fecit crediderunt in eum. O quam plura argumenta habes credendi verbis Christi & tam illis non obedis. Hoc perpende quād turpe sit quād noxiū & te emenda.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam Septuagesima.

Primum Punctum. Considera modum doctrinae Christi, quen in suis Concionibus adhibebat. Erat enim docens in Synagoga, quasi potestatem habens, & non sicut Scribe, ut stuparent super doctrinam eius. Excita in te affectum gaudij, ob hanc causam, & mentis auribus, ac si præsens adesse audi Christi doctrinam ad te applica & proficere stude.

Secundum Punctum. Considera vnum ex Auditibus Christi fusile hominem habentem spiritum immundum, qui exclamauit. *Quid nobis & tibi Iesu Nazarene, venisti perdere nos.* Scimus te quid sis Sanctus Dei singula verba pondera iuxta secundum orandi modum, & quantum licebit

licebit tibi applica, & varios pios affectus de-
prome.

Tertium Punctum. Considera verborum Christi efficaciam, qui ut dixit. *Obmutescit exi ab eo, exi spiritus immundus discerpens eum.* Admirare Christi potentiam, gratulare, inuoca, ut & tibi sit in tuis miserijs salutaris, & ex parte tua Christo in te operanti cooperare.

Quartum Punctum. Considera majoribus te esse obnoxium miserijs quotidianis, quam fuerit infestatio unus Spiritus in illo homine, qui dum arriperetur à Spiritu non peccabat ob defectum vsus rationis. Vnde sequitur debere te magis erubescere ob defectus tuos voluntarios, quam erubesceres si energumenus es, preterea debere te maiori conatu & studio quærere liberationem tui ab illis, quam quæreres liberationem tui à Dæmonie, si, quod absit, ab illo ob sidereris. Quod an & quomodo facias recognoscere & propone emendationem.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam Septuagesima.

Primum Punctum. Considera felicitatem Petri & Andreae, quorum domum Christus Dominus introire dignatus est de Synagoga exiens. Cuius beneficij magnitudinem agnoscet facta comparatione cum simili ingressu aliquarum personarum illustrium ad domos pauperum, &c. Hinc facta ad te reflexione agnosce adhuc feliciorem esse Petro, quia Christum non iam mortalem recipis, non semel tantum idque modo magis modo, & magis benigno in SS. Eucharistia. Ideo gratias age tenero affectu & cogita, quid rependere debebas pro tali visitatione.

Secundum Punctum. Considera benignitatem Domini Iesu, qui ut ingressus est domum Petri, vidit socrum eius iacentem & febricitantem. Hic imaginare te ipsum Christi huic aspergi presentem, quomodo, quo animi affectu, qua cogitatione afflatum agrotantem aspicerit. Gratias ei age, in plora hanc eius erga te miserationem, & erga tuos spirituales morbos, qui sunt multo maiores, quam febris illa.

Tertium Punctum. Considera modum quo Christus Febrim illam abegit: *accedens eleuauit eam, apprehensâ manue eius, & imperauit febri, & continuâ dimisit eam febri.* Hic pôdera Christum sapientius ad te accedere & spiritualiter per gratiam, & corporaliter in Eucharistia, sapientius imperare febribus tuis spiritualibus, nec tam liberatis ab eis, causas indaga, dole, remoue.

Quartum Punctum. Considera gratitudinem huius feminæ sanctoræ, quæ sanata ministrabat Christo & discipulis. Perpende qua in re ministrauerit, & quomodo. Inquire quomodo tu ei ministres, qui tamen plura ab

eo beneficia es consecutus, & facta comparsatione beneficiorum à minori ad maius, proficere stude.

SABBATO.

Post Dominicam Septuagesima.

De B.V. Profer lumen cœcis.

Primum Punctum. Considera primum lumen, quo etsi non caremus, tamen non vitetur sapere, & quasi illud non habemus, ita nos gerimus: scilicet lumen naturale, cum anima rationali nobis inditum à Deo, quo docentur etiam Technici, quid sit faciendum, quid vivandum, cuius luminis dogma est. *Quid ubinon rufieri, alteri ne feceris, & cōtra.* Inquire ergo quomodo id obliterues, & agnis multis circa hoc defecibus tuis, iij q̄ se deploratis te emendi.

Secundum Punctum. Considera lumen fidei quod in te sapere non appetit, illud enim docet, rem nobiliorem esse Deum & cœlestia, quam homines & terrena, & tamen haec magis queris quam illa, de his perditis magis doles quam illis confundere, corrigere mores tuos.

Tertium Punctum. Considera lumen Religionis tuæ, quod præbent peculiares tui influui leges, quibus doceris que sint facienda, que non: in quo lumine sapere non ambulas, leges tuas transgrediendo: annota igitur preciarias res, circa quas sapientius delinquis, ut te emendandas.

Quartum Punctum. Considera lumen conscientiae propriæ, quam Deus peculiaribus illustrationibus & inspirationibus, ad certas erudit, tam circa fugam vitiorum, quam circa exercitium virtutum. O quam sapere luce hic non vteris, & Deum docentem non audis: exulta ergo te ne ad peccati tenebras maiores devolaris, & pete è B. Virgine stellâ maris huius mundi, ut hoc quartum lumen, ad quattuor cœcitatatem depellendam, in te conseruet & augeat.

DOMINICA SEXAGESIMA.

Primum Punctum. Considera causas ob quas verbum Dei vocatur à Christo Domino nostro semen, tum propter eternam speciem, tum propter fructum, tum propter cooperationem terræ necessariam, tum propter cœlestem influxum, sine quo nihil producere potest, tum propter alia: & hinc decerpe aliqua ad morum tuorum informationem.

Secundum Punctum. Considera num anime tuæ conueniat, vel non conueniat, semen quod cecidit secus viam, & conculeatum est, & volucres cœli comedenterunt illud. Diaboli de coede sustulerunt, ne credentes salutem fiant, & proficere stude.

Tertium

Tertium Punctum. Considera. An tibi conveniat vel non conveniat, semen quod cecidit super petram, & natum aruit, quia non habebat humorem: quia tempore tentationis verbum antea cum gaudio receptum repudiatur, & si ita est dole & temenda.

Quartum Punctum. Considera an tale sit in te Dei semen quod cecidit in terram bonam & ortum fecit fructum centuplum; quod si ita est. Deo magnas age gratias. Sin minus dole, quod tam secundum semen, tam paruum in te producat fructum, & a Christo Iesu in Sanctissima Eucharistia existente pete, ut ille qui in te seminat, faciat illud maturescere, & fructum quam maximum proferre.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam Sexagesime.

Primum Punctum. Considera causas ob quas Christus narrata de semine parabola clamat dicens; Qui habet aures audiendi audiat. Nil enim Christus Dominus sine gravi causa fecit, multò minus non clamasset prater morem suum, & communem aliorum hominum nisi gravi te commotus. Quod quid sit, inquire, & fructum inde aliquem dercepe.

Secundum Punctum. Considera felicitatem tuam, & fratrum tuorum, quibus optimè quadrant illa verba Christi Apostolis dicta: Vobis datum est nosse mysterium Regni Dei, ceteri autem in parabolis, vi videntes non videant, & audientes non intelligant. Quod non tantum respectu saecularium verum est, verum etiam respectu multorum Religiosorum in quibus non est tanta rerum diuinarum cognitio quanta in ordine tuo. Exolle Dei bonitatem, gratias age, & vide quomodo utraris hac notitia ad seruendum Deo fideliter & perfecte.

Tertium Punctum. Considera quid mysterij sit quod Christus Dominus dixerit semen in corde opimo Seminatum fructum afferre in patientia, cui non dixit in deuotione, in charitate, vel alia virtute, sed in patientia. Hoc inquire & proficere stude.

Quartum Punctum. Considera quando, quibus modis, per quos, quibus in locis, quam sapè Dominus in corde tuo seminet semen suum, & an corresponeas his omnibus circumstantijs spiritualis seminationis, & si quid sit correndum corrigere.

Lonicij Opus. Tom. 2.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam Sexagesime.

Primum Punctum. Considera Christum circumcitem Galileam secedentemque in desertum locum ad orandum. Vbi Duo perpende. Primo quomodo Christus summo orationis dono praeditus fugit occasiones distractionum quas afferit locus non desertus ut tu discas quare adiumenta collecta orationis. Secundo quomodo Christus in illo deserto loco, oratione solitus fuerit interius, & exterius, & imitare.

Secondum Punctum. Considera pium turbæ affectum erga Christum quæ requirebat eum, & venerant usque ad ipsum, & detinebant eum ne discederet. Gratias age illis quod tanto facerent Dominum tuum. Christo Domino gratulare hanc populi gratiam. Vide an tu æquale affectu Christum queras, & in SS. Sacramento & in cœlo, & proficere stude.

Tertium Punctum. Considera Christi beneficentiam, qui omnes malè habentes sanabat. Latate quod habcas Dominum tam potentem, qui omnia mala possit nullo negotio depellere, spemque in te excita, & talis esse labora, qui dignus sis ut ab illo cureris.

Quartum Punctum. Considera affectum ægitorum qui Christo Domino occurrabant, vel se offerebant sanandos, quo desiderio, quæ spe curationis quo ardore id petentes. Et examina an tu in necessitatibus tuis, ita implores Christi opem, ita desideres curationem tui, & si quid sit correndum corrigere.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam Sexagesime.

Primum Punctum. Considera verba cuiusdam scribæ qui Christo dixit; Magister sequar te quocunque iteri. Et vide an in te sit idem affectus ad sequendum in omnibus Christum. Et inuentis defectibus varijs, qui indicant, te Christum non in omnibus sequi, eos desle, & emendare stude.

Secondum Punctum. Considera tenero commiserationis affectu, verba illa Christi Domini: Vulpes foieas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput inclinet. Compatere vehementer dulcissimo Domino tuo, ita tui causa agenti, & neglecto ab hominibus. Gratias age, offer illi cor tuum, ut ibi caput suum reclinet, quare ut dignum sit mundum exhibe ab omni labe, & faciore peccati.

PPP Tertiū

Tertium Punctum. Considera verba alterius cuiusdam, cui cum Christus dixisset sequere me, dixit Domine permittu primum ire & sepelire patrem meum, cui Christus sine ut mortui sepe- liant mortuos suos. Hinc disce quām mundus esse debeas ab affectu erga consanguineos, quando rem bonam & quadammodo necessaria Christus filio ergo Patrem diffusit, stua- dens vade & annuncia regnum Dei, quod quo- modo prelates perpende.

Quartum Punctum. Considera tertij homi- nis factum & dictum, qui cum Christo dixis- set sequar te. Domine, sed permitte mihi primum renuntiare his qua domi sunt, ait ad eum Iesu: ne- mo mittens manum suam ad aratum & respon- sivo aptus est regno Dei. Pondera singula & pios affectus decerne.

FERIA QVINTA.

Matt 8.
Marc 5.
Luc 8.

Primum Punctum. Considera statum quo-

rundam Gerasenorum qui à Dæmonibus obsecsti vestibus non inducebantur, in mo- numen- tis manebant, scui nimis, ita ut ne- mo posset transire per viam illam, neque ca- tenis (quas lèpè & compedes rumpabant) retineri poterant se verò lapidibus concide- bant. Compateret creaturis Dei, conditis ad imaginem eius, perpende statum animæ obsecstæ à Dæmons, & quām sit fugiendus penetra, & hinc à minori ad maius disce, quām peior sit status hominii Dei gratia carentis, vt tanquam à specie colubri fugias non tantum à peccato, sed ab omni umbra peccati mortali. Quod ad facias vide, & si quid sit emen- dandum emenda.

Secondum Punctum. Considera excellentiam Sanctorum Christi quam vel iniuti Dæmo- nes per hos obsecstos coacti sunt adorare pro- cidentes. Tanta deberet esse Dei seruorum præstantia, vt etiam inimici conuicti soliditate probitatis cogantur eam agnoscere & obser- uare. Talis an sis, talis an esse coneris ob glo- riæ Domini tui. & S. Ecclesiæ ornamenti, vide & talis esse conate.

Tertiuum Punctum. Considera petitionem obsecstrorum Christo porrectam: Obseruo te Iesu fili Dei altissime ne me torqueas: dicebat enim il- li, Ex spiritu immundo ab homine. Hos imitan- tur iij imprudentes, qui vitio aliquo manifeste laborantes, non conantur illud excludere licet Deus illud exclusum velit per inspiratio- nes occultas, & alias externas, quibus vi solet vias. Eorum an sis è numero vide, & esse caue.

Quartum Punctum. Considera pia Chri-

sti Iesu viscera, & affectus quos haber domi nos è cœlis aspicit, tot Dæmonum erroribus vel seductos, vel implicatos, & de perfecta munditate animi minus æquo soli citos. Quid putas Christum de te si talis es cogitare, & de fructu suorum meritorum pro te oblatorum. Hæc humili ac tenero affectu perpende. Chi- adora, veniam pete, dole, & te serio emenda, te stude.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam Sexagesima.

Primum Punctum. Considera desiderium Dæ- monum qui viso gregi porcorum, à Christo petierunt, sibi ut licet eos ingredi. Con- sidera causas, cur in hæc potius animalia, quām alia secedere voluerint, & dices illos mores quibus Dæmons delectantur, eos ut fugias.

Secondum Punctum. Considera fructum hu- ius transitus Dæmonum in porcos, quos post- quam ingressi sunt præcipites egerunt in sta- gnum & submerserunt. Iste est fructus Dæ- moniacæ persuasionis, & omnis mali operis illi ipsi nocet qui cooperatur ei. Comproba id exemplis ex experientia quotidiana penitus, & firmiter statue ita semper procedere, ne sit tibi nullum commercium cum illis sive perfo- nis sive actionibus ad quas se admittat ali- quid, quod Deum non sapiat, quod Deus non placeat.

Tertiuum Punctum. Considera humilitatem Christi, qui vnum ex his à legione Dæ- monum liberatis, ad sanam mentem revoca- tum, non est dedignatus affidere sibi, id est enim inuenierunt ciues illi eum ad pedes Christi sedentem. Contemnare piè Christum, & hunc miscellum eius pedibus affidentem. Co- gitare quid tunc ita Christo affidens cogant. Gratulare ei, beatum prædicta, & sumtes pios affectus elicer stude.

Quartum Punctum. Considera statutum Ge- rasenorum, qui viso tam insigni Christi mica- culo, rogarunt eum, ut discederet ab illis, quia magno timore tenebantur idque impe- trarunt. Hos imitatur quando eos absente cu- pimus à nobis, quando eos refugimus per quos mala nostra abiguntur per quos curamur. Hoc, quanta, sit & dementia & periculi, pondeta, & ne talis sis da operam.

SABBA-

SABBATO.

Post Dominicam Sexagesima.

Mala nostra pelle,

Primum Punctum. Considera primum malum culpæ propriæ animum maculantem, Deoque exosum & cœli incapacem reddentem, & quæcunque & quas ob causas sit fugienda, vide, cuiusque horrem in te excita, & pro præteritis culpis admisis abundarem dolorem.

Secondum Punctum. Considera malum poena spiritualis, vel in hac vita vel in altera luendæ, quod peccatum relinquit, & vide cur tibi dada sit opera ab eo ut semper sis liber, eisque adhibeas modos per quos illud ab homine excludit.

Tertium Punctum. Considera malum culpæ alienæ, quam sit noxium alijs, in una civitate vel domo, ponderato peccato Achæorumque, ob quod eriant qui non peccatum sunt puniti, id est & tu cauere debes ne alijs noceas, & dare operam ne alij peccent: quod autem procures vide, & si quid sit emendandum in te vel in alijs, in quantum licet emenda.

Quartum Punctum. Considera mala poena quæ maligni homines vel Reipublicæ, vel Ecclesiæ, vel tuo Ordini, inferre possunt vel solent, & quæcunque noceant communī bono: ut ita excites ardens in te desiderium et vel impediendi ne ingravent, vel amouendi si inuaserent. Quod an facias inquire, & quid tibi sit faciendum constitue, & ora Deiparam ut haec mala pellat.

DOMINICA QVINQUAGESIMÆ.

Primum Punctum. Considera causam ob quam Christus Dominus secreto duodecim discipulos assumptus ieus Ierosolymam versus, & illis dixit præparata sibi flagella & mortem. Et cur non assumptus alios, & fructum aliquem inde decerpe, eum præsertim ut viam inuenias pet quam tantam iniuste Christi Domini gratiam possis, ut sis unus ex validè chatis & dilectis eius.

Secondum Punctum. Considera cæcum sedenter secus viam mendicantem, & ad Christum transeuntem clamantem: Iesu filij David miserere mei. Gratulare & Christo Domino hunc honorem, & cæco hanc felicitatem, quod potuerit inuocare tam beneficium Domini, tam dulcem, & visceribus charitatis plenum. Similiter coniunge clamores tuos ad Dominum Iesum, propone tuas & mundi demeritati hisce diebus gravissimas necessitates, & ardentissimè Christi Iesu misericordiam

Lancij Opus. Tom. 2.

implora, ne peccata nostra puniat, & ut à peccatis præseruat, & ab admisis quam citissime libetet, & pro admisis faciat ritè pœnitere & satisfacere, præteritaque scelerata vita emendatione & sanctimonia compensare.

Tertium Punctum. Considera causam ob quam felix ille cæcus Christo non aliud titulum tunc dedit, quam filij Daud, cum tamen alij etiam Dæmones, nobiliorem alijs dare solent, vocantes filium Dei: causam petere potes, tum ex Daud mansuetudine, tum ex commiseratione erga afflictos, tum ex beneficentia ei familiari; quasi vellet exemplo Daudis, ex cuius prosapia Christus descendit, eum ad sibi beneficiendum commovere. Ita placet Domino pia astutia, cum sanctis artibus viuimus ad cor eius benignissimum flectendum ut beneficiat nobis.

Quartum Punctum. Considera Constantiam boni cæci, quem licet incipient transiuntes, ne clamaret Christum inuocans, ipse multò magis clamabat. Hoc nunc faciunt mali Christiani & Religiosi, dum malis exemplis, & otiosis colloquiis vel operibus auocant eos, qui Christum pro suis & peccatorum miserijs vellent ardenter inuocare. Tu ne sis eorum è numero, sed cæcum hunc imitare, & a Christo pete, ut tenebras tuas abigat, & cæcumundi, & te videre faciat in celo Deum Trinum & unum.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam Quintagesimæ.

Pvnctum Primum. Considera quid cause sit quod etiæ Christi Dominus clarissime diceret discipulis suis se tradendum gentibus, illudendum, flagellandum, conspuendum, occidendum, tercia die resurrectum, etamen ipsi nihil horum intellexerunt. Tamen difficiles res videbantur? Hinc agnoscere quam nihil possumus sine Dei lumine, quam multorum malorum turpitudinem, bonorum excellentiam non agnoscamus, ideoque non moucamur. Tunc ergo ne peccatis tuis lumini Divino obicem ponas, qui Apostolis melior non es, nec magis quam illi dignos lumen divinum. Hoc ponderans omnia peccata fugere stude.

Secondum Punctum. Considera quomodo Christus se disponeret ad Passionem suam, eius tempestiuæ præmeditatione & colloquio de illa. Docet te prævidere iacula, ut minus feriant. Ideo reuocatis in memoriam difficultatibus tuis contra illas te præpara frequeti meditatione, cogitatione, pro colloquio, ne dum occasio obrepit succumbas, quin potius pro Dei gloria gloriosè triumphes.

Ppp 2 Ter-

Tertium Punctum. Considera tenero commiserationis affectu, cæcum adhuc secus viam sedentem, & mendicantem & pondera calamitatem eius dupliciti, cætitatis, & egfestatis, & in eo innumeras calamitates temporales multorum hominum & bestiarum, & quia creature sunt Domini tui, in commordum tuum conditæ, exardesc te tenero commiserationis affectu erga illas, & clama ad Deum ex animo dicens magis affectu, quam verbis 'Oculi omnium in te sperant Domine, aperi manum tuam & imple omne animal benedictionem. Resipe in opera tua Domine & his similiis.'

Quartum Punctum. Considera malas cæci qualitates quod scilicet videre & habere non possit, res quibus in sua cæcitate eger, & applicata tum mundanorum hominum statu, tum animæ in mortali peccato existenti, & gaudie quod vocatus sis in statu lucis & splendoris, Christum lucem mundi secururus & operam tuæ precibus, tum exemplis bonis, & alijs modis ut & tu semper sis a peccatis graviis immunis, & alij per te ab ijs liberentur.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam Quinquagesima.

Primum Punctum. Considera benignissimum cor Domini Iesu qui audito pio clamore boni cæci stetit, & iussit illum adduci ad se. Hic intuere Christum stantem, aspice eius intellectum, quid tunc de cæco illo cogitabat, & voluntatem quos tunc affectus voltebat, & opta ut & tu semper ita placeas Domino tuo, ut singula actiones tuæ sint quidam clamores ad aures Domini tui peruvlantes, illiusque amorem erga te beneficum prouocantes. Tales an sint vide, & tales reddere Dei ope adiutor stude.

Secundum Punctum. Considera humanitatem Christi Domini, qui ex adducto cæco, eti sciret quid vellet, tamen affabilitatis gratia, ut se eius colloquio lgiore recrearet, petiri, quid tibi vñ faciam? ostendens se quod petret concepsitum. O felix anima qua ita grata est Deo suo ut ad simplicem eius petitionem paratus sit, eam exaudire. Cogita quanta sit felicitas hæc, & quam facile possit acquiri, disce exemplo huius cæci feruenter clamantis, & talis esse stude.

Terium Punctum. Considera responsum cæci Christo Domino datum. Domine ut videam, non petirne mendicem, eti id quoque malum est, sed gratius malum minori præterit, disce sapientiam hanc à rudi cæco, & inter duo mala magis caue id quod est maius. Tale malum est quauis vel misima Dei offensa, cur

ergo illam incurrete aedes, ne proximum contristes ei in malo non cooperando eur peccare non times, & respectus humanos times.

Quarum Punctum. Considera gratitudinem cæci & omnis plebis, que vita cæci natione vna cum eo sequebatur Chilum dans laudem Deo. Hoc imitate istis præsternis diebus, quibus Deus & malis parcendo, & bonos souendo, maiora beneficia præstata, da ergo eum ardenter si potes assidue.

Die Cinerum. De Cane in Bethania.

Primum Punctum. Christus canavit in domo Simonis leprosi in Bethania. Considera modum quo se gesit in illa cena, quid, quomodo, quo gestu, quo auditu, coeditu, bibitu, locutus est, quando ad illam mensam sedit, & ex hægolis deceperit documenta, quibus & defectis ad mensam emendes tuos, & Christo cananti similes sis.

Secundum Punctum. Considera personas quæ huic cena adfuerunt. Primo Simonem canaque leprosum, cuius domum Christus adire non est dignatus. Secundo mulierem virginem pretiosum super caput Christi sine vlo humano respectu effundentem, nec erubescerentem in publico conuicio tali obsequio Christu honorare, eti non ita sibi notum, vi nobis nota est eius excellens. Tertio Iudam murmurantem ob effusionem huius virginis, putantem in vlos pauperum posuisse illud converti debuisse, & rem bonam bono animo factam vituperantem. Disce hinc non erubescere publicas virtutum exercitationes, & in bonam partem interpretari omnia.

Terium Punctum. Considera Christi mansuetudinem, qui Iudam non reprehendit, sed tantum factum fœminæ collaudavit, quod id fecisset ad se sepelendum, sempiterna memoria recolendum. Imitare Christi mansuetudinem.

Quartum Punctum. Considera quod Iudas hinc sumptu occasionem Christum tradidit, & vendidi, ideoque adiit Principes Sacerdotum de Christi traditione tractatus. Quod Christus sciens non impeditis eti posset volens efficaciter tui causa mortem subite indignissimam. Tu quam sapè declinas & impidis occasions aduersitatum inquire, & ad crucis amorem pro Domino tuo te exalta.

FERIA

FERIA QUINTA.

Matth. 26. Post Cineres. De Iuda proditione.

Primum Punctum. Considera quis fuerit Iuda antequam Christum vendidisset. A Christo ad veram fidem conuersus, ab ipso Christo edocetus fidei mysteria, Christi miraculorum & Sanctitatis spectator, forte etiam miraculorum & ipse patrator, docttor ac prædicator fidei, & tamen tantum scelus admisit. Pondera an tu ei sis comparandus in eius officiis ac muneribus, & quam timendum sit tibi Iaphus grauius.

Secundum Punctum. Considera non statim Iudam ad hanc impietatem esse delapsum sed sensim: & discurre per quas vias & prauos affectos eod detinenter, ut similes caues.

Tertium Punctum. Considera quam vilis res fuerint tringita argentei Christo Deo & Domino retum omnium comparati. Et pondera, quam saepè tu res peiores & viliores anteposueris Deo & creatori tuo, ob illas eum offendendo: unde dolorem de tuis peccatis concipes, & te Iuda peiorem esse agnosces.

Quartum Punctum. Considera Christi humilitatem & patientiam, qui sciens se minoris habitum à Iuda quam essent tringita denarij, non tulit argere se ita contemptum. Hinc disce, quam debetas Dei tui causâ contentus esse, ut & personæ aliae pluris fiant quam tu, & officia villa tibi iniungantur, siquidem nunquam illæ, & illa, ita erunt vilia & abiecta, & indigna te, sicut fuerunt haec Iuda pecuniae cum Christo vero Deo & Domino cœli & terræ collatae.

FERIA SEXTA.

Post Cineres. de Christi venditione.

Primum Punctum. Considera fœditatem huius venditionis, tum quia persona tam excellens fuit vendita: tum quia tam patuo pretio: tum quia à cliente, & tot beneficijs obligato: tum quia cum inimicis ipsis Christi venditi transfacta: tum quia maximè repugnabat amicitiae veræ, quæ omnem dolum & insinceritatem exercutavit. Et hinc disce quantopere tibi sit fugienda omnis ingratitudo erga benefactores, maximè domesticos, & omnis astus, & insincera conuersatio, cui an sis obnoxius perpende, & propone emendationem.

Secundum Punctum. Considera originem huius impie venditionis, Amorem icticet superfluarum commoditatuum in vietu & vestitu, & possessione rerum ad usum spectantem.

Lancij Opus. Tom. 2.

tium. Iuda enim in Christi schola non defuerunt necessaria, ut aliquando Christus ipsis Discipulis dixit: *Quando aliquid deficit vobis, sed Iudas soberbo & paupere sufficienti tamen ad honestam vitæ rationem, vita non contentus, propter superfluas commoditatæ pecuniam querens eo impietatis deuenit. Tu inquirere an queras superfluas commoditatæ, in vietu, vestitu, cubiculo, librī &c. & caue sensim ad maiora mala hac via deuenias.*

Tertiū Punctum. Considera pecunias impie à Iuda acquisitas non profuisse, usus enim non est ijs, sed retulit ijs à quibus accepserat. O quam saepè malè parta pessimè dilabuntur, quam saepè res contra obedientiam acquisitæ tandem manifestandæ sunt, & restituendæ & amittendæ. Examina igitur, an id, facias, & imitare Iudam saltem in reddendo quod male acquisitum est, & propone in posterum emendationem.

Quartum Punctum. Considera Iude mortem pessimam ex desperatione ottam. Agnosce Dei bonitatem, qui ob maiora peccata tua non permisit tibi tam malum finem, & caue, ne & tu male moriaris, ideoque fuge ea per que ad malam mortem deuenitur.

SABBATO.

De Causis. Cur Christus Iudam ad Apostolatum vocavit?

Punctum Primum. Considera Dei bonitatem, qui ab æterno sciens Iudam pessimè moriturum, eum tamen vocavit ad statum & officium in Ecclesia Dei perfectissimum & nobilissimum. Admirare hanc Dei benignitatem, eamque imitari semper stude, in beneficiendo ijs etiam, quos certò scires tuam perniciem quæsturos, multò magis illis, qui tales non sunt, eti tibi molesti sunt, & tibi dant occasionem patientiæ, & humiliactionis.

Secundum Punctum. Considera Dei Sapientiam in vocatione Iudæ, qui ut hierarchiam suæ Ecclesie, & Religionum à maledicentia hominum vindicarer, voluit ipse per se vocare ad Apostolatum hominem hoc munera indignum, ne Superioris Ecclesiastici (qui corda tamen hominum non norunt, ut noscebat Christus cor Iude & exitum) carperentur, dum quandoque præficiunt ineptos Ecclesiasticis functionibus, & ne eorum regimen vilesceret, ob ineptos ministros, siquidem peiores Iuda non eliguntur.

Tertiū Punctum. Considera in Collegio Apostolorum tam exiguo, fuisse, unum tam

Ppp 3 ma-

malum, & noli mirari, si vel in Ecclesia, vel in Religione quandoque imperfecti cernantur, siquidem non sunt tam mali, vti fuit Iudas, nec tot, quot sunt inter eos illorum decades, ac proinde nunquam vilescat tibi, aut Ecclesia aut Ordo vllus propter multitudinem imperfectorum, sicut nec Apostolorum Collegium vilescere debuit propter improbatam Iudae, eti maiorem quam sit in imperfectis Religiosis.

Quartum Punctum. Considera Dei amorem erga Ecclesiam & illos Religiosorum Ordines quos purgat, ex iis ejicendo malos, vti Iudam ex Apostolorum numero. Et caue ne & ubi idem contingat, ideoque da operam, vt ijs rebus fitmter adhæreas, que solent in Religione conciliare ex Dei munere persecuerantiam; vti sunt fuga peccati grauis, perfecta obedientia, amor crucis & proprii contemptus; & ea fugias, quas exturbant ex Religionione: vti sunt conscientia laxa, amor commoditatum honorisque proprii, durtia proprii iudicij, inobedientia & his similia.

DOMINICA PRIMA QUADRAGESIMA.

De Cœna Legali.

Primum Punctum. Considera Christi obedientiam qui eti non subiaceret legi Mosaicae quam abrogatus venerat, tamen iuxta illam voluit Agnum Paschalem cum discipulis ritu Mosaico comedere. Vnde disce, quantopere seruandæ sint tibi illæ leges, ad quas obserandas ex Dei præcepto & Ecclesiæ & Religionis tuae, & internas conscientias luminibus adigeris, considerando quam sint & viliores & perfectiores ritibus Mosaicis per Christum abrogatis.

Secundum Punctum. Considera exactam Christi in obseruando hoc ritu diligentiam: quomodo ne minimum quidem apicem omiserit, sed minutissima quæque in eo ritu præscripta seruauerit; Deinde confer tuam in seruandis Dei, Ecclesiæ, Ordinisque tui legibus diligentiam, an sit tam exacte in quibus & quantopere deficiat, & excitata voluntate seriam saltem in præcipuis rebus particularibus emendationem, exacte Christi diligentia te conformare stude.

Tertium Punctum. Considera internas Christi cogitationes, & voluntatis affectus, quibus eius sanctissima anima occupabatur inter edendum agnum Paschalem, tam circa ipsum Agnum, quam circa suos coniuia, quam circa suum cœnaculum illud grande stratum, quam circa alias res & personas, circa quas beata illa anima internè occupabatur, & ad huc Christi interiore statum examina tuum, an

ei sit conformis inter edendum, & proponere seriò quæ in posterum ex animo tuo tam suum excludenda quam accersenda.

Quartum Punctum. Considera Apolotolum Christo astantium tempore illius cœna modestiam, devotionem, temperantiam gravitatem in oculorum, oris, manuum, totiusque corporis motu, & gestu, quam in omnibus sparent sanctitatem: & collatis tuis, in rebus similibus actibus, corrige corrigenda, addenda, reseca resecanda.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam primam Quadragesimæ.

De Lotione pedum.

Primum Punctum. Considera quomodo se Christus preparauerit ad lauando Dictpulorum pedes, quomodo à cœna surrexit, quomodo posuit vestimenta sua, quomodo accepit linteum, quomodo se præcinctus linteo, misit aquam in peltum, & ex singulis cape necessaria documenta, & exemplares similes, iuxta Christi exemplar peragendas.

Secundum Punctum. Considera Christi modum, externum quo lauit suorum pedes, scilicet, quam diligentia quam accurata, fine festinatione, cum totali applicatione. Et vide an tu simili modo iniunctas tibi à Deo, Ecclesia, Religione, conscientia, res pergas, & propone mandationem.

Tertium Punctum. Considera internum Christi affectum, quo pedes lauit suorum, quo scilicet amore, quo seruore, quia reverentia interna, quâ sui humiliatione, quo desiderio maioris adhuc humilationis, quam patientia, quam castimonia, & puritate animi, præcipue vero, quod sine respectu personarum, & fine acceptio illarum, quemque vni ac alteri, & ex singulis documentis decerpe.

Quartum Punctum. Considera Christi humilitatem in lauandis pedibus suorum maxime Iudæ sui proditoris futuri ponderat excellentiæ persona Christi in quantum erat & Deus & homo, & actionis ipsius vilitate, & indignitate Apostolorum Christo, vt Deo & vt homini comparatorium, & improbitate Iudæ, qui iam machinabatur Christi prædicationem. Ex altera parte penetra efficaciter, nullam tibi posse contingere in mundo occupationem tam villem, & abiectam respectu tui, atque fuit locatio pedum respectu Christi, & ideo heroico animo firmiter propone, nullam inquam rem villem vel occupationem subterfugere, exceptibæ, vel vani honoris vel amoris proprii instinctu, quinimo quam primum quam ardentissime querere ea, quæ te humiliant cotam hominum.

hominibus, & in iis perseverare propter amorem Christi Iesu, ita tui causa se humiliantis.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam primam Quadragesime.

De verbis Christi & aliorum tempore locutionis pedum.

Primum Punctum. Considera Petri reverentiam & humilitatem, quā motus detrectabat lotionem. Domine tu mihi quas pedes? & quāmerito id detrectaret ob Christi excellētiam, & suam vilitatem. Hinc disce quā ratione acceptare vel non acceptare debetas, dūij qui te superant aliqua re (sive ætate sive virtute, sive doctrinā, sive aliis talentis sive officio) tibi aliquid deferunt bonoris vel obsquij, & perpende quomodo te in talibus occasionibus geras, quoad locum, occupationem sessionem, mansionem in cubiculo, & similia, ut emendes que digna sunt emendatione.

Secundum Punctum. Considera excessum Petri in humilitate inculpabilem quidem, tamen non omnino perfectum, cum dixit. Non lauabis mihi pedes in eternum, id eoque Christus eum cortexit si non lauero te non habebis partem meū. Hinc disce etiam in actionibus & propolitis virtutum fugiendas esse pertinaces & quasi æternas resolutiones, sed in omnibus seruandam moderationem, vt nulli bona actioni ita adhæreas quin promptè eam relinqas si id Diuinæ voluntatis interpres superiores tui iudicauerint. Cogita quomodo hac in parte procedas, & aspira ad perfectam animi moderationem & æquitatem.

Tertium Punctum. Considera Petri promptitudinem in mutando suo proposito de non permittenda suorum pedum lotione prius facto, ybi audiuist. Si non lauero te, non habebis partem meū. Hinc verò disce ad mutanda tua proposita pertinacia, & ad faciendum id quod Deus per suos vicarios vult, non debere te expectare tam efficacia motiva & tam terribilia vt fuit hoc Christi. Non habebis partem meū. Sed te ad minimum nutrum & significationem propensionis in superioribus debere flectere tuam voluntatem ad omnia que per eos tibi proponuntur, considerando quanto per hoc sit perfectum, nobile, heroicum Deo gratum.

Quartum Punctum. Considera dulcissima illa Christi verba plena succo, & doctrinis, quas ex illis instar apis decerpit. Scitis quid feceris vobis? Et Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciat. Amen amen dico vobis non est seruus maior Domino suo (q.d. nolite ergo esse cōmodiores in virtute &c. quam ego fuētim)

si hæc scitis beati eritis si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico ego scio quos elegerim. Utinam tu sis ex electis, habes ne signa electorum vide.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam primam Quagragesime.

De Christi proditione à Christo prænuntiata.

Primum Punctum. Considera quo affectu in tetro Christus prædixit se à Iuda tradendum, scilicet Turbatuſ fuit Dominus spiritu. Turbatio enim illa, non vt in nobis præuenit rationem, sed spiritus & rationis imperium sequuta est, & merito quia peccatum tam execrandum Iudea, dignum erat, vt ira iusta, ita turbatione animi illud improbantis. Tu examina turbationes tuas, an habeant has duas conditiones, an ex iusta causa oriuntur, & an sequantur non præueniant rationem, & Christo te conformatre stude.

Secundum Punctum. Considera Christi dolorem ex Iudea ingratitudine ortum. Vnus ex vobis qui manducat mecum, & intingit mecum manum in paropside, tradet me. Et recordare te plura ac maiora à Christo percipisse beneficia quām hoc fuerit, eodem cum eo cibo vesci, & tamen quām sāpē tradidisti Christum, præcepta eius & consilia fortasse violando. Et inquire quomodo in posterum te gerere debas, & pro offensio tam magno benefactore eidem satisfacere.

Tertium Punctum. Considera Christi mansuetudinem, qui non detexit aperte suis discipulis suum pridictorem nec nominavit eum. Tu an eodem modo te geras circa alienos defectus vide, & si delinquis emenda te, considerando motius quibus excitari possis ad detestandum vitium detractionis & infamacionis proximi.

Quartum Punctum. Considera Christi bonitatem qui non nisi desiderio iuuandi Iudam, & ipsius Iudea expresa petitione motus detexit illum ipsi, tranquam pridictorem sui futurum, vt ita saltem pudore abstraheretur ab impia deliberatione, quod vt facilius persuaderet dixit: Vnde homini illi per quem filius hominis tradetur, bonus erat ei si natus non fuisset homo ille, nec tamen id profuit. Hinc agnolce quām periculorum & pernicioſum sit laxare habenas immoderatis affectibus sive ira, sive amoris erga rem aliquam vel personam, & quām difficile sit, etiam ipsius Dei expressā voce retrahi a malo proposito ex vehementi passione orto. Ex altera parte inspice immoderatos affectus tuos præcipios, & pericula ac mala in quæ per eos delapsus es non scimus, & delibera de modis qui-

P p 4 bus

bus eos frenare & mortificare possis, ne & vehementes in te sint, & te ad nullum peccatum vel imperfectionem adducant.

DOMINICA QUINTA.

Post Dominicam primam Quadragesima.

De ambitiosa contentione Discipulorum.

LUC. 22.
v. 24.

Primum Punctum. Considera humanæ naturæ, etiam in viris bonis fragilitatem: quomodo Apostoli post perceptam etiam Eucharistiam cœperunt inter se contendere. *Quis eorum videretur esse maior.* Vnde agnosces quam sic difficile eradicare studium honoris & existimationis propriæ, ideoque tuam conscientiam introspicere, an illud in te quoque sit, & quibus signis se prodat, & propone emendationem.

Secondum Punctum. Considera Christi admonitionem quam paternè, quam placidè eos ab ambitioso honoris desiderio auocet, ostendens illud in Regibus gentium vigete, ideoque dedecere legem Christi professos. Deinde monet. *Qui maior est in vobis sicut minor, & qui professor est sicut ministrator.* Pondera singula & disce, si maior, & professor esse debet ut minor & ministrator, quantum magis æqualis, quantum magis qui minor est ætate, officio, virtute, talentis. Vide igitur an ita te geras, & notatis præcipuis hac in parte defectibus proponere emendationem.

Tertium Punctum. Considera & aliud motiuum Christi ad fugam honoris impellens scilicet exemplum suum. *Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat.* Et reuoca in memoriam quomodo Christus à sua nativitate semper se gesserit ut qui ministrat, in vestitu, vīctu, habitatione, personis cum quibus agebat, occupationibus &c. vt penetres quam Deo gratum, quam tibi conueniens, quam ad tuam pacem & perfectionem necessarium sit Christo te conformatte in hoc, non mundo, non aulicis, non imperfectis Religiosis.

Quartum Punctum. Considera præmiū quod Christus promittit iis, qui eum in humilitatis statu sequuntur. *Ego dispono vobis Regnum, quomodo Domine sicut dispositus mihi Pater.* Pondera hæc sicut dispositus mihi Pater, quid inde sequitur: *vt edat & bibatis super mensam meā in Regno meo, & sedeat is super thronos iudicantes duodecim tribus Israel.* Perpende singulas partes huius præmij. Et qui sint quib us id promittit, vos estis qui permansistis mecum in temptationibus meis, scilicet in tali statu viuendo in quali ego vixi. Hinc Deo gratias age quod ad talē statū vocatus sis, & magis, si in eo viuis ut de bes, sin minus corrigere mores tuos.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam primam Quadragesima.

De prenunciato à Christo Discipulorum periculo in eius Passione.

Primum Punctum. Considera Christi curam circa suos quomodo præmonet, ut tacula præuisa non feriant, ut le arment, ut sint vigilantes. *Becce Satan expetuit vos, ut vibraretis sicut inictum.* Pondera singula verba scilicet Satans potentiam, experientiam in pugnando, alium, media quibus vincit, ardens desiderium, indefessum laborem in expugnandis bonis. Deinde quid prætentat Satan *vibrare bonos sicut inictum* scilicet separare à bonis malos, ut à tritico paleas quas comburatur. Hoc prætendit duabus modis Satan. Primo, ut separe moribus, scilicet à bona vinendi ratione, honorum faciat diuersos malos mores inducendo imperficitiones &c. Secundo, tandem ut à vocations auellar, & ad infernum pertrahat: quam ergo diligentes & oculatos esse oportet eos, quibus tam potens & expertus hostis induxit effidet. Ad has autem insidias evadendas optimum consilium parere consiliis à Christo per suos Vicarios datis, quibus nos præmonent & præcauerent ne vincantur.

Secondum Punctum. Considera Petri bonam voluntatem. *Domine tecum paratus sum, & in carcere & in mortem ire: nisi omnes scandalizaverint in te ego nunquam scandalizabor: itamque optulerit me mori tecum, non te regabo.* Et tamen etiam ante mortis periculum statim Christum negavit. Hinc disce timete teipsum, tibi non fidere, plus de aliorum virtute & perseverantia quam de tua tibi promittere.

Tertium Punctum. Considera veritatem Christi prædicationis, quia ita negavit Petrus Christum, ut Christus prædixit. Vnde disce valde necessariam doctrinam scilicet credendum esse omnibus Dei prædicationibus, & præmonitionibus in Scriptura positis quales sunt: qui querit periculum peribit in eo, nemo respiciens retro apud eum Regnum, qui non colligit mecum, dispersio: qui non dicit Patrem & matrem &c. scilicet qui non fugit eos dum à bono ad malum trahunt, & qui non batinat crucem suam (tolerando libenter aduersa saltē patienter) & venit post me (imitando me) modum viuendi in omnibus non potest mutari discipulus: Regnum celorum rīm patitur &c. & similis. Credite ergo his, & ita procede sicut procedendum esse denunciant hæc Dei admonitiones.

Quartum Punctum. Considera cum timore & humilitate, sine curiositate, quid etiam Christus ad dexteram Patris sedens de tua perseverantia in vita bona & statu Religioso cogite,

giter, quid quodammodo Angeli & Sancti de te predicit, & sciens quod te non deseret, nisi tu illum prius deferas, fuge ea ob quae excedere posses ex hoc statu, & contraria se habeas.

SABBATO.

Post Dominicam primam Quadragesimæ.

De Christi itinere ad hortum.

Primum Punctum. Considera modum quo Christus peracta canæ cum discipulis suis iuit in hortum distantem à loco canæ & quasi Christum eum cum suis aspiciens, intuere quæ festinatione, quo motu manuum, digitorum, pedum, capitis, quo situ totius corporis, quibus gestibus, quæ oculorum agitatio iter illud perficerit. Et ex singulis rebus ad similes tuas actiones reflectens oculos cape nec effertia documenta ad tui reformationem.

Secondum Punctum. Considera comites itinoris Christi, an cum aliquo & quali delectu contum incedat, an hunc portius quam illum, & eum secum vel ibi proxime allumat. Et eadem in tuis locis & comitibus ex amans, disce quā sint serio amputandi personarum respectus, priuatæ amicitia, delectus sociorum non ob finem spirituali sed mundanum, & similia quæ hinc oriuntur, ut etiæ in hoc Christo te conformes.

Tertiū Punctum. Considera finem ob quæ Christus iuit in hortum, qui non fuit talis quæ mouentur seculares vel Religiosi discolini & imperfecti, sed longè diuersi, simul considera internum affectum quo Christus eò se contulit, scilicet sine nimbia auiditate & celeritate, & desiderio interno, pacata mente, & inclinatio ne voluntatis sedata &c. magno tamen desiderio in eo patiendi id quod fecerat se ibi persistutum. Unde & tu disce, & emenda duo. Primo, resecate nimiam cupiditatem etiam bonarum rerum, & mentis in eis querendis immoderationem. Secundo, repugnantem à locis in quibus te aliquid persistutum praesentis mortificationem &c.

Quartum Punctum. Considera an, & qua de te, & quali voce, an elata an modica, an cum gestibus, an alio modo Christus cum suis in hoc itinere locutus sit, & ex omnibus decerpens necessaria exempla, conformante in omnibus Christo Domino.

DOMINICA SECUNDA.

QUADRAGESIMÆ.

De Christi Oratione in horto.

Primum Punctum. Considera cur Christus ad orandum delegavit hortum illum ab urbe

remotum. Item cum etiam ab Apostolis secesserit longius, non ut singulariter orationem, non ut negligenter oraret, vel aliud quid faceret eo tempore, sed contationem. Tu vide quomodo te hac in parte geras, & serio magnâ hac in parte propone emendationem & efficacem.

Secondum Punctum. Considera cur Christus relictis alius Apostolis, tres selegit cum quibus secessit ad orandum, SS. Petrum, Iacobum & Ioannem: quia nimis um in illis eminebant quædam egregie virtutes. Hinc disce cum licet nonnunquam partiale esse in conuersando cum quibusdam ob eximiam virtutem, dummodo sub prætextu virtutis aliud humanum motiuum non se intrinsecat. Deinde hinc exardecce ad querendum tamē animæ tuae statum, ut eo Christo plus ceteris placeas, hisque capax ad percipiendo maiores eius favores, non vanæ gloriae instinctu, sed ut Christi cot magis oblectes & soleris.

Tertiū Punctum. Considera sicutum quem Christus adhibuit in orando procdit enim in faciem suam. Si Christus Patti æqualis ut Deus, ut homo Patri charissimus, familiæssimus, nullius malitæ conscius, debilis, & complexionis tenerissima, ita orat, quid te facere par est? Confer tu in orando corporis sicutum, & deplora irrenieratiam tuam, sensualitatem, commoditates, quibus nec Regem alloquendo, vel superiore viceris, & propone seriam emendationem.

Quartum Punctum. Considera verba Christi orantis. Non mea sed tua voluntas fiat si non potest hic calix transire nisi bibam illum. Dic enim potissimum ex oratione fructus decerpsti sunt: ardens desiderium Divinum in omnibus faciendi voluntate, & gravissima quæque aduersa pro Deo tolerandi. Examina an hec per tuas orationes quæras & assequaris, & in postulum ut id assequare da serio operam.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam secundam Quadragesimæ.

De angoribus animæ Christi tempore Ordinationis.

Primum Punctum. Considera Christum Dominum in oratione illa, in horto sensisse magnam tristitiam. Capit tristari, & mestius esse. Causa tristitiae erat mors acerba sponte subeunda, & peccata nostra huius mortis causa. Hæc autem tristitia sponte à Christo fuit accepta, ut nihil esset quod nostri causa non perficeret. Tu vide an dum tristari soles, ob tam iustum causam ad tristitiam moueraris, an potius tristis propter eas causas propter quas latari deberes.

secundum

Secundum Punctum. Considera Christum præter tristitiam etiam timorem habuisse; scilicet tam duræ mortis, eumque non ut in nobis solet exurgere inuitis, sed voluntarium. Cum tamen posset omnia à se mala facilimè auertere quæ timebat. Ita Christustui causa nil omittit quo se pro tuis peccatis excruciet. Ut tu etiam similem erga eum liberalitatem, & benè viuendo, & mala tolerando exhibeas.

Tertium Punctum. Considera Christum præter tristitiam & timorem, etiam tedium voluntarium habuisse, ortum ex apprehensione malorum sibi imminentium, ut tanto magis excruciaret sanctissima eius anima, ad satifaciendum Deo, pro tuis iniquissimis deliciis & voluptatibus huius vite. Hinc disce non querere levamina afflictionum animæ tuæ, sed potius ut Christo acerbè dolenti te conformes, querere ea quæ tuum perpetuo exendant animum, & te excrucient, ut ita sis capitudo conformis.

Quartum Punctum. Considera præter hos tres aculeos peruenientes Christi etiam ad ipsam agoniam præ magnitudine tristitia, timoris, & tediæ idque sponte & voluntatiæ. Hinc agnoscere maximum erga te Christi amorem, qui nihil omisit, quo se tui causa encaret ut te doceret quâm parum ei correspandes, quâm sis delicatus, ut nil velis pati acerbi, sed omnia ad gustum tuum. Ecce bœfē ò membrum delicatum, ò miles sensualis, & Christo deinceps te conforma.

FERIA TERTIA.

Post Dominicā secundam Quadragesimā.

De verbis Christi ad suos in horto.

Primum Punctum. Considera prima Christi verba ad discipulos sustinet hic & vigilare mecum. Prævidens enim periculum passionis tempore imminens ad vigilandum excitat, quia tunc maximè necessaria est præparatio ad cōgressum cum hoste, qui cum semper circumeat querens ut Ito quem deuoret semper est nobis vigilandum. Tu vide an vigiles. Vigilie autem signum est læpè de hostis aduentu cogitare, illius inopinatum aduentum metuere, in minima occasione & specie eius insultus, arma armipere, omnia loca debilia per quæ aditus possit ei esse munita habere, & clausa. Tu an ita facias vide, & rebus tuis consule ne impatus vincaris.

Secundum Punctum. Considera Christi admonitionem discipulis, quos dormientes inuenit datam. *Sic non potuisti una hora vigilare mecum:* quâm suavis sit, quâm sine felle, & tamen erat eoru Creator, Dominus, Magister, Superior. Cut ergo tu in æqualis & quandoque Su-

periores te excandescis, & acerbus es? Cogita an te id deceat, qui in multis & Deum & homines offendis, & tamen tolerari vis lapsus tuos.

Tertium Punctum. Considera duo media à Christo discipulis data ad evitanda damnationis tentationibus oriri solita. *Vigilate & orate in non intrexis in temptationem.* Duo enim sunt quæ omnes tentationes Dæmonis elidunt, ne nobis noceant. Vigilantia seu cura nostri protectus, & feruens oratio. Tu quomodo in his duabus te geras inquire, & vide ne tuo officio desis.

Quartum Punctum. Considera Christi promptitudinem in offerendo se morti pro nobis, aduentantibus enim inimicis dixit Discipulis. *Ecce appropinquauit qui me tradet: Ecce appropinquauit hora & filius hominis tradetur in manu peccatorum, surgite eamus.* Pondera quâm verbis placidis Christus suam tam acerbam passione explicet. *Tradetur in manus peccatorum,* Itane tu loqueris de minoribus tuorum aduersariorum contra te insultibus? Deinde quâm promptè occurrit iis: *Surgite eamus.* Tu vero quâm promptè refugis minimas asperitates, labores, aduersitates, confusiones in Dei obsequio? Erubefice, & te seriò emenda.

FERIA QVARTA.

Post Dominicā secundā Quadragesimā.

De sudore Christi in horto.

Primum Punctum. Considera ardorem Christi in oratione tantum, ut etiam sudorem eti frigido anni tempore expresserit. Si Christus omnia habens in manu sua, oratione opus non habens, nullius criminis reus, non tan pro se quâm pro aliis orans, ita feruenter orat, ut orare ardenter quantopere expedit. Itane oras an modo contrario? Et tamen quis es Christo comparatus ut Deo, quem totoq; grauissime offendisti, & forte offendis.

Secundum Punctum. Considera qualitatem huius sudoris. Factus est sanguis non sicut gutta sanguinis recurrentis in terram. Graec est magna gutta. Mirum est Christum sanguinem sudare, & tam copiosum ut decurrat in terram. Sudor duo indicat, debilitatem & laborem ex quo oritur. Hinc apparuit Christi carnis teneritatem complexio, quæ insolito modo sudavit, & labor tui causa suscepimus inauditus. Tu vero in rebus ob tuæ animæ commodum suscepisti sudas nec quo conatu ac diligentia tua flida, orationes, penitentias, alia officia pergitas sudorem ne? Confundere o miles & famule delicate, videns tuum Duxem ita sudandum præ labore tui causa suscepito in tam debili corpore, & tandem aliquando euigilas, & pro te tua.

te tueque anima feruenter labora.

Tertium Punctum. Considera Christi rigorem in suo corpore tractando, qui sudorem ilium exterrisse non legitur. Tu vero quam delectatus es, in minoribus rebus tolerandis, & in quarendis leuaminibus ac delictis quandoque prætextu sanitatis & necessitatis. Examina igitur sensualitatem tuam & te emenda.

Quartum Punctum. Considera Christi erga te liberalitatem qui oblatum semel Deo Patri sanguinem suum pro peccatis tuis in cruce effundendum quasi mora impatiens præuenit hotam mortis, eum effundendo in horto, vt te doceat celerem esse in reddendis Deo iis obsequis, quæ debes, vel decalogi, vel Ecclesiæ vel regularum, vel propria conscientiae legibus & instinctu adactus: maximè in iis exequendis ob tuī mortificationem à quibus vitiosa abhorret natura. Talis an sis considera & te emenda.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam secundam Quadragesima.

De confortatione Christi per Angelum.

Primum Punctum. Considera acerbitudinem dolorum Christi, quam ostendere voluit hac Angelum sui facta confortatione, quasi si ipse non esset sufficiens ad leuamen dolorum vltro accersitorum. Tu vero omnem das operam, ne vel minima molestia abvlo afficiaris, & nunquam quidquam passus es quod Angelica consolatione opus habueris, & tamen quam imatientem te gessisti & geris in similibus leuissimis occasionibus patendi; Confundere, & te corrigere.

Secundum Punctum. Considera Christi humilitatem qui à sua creatura voluit confortari. Confer autem Angeli scientiam, potentiam & alia cu[m] Christi scientia, potentia, perfectione, quam longe is à Christo distet in omnibus, & tamen non degeneratur confortari à persona se in omnibus inferiore. Tu vero quam sapere drectas meliorum te consilia, perfectiorum monita, consolaciones, directiones. Vide igitur quomodo in posterum te gerere debeas.

Tertium Punctum. Considera quam reverentia Angelus Christum confortabat, quomodo cum eo colloquebatur, quomodo Christo assistebat, & collato modo tuo quo cum Christo in oratione communioneque agis emenda si qua digna emendatione in te inuenieris.

Quartum Punctum. Considera ipsam Angeli confortationem, quibus rebus Christum confortauit scilicet Dei Patris eum ad mortem destinantis absoluta voluntate, ipsius Christi ad

hoc præmissa oblatione, fructu ex illis aduersitatibus fecuturo & similibus. Et vide omnia illa qua Christum confortabant, valere quoque ad reddenda tibi dulcia omnia Religiosæ vita onera quantumvis amarissima, ideoque illa in posterum & tolera libentius, & vtrō querere ingenialis, & nūquā depotere cogita, sed potius augere & addere ex amore Domini tui tam multa & acerba tui carnis passi.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam secundam Quadragesima.

De sanguine Christi effuso in horto.

Considera. Quid indicet ex parte Christi sanguis iste.

Primum Punctum. Primo indicat Christi liberalem erga te amorem, qui præueniens & tempus & locum & causas mortis à se electæ ab hominibus per effusionem sanguinis perficienda, illum vltro effudit pro te. Tu vide an ita sis velox in reddendis Deo rebus quas debes, & vt Christianus, & vt Religiosus, & vt talis Religiosus, non dico voluntarius quæ vocantur opera supererogationis, sed imperatis & præscriptis. Et agnita tua tarditate & segnitie in eorum executione accende cor ad emendationem seriam.

Secundum Punctum. Secundo indicat iste sanguis acerbitudinem Christi doloris ex morte sua, & tuis peccatis præuis conceptu. Nam si lacrymæ sunt signa doloris, quanto magis sanguis tam inutile modo idque tam copiosè effusus. Perpende ergo in conpectu Dei, an deceat te tot sceleribus inquinatum inani sapere & vitiosa latitia diffidere, & non habere illum tuorum peccatorum sensum quem hic Christus tam insolito spectaculo offendit.

Tertium Punctum. Considera gustum orationis quem Christus tantum habuit, vt quamvis sanguinem sudarit, tamen ab illa non destitut, imo tunc prolixius oravit. Tu vero quam ob leuem dispositionem flaccidis in oratione, illam vel omitendo, vel tepide & sine debita reverentia animi, & situs in membris tuis, peragendo. Confundere, incula te, & propone emendationem & emenda.

Quartum Punctum. Quartò indicat copiosam satisfactionem pro tuis peccatis per Christum factam, cuius gutta una eti satis fuisset in eius morte ad redēptionem, tui tamen causa tam copiosum effudit. Exardeſce ergo, erga tam beneficium & amantissimum tui Redemptorem, & confundere quod tam parcus sis erga illum in faciendis iis quæ ad salutem tuam & fructum

DOMINICA TERTIA.

QUADRAGESIMAE.

SABBATO.

Post Dominicā secundam Quadragesimae.

De eodem sanguine prout corpus Christi perfudit.

Primum Punctum. Considera quām apta & proportionata fuit huius sanguinis effusio in membris Christi receptio, & aliquantula manū, in membris inquam tam puris, tam sanctis, deinde quām improportionata sit eiusdem sanguinis, & quidem iam gloriosi, cum gloriolo Christi corpore tibi in Eucharistia datur in membris tuis? Erubesc, inime confundere & tam indignum te eo agnoscere quare efficaces modos, quibus quām maximē redarris aptum receptaculum tam sancti, tam beatifici liquoris Domini tui & Creatoris Christi Iesu.

Secondum Punctum. Considera sanguinem hunc non fuisse à Christo exertum, sed partim carni eius, partim vesti adhæsse. Et perpende quām pretiosa fuerit reliquia vestis illa, tam re pretiosa imbuta, & magis ornata quām si esset plena gemmis, & carbunculis, si licet habere unam particulam vestis huius, tam sanguine ruborem? Deinde recordate te ipsum posse esse pretiosiorem adhuc reliquiam, quanto sanguinem verè & realiter hauris dum communicas. Agnosce Diuinam dignationem agnoscens tuam tantam felicitatem, & quid Deo tuo pro hac re débeas inquire & dona.

Tertium Punctum. Considera quid boni nobis conciliari apud Patrem sanguis iste scilicet liberationem à peccatis, & donorum Dei largitionem; ascendere ergo vñā fiduciā hos duos effectus consequendi, ad quos assequendos quā necessaria est tua quoque cooperatio, cogita quā & qualis esse debeat, & in quo sit, ne iste thesaurus pro te in finu Patris à Christo depositus sit sine vsu & utilitate tua, quin potius quām maximē tibi proficius.

Quartum Punctum. Considera præmiū quod humanitati Christi Pater æternus tunc iudicabat conuenire ob hanc sanguinis effusionem, & ascendere ad tam sancte viendum, ut dignus sis quām maximo præmio cælesti, & vide quām tepide illud queras, quām parum merearis, & te emenda.

Quartum Punctum. Considera terram illi in quam è corpore Christi in terram decurrentem, & à Iudeis, terram illam, tam pretioso thelauro dictatam, pro nihilo habitam, tamquam vulgarem terram reputatā. Hinc disce quām multæ sint, & personæ, & res, & occupationes, & officia in Dei oculis pretiosa, quæ à Deo magni sunt, mundi tamen hominibus vel sunt ignota, vel non magni sunt ab illis, & exquire à te ipso, ne forte & tu sis ei similis, qui patui facias quæ Deus magni facit, qui contemnas quæ Deus estimat plurimum, & te emenda.

FERIA

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam tertiam Quadragesime.

De eodem sanguine in quantum est nobis
vtilis.

Primum Punctum. Considera hunc Christi sanguinem esse quoddam sacrificium SS. Trinitatis Christi humanitate oblatum, illudque excellens valde, eius excellentiam agnoscet, cum ex collatione eius cum sacrificiis veterum quam longe superat, scilicet Abelis, Abraham Isaacum offerre volentis, Noë post diluvium, Sacerdotum Aaronicorum, Melchisedeci, & aliorum in lege Mosaica, cum ex consideratione personae offerentis, & amoris quo offertur, & malorum innumerabilium & grauiissimum pro quibus offertur. Vnde agnoscere & felicitatem tuam pro quo in Ecclesia Dei istud sacrificium preparatum est, tan ante saeculis, & spem magnam excita multiplicis Dei misericordiae ex eo deriuandæ, & magnam resolutionem ad præparandum cor & corpus tuum excipiens fructibus huius tam magni sacrificij.

Secondum Punctum. Considera secundum, hunc sanguinem esse cibum & potum tuum. Cuius beneficij magnitudinem cognosces, tum conferendum cum variis ciborum naturalium & miraculosorum generibus, olim à Deo concessis, ab initio mundi ad hæc tempora tum ex ipsa entitate huius diuini sanguinis, quo nos vberius Christus pascit, quam mater lacte infantes. Hinc agnoscet quam sanum spiritualiter quam viuidum, quam robustum, quam infatigabilem, quam Deificatum te esse oporeat, quem cibus iste Diuinus tam sèpè nutrit, & antalis sis, & cur non talis examina te & emenda.

Tertium Punctum. Considera tertio hunc sanguinem esse pretium quo redemptus es à Deo. Ideo exardescere amore tui Redemptoris, qui te tam pretio magno redemit, & agnoscere non debere esse tuum. Non esti vestri, inquit Apostolus 1. Corin. 6. 29. empti enim esti pretio magno. Inquire ergo ita ne viuis, sicut te decet emptum à Deo & quasi mancipium Dei, an vti solent iij qui sui iuris sunt, & liberi. Er reduce te ad statum tuum ad quem spectas ob talem redemptionem.

Quartum Punctum. Considera quartò hunc sanguinem esse exemplar tuum, quod alpicens moueri debes ad omnia aduersa, illa maximè quam sine causa & culpa tua tibi innocentii possunt accidere, & patienter, & libenter, & cum gaudio, toleranda, siquidem omnia eti sanguini Christi. Agnoscere ergo te parum vel nihil pati posse,

Lancij Opus. Tom. 2.

corrigere tuam impatientiam & superbiam in occacionibus patientie exurgere solitani, & in posterum velis etiam sanguinem effundere pro Christo, sed praticè.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam tertiam Quadragesime.

De Accessu Iudea ad Christum.

Primum Punctum. Considera progressum perniciosum malarum animi affectionum. Primo enim Iudas sola mente Christi proditio nem machinatus est, deinde ad Iudeos se consulti rem tractatus, tandem aperte non erubuit Christum aggredi cum cohorte. Tu examina perturbationes tuas in quo sint gradi, an èo procercent, ut non erubefcas etiam pavorem exercere sive cum æqualibus sive cum superioribus earum imperum, & vide ne nisi eas compresceris ad ultimam perniciem delabatis.

Secondum Punctum. Considera miserum huius vitæ statum, quam nullus sit locus, nulla congregatio que non sit obnoxia calamitatibus & peccatis, quando nec locus ille in quo erat Christus orans, in quo erant cari & sancti eius Apostoli potuit esse liber ab hac Iudea cum scelerata cohorte inuasione. Et disce non ideo parui facere statum tuum si vel aduersitates videoas contra illum consurgere malevolorum, vel si videoas in eo reperiiri discolors & imperfectoris quandoquidem non videbis unquam in eo homines æqualis cum ludo impietatis: potius hinc occasionem sume ita plè vivendi, ne & tu sis vnu ex illis, qui sua viuendi ratione adducant in contemptum & parvani existimationem statum adeo excellentem & sanctum.

Tertium Punctum. Considera cæcitatem quam inuoluit homo ab aliqua vehementi passione perturbatus, siebat Iudas Christi infinitam potentiam, & tamen tanquam eum qui non posset effugere & se liberare, aggreditus est cum armis, & facibus, & lateris. O quoties & tu obœcaris, dum perturbant te mali affectus tui, quam sèpè mala non agnoscis pro malis, bona pro bonis. Causa ergo ne hæc cæcitas crescat crescentibus passionum viribus, ne tandem ad extrémum malorum deuenias.

Quartum Punctum. Considera quam perniciosa sit societas malorum. Iudas per se non nocuerit Christo, et si erat iam Christi inimicus, sed cohorte accidente assumpsit animum & audaciam. Tu caue ne ultra imperfectiones tuas, quæras earum promotores & adiutores ne sensim delabaris ad interi-

Qqq.

tum.

tuus. Igne maturè principiis obsta ; reseca
malorum contubernium ne pereas;

FERIA QVARTA

Post Dominicam tertiam Quadragesima.
gesima.

Primum Punctum. Considera locum in quo Christum tradidit sceletus fuisse illum ad quem Christus sèpè orationis causa secedebat; sic solet Dæmon ibi nos aggredi ibi vincere, vbi magis iuuari possemus ob præsentiam propinquam bonorum , & vbi sanctiores esse debemus ob loci & occupationis sanctimoniam. Tu vide an hoc ipsum in te experiaris, quod cognosces si frequentiora tua peccata ibi à te committi deprehenderis, vbi esse deberes magis devotus, & vbi habes plures bonos tecum agentes, & vide quomodo in posterum procedere debcas, ne talibus locis, occupationibus & personis abutaris.

Secondum Punctum. Considera tempus quod elegit ad Christum capiendum , scilicet nocturnum, & quidem post cœnam , & quidem remotum ab hominum multorum consortio. Ita & Sathan & improbi similis captant temporis, ut ad iniquitatem pertrahant. Examina an id quoque tibi accidat, & armate ne in similibus temporibus sive à Dænone sive ab imperfectis, ad Dei offensam & imperfectiones adducaris.

Tertium Punctum. Considera verba quæ praemisit Iudas antequam Christus caperetur Aue Rabbi, verba dulcia, amica, reverentiam spirantia, mel veneno illitum. O quām sèpè ita Deum & homines tractas, dicas Deo Dominus meus es tu; amor meus, & tamen cor distrahit offendit Deum, & non ita te geris ut dicas, vel ei promittis. Erubesc o intilcere homo, & te emenda; homines vero & fratres tuos , quām sèpè blandè compellas, & animo foves rancores, iudicia temeraria, detrahis, Execrare hanc duplicitatem Deo & hominibus exosam , & communilitati noxiā , & propone emendationem.

Quartum Punctum. Considera osculum quo Christum indicauit capiendum, unde Christus osculo filium hominū tradidit, ita re bona abusus est impius. Perpende quam turpe sit re ad bonum finem instituta abuti. Et vide ne & tu similibus rebus abutaris, lectione ad curiositatem, disputatione ad vanam gloriam, colloquiis ad varia lingua peccata, & sic de aliis , & precipiūs hac in parte defectus nota & vitare deinceps stude.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam tertiam Quadragesima,

De Christi verbis ante suam comprehensionem.

Primum Punctum. Considera Christi ad Apostolos verba *surgite eamus, ecce appropinquat qui me tradet.* In quibus nota tria. Primo, Christi promptitudinem ultra se offerentes non fugientis inimicorum invasionem. Tu talis es, quām sèpè refugis non tales inimicos sed levissimos labores, & mortificationes, in poterum ergo ipse eas ultra quare. Secundo, nota Christi humilitatem, non occurrit solus, cum solus posset illos annihilarare, sed suos secum vocat. Tu disce quārere ab aliis auxilia, & quāuis quedam posses solus , tamen humilitatis studio, nonnulla acsi non posses solus cum aliis adhibe. Tertiò, nota Christi modestiam in nominatio Iuda, non vocat impium, sceletus eti potest, sed sine vilo tali epitheto, explicat nūdē ad quid veniat idque verbis quām placidissimus. Compara lingua tua epitheta cum his, & te emenda.

Secondum Punctum. Considera Christi verba ad Ludam Amice ad quid venisti. In quibus tria pondera. Primo, Christi mansuetudinem, qui hostem suum amicum vocat, idque non vt tu fitē, sed sincerè & ex animo. Secundò, quām vere amici sunt omnes illi, qui nobis dant occasionem , & materiam patiënti aliquod pro Christo. Tertiò, quām vere & tibi Christus nunc dicere posuit. Ad quid venisti? Scilicet non venisti ad Religionem propter committitates, honores, otium, officia speciosa, vsum rerum pretiosarum & bonarum, sed ad contraria. Et tamen illa sectaris , non hæc; erubet & te corrige.

Tertium Punctum. Considera Christi verba ad cohortem. *Quem queritis, ego sum, si me queritis, finite hos abire :* vbi & Christi manuendo, tam blandè compellantis hostes suos ponderranda est, & tua in sermone acerbitas, & cruditas execranda: & Christi Maiestas; qui vix dixit: *Ego sum cum omnes prostrari lunt & corruerunt.* Vnde spem in eius auxilio concepies maximam in necessitatibus & aduersitatibus tuis, & suorum defensione quos verattangi. Vi non dubites si bonus fueris, tefore cordi Domino tuo , & te etiam tacente habitacum te defensionem cælestem.

Quartum Punctum. Considera Christi verba ad Petrum : *converte gladium tuum in lucum suum.* Ita vetat ne se defendat. Disce hinc valde necessariam doctrinam, & propter pacem, & propter ædificationem. Tuas vel Religionis iniurias

iniurias non vleisci modis offensivis, non aculeis verborum, non minis aliis rebus quæ pungunt, sed mansuetudine. In patientia enim possidebimus animas nostras.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam tertiam Quadragesimæ.

De Auricula sanata.

Primum Punctum. Considera Christi beatitudinem qui gladio vetat quenquam caderet, & caulam addit qua id persuadeat: qui acceperint gladium, gladio peribunt; & Calicem quem dedit nabi Pater non vii ut bibam illum. Idem tibi faciendum est. Retrahendi à malo mala facientes, non iuuandi consiliis, auxiliis, vt tu forte facis. Deinde persuasions addenda, vt id efficaciter impediendas. An talis sis vide, & vt talis sis stude.

Secundum Punctum. Considera Christi beneficentiam qui inimicis beneficit sanando auriculam, satis non putauit non nocere ei, sed voluit etiam politiè benefacere. Id enim docuerat: *Benefacite hi qui oderant vos.* Tu itane te geris cum iis quibus offensus es examine te.

Tertium Punctum. Considera Christi beneficentiae excellentiam quod restituens auriculam sine qua omnes functiones humani corporis bene peragere potuissest, sed noluit clementissimus Dominus illam deformitatem remanere in corpore vulnerati à Petro. Si Deo displacevit naturalis deformitas & inuoluntaria in Malcho, quid putas quomodo displacevit peccata in te, & voluntaria fuditates? Vide ergo ut ab omnibus sis purus.

Quartum Punctum. Considera Christi patientiam qui solo tactu sanavit vulneratum, & latet quod tam potenti Domino seruias, imo quod tam potentem medicum, & medicinam habeas, tibi tam præsentem, vt etiam facta sit tibi cibus ac potus, idque tam frequenter. Quid ergo causæ est, quod illam tibi tam intime applicari solitam toties accipiens non sanaris ab infirmitatibus tuis, & forte in dies euadas magis debilis & aeger. Inquire causas remoue impedimenta, ne in hora mortis extroberet tibi Deus. *Curauius Babylönen & non est sanata, derelinquamus eam.* Ierem. 51.

Lancij Opusc. Tom. 2.

ATLAS ABBATOIO

Post Dominicam tertiam Quadragesimæ.

De Christi in horto comprehensione.

Primum Punctum. Considera miram cæcitatem cordis prauo affectu maximè iræ perturbati. Experti sunt hi milites duobus Christi verbulis se prostratos, & statim obliiti, audent Christum atripere. Contemplare in hac cæcitate iracundia vim & mala, & eam in te frenare maturè stude, ne si adoleuerit difficile curetur, vel te penitus perdat.

Secundum Punctum. Considera Christi verba ad milites. *Quasi ad latronem existū cum gladiis & fustibus,* & tamen se permittit ab his capi. Tu hic collige omnia amara & difficulta, quæ te in Religione perturbant, an sint talia quæ solent inferri latronibus, inuenies non esse talia. Si ergo Christus tui causa vt latro tractari voluit, tu cur tam es deliciatus, cur excandescis & murmuras ob minoria, & forte eam ob causam, & erga statum tuæ vocationis, & erga personas varias minus illum amoris affectum quem habero teneris.

Tertium Punctum. Considera ipsam Christi comprehensionem, quām ferociter in Christum irrueint, eum arripuerint, ligarint, & compatere Domino tuo dilectissimo, tam ignominiosè & crudeliter tractato, & confest omnistui humillationes, & iniurias, quas toutes cum murmurationibus & detractionibus tolerasti, sint ne Christi huic ignominiaæ aquales? Confundere ergo ô superbe, & te efficaciter emenda.

Quartum Punctum. Considera Discipulorum Christo comprehensio metum, quo adacti omnes relatio eo fugerunt. Hinc disce duo. Primo, quām debilis sit homo etiam bonus effaci Dei auxilio in tentationibus destitutus, quām impotens ad resistendum, ideo ne & tu eō deuenias, quare quid soleat impetrare ne Deus det gratiam efficacem ad resistendum. Secundo, eorum exemplo time ne & tu Christum deferas, & confundere quod ex leuiore multò causa quām fuerit ille metus mortis in Apostolis Christum ob humanos respectus deserfas, dum ne contristes socium, eius vel exemplo vel consilio ad offendendum Deum pertraheris.

Qqq 2 DO.

DOMINICA QVARTA.

QVADRAGESIMA.

De itinere Christi ad domum Anne.

Primum Punctum. Considera Christum trahi violenter ex parte militum versus domum Annæ ad tribunal Annæ, Christum tamen ipsum libentissimè ex parte sua illuc pergete, ut ibi possit saturati opprobriis tui caufa. Tu confer domum Annæ cum locis omnibus ad quæ ex Obedientia mitti vñquam potes, inuenies nullo modo posse comparare cum domo Anne, & firmiter propone te ex quois & manlionis & habitationis tuæ in Religione loco, semper fore contentum.

Secondum Punctum. Considera modum quo hoc iter Christus peregit. Non enim eques, non in curru, non manibus Angelicis, non per ærem, vti possit, ad dominum Annæ defertur & deducitur, sed pedes idque ligatus. Et disce quomodo te deceat itinera tua facere, quæ in illis incommoda amplecti, vt Domino tuo sis conformis.

Tertiuum Punctum. Considera tempus quo Christus hoc iter peregit, nocturnum nimicum, tempus quietis etiam mancipiis concedi solitum, etiam latronibus in carcere detentis, & videns Dominum tuum & Oratione & sudore sanguineo, & mero ac tadio animi, adeò in horto fatigatum, compatere ei ex animo, & pro amore eius offer te illi ad omnes labores, etiam omni hora & tempore quietis libentissimè subeundos.

Quartum Punctum. Considera ignominiam Christi cum qua tanquam sceleratus latro tractus, imo raptatus fuit, celeriter, noctu, cum clamoribus, per viam difficilem, incommodam, quæ omnia patientissimè tolerabat. Quod animo intuens compatere Domino tuo ex intimis visceribus, & resolute te ad perfectam indifferentiam, quæ prædictus finas te semper ab obedientia duci ad quævis officia & loca, etiamsi sint tuæ inclinationi contraria.

FERIA SECUNDA.

*Post Dominicam quartam Quadragesimæ.**De Iudicio Christi in domo Anne.*

Primum Punctum. Considera Christi modestiam, humilitatem internam & externam, patientiam in omni gestu & motu relucetem, cum qua stebat ante Tribunal Annæ, & ex singulis decerpere varia ad imitandum Chri-

stū, dum stas arte meliores iudices quam facit Anna.

Secondum Punctum. Considera præsumptiōnem Annæ, dum ausus est Christum examinare de doctrina eius, & de Discipulis eius. O quoties & tu soles examinare & tes & personas, & non tantum curiosè sed etiam præsumptuose, & malignè inquirere, vel ut noceas, vel ob alium malum finem, quo & Deum & proximum offendis, & tuam pacem & simplicitatem perdis. Erubefce & emendate agniti huius rei malitia.

Tertiuum Punctum. Considera Christi respondentis Annæ verba: palam locutus sum mundo, semper docui in templo, in loco quo omnes conueniunt, in occulto locutus sum nihil, vt in occulto manerer. *Quid me interrogas? interroga eos qui me audierunt:* Et singulas sententias confitendo cum sermonibus tuis, an sint tales de quibus hæc ipsa, quæ Christus de suis dixi, dici queant; conforma te in posterum Christo, & abscede à te talia colloquia, que non licet palam dicere, quæ nolles propositi: ut enim possint esse occultatione digna, & à peccato libera.

Quartum Punctum. Considera Christi vitam & sermonem irreprehensibilem: quomodo ausus est se committere iudiciorum informatione de doctrina sua, de qua inquirebat Anna. O quæ gloriosum est seruo Deitatem bonam habere suorum factorum & dictorum conscientiam, vt non timeat etiam aliorum informationes. Tu es ne talis Confundere, & da operam vt sis talis, qui nullas metras informationes, id que non ex contemptu & superbia, sed ex fiducia in vita recte peracta.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam quartam Quadragesimæ.
De alapa Christodata;

Primum Punctum. Considera magnam iniuriam Christo illatam innocentia, cum ei est inficta alapa ab irato famulo. Magnitudinem iniuriae cognosces ex excellentia Christi personæ, ex innocentia eiusdem, & ex maiestate sanctæ illius faciei, que in celis exhilarabit oculos Beatorum mirifice, & ex ipso genere ignominie & iniurie huius. Collatis autem omnibus iniuriis, quæ tibi possunt in Religione contingere, vide quæ parva sint, ac proinde quanto animi affectu tolerandæ & desiderandæ, maximè cum peccata tua id exigant.

Secondum Punctum. Considera Christi patientiam, qui licet iniurias aliorum seruorum non paucorum noluerit esse etiam in hac vita impunitas, vt patet ex factis literis & historiis Ecclesiasticis (quærum remenstrantes) tamen nullam ob hanc sumpmis vindictam. Disce quid tibi faciendum sit in minoribus.

bus iniuriis, & absconditè à te animū vindictas optantem, & procurantem verbis & factis, & omissionibus.

Tertium Punctum. Considera Christi, in quantum Dei concussum ad hanc alapam sibi infligendam, sine quo ille scelus ne dignum mouere potuisset, & vide ante deceat in leuissimis occasionibus patiendi aliquid pro Deo tuo, illas subterfugere, mediaque ad illas vitandas procurare, an non potius vltro optare & offerre se ad toleranda omnia, non datā tamen culpabili te occasione.

Quartum Punctum. Considera causam ob quam Christus in sua benedicta facie pati hanc ignominiosam injuriam voluerit, & magnum dedecus, nimur ut Patri æterno pro peccatis tuis, à te malo vnu faciei commissis abunde satisfaceret. Ea tu humili animi sensu, & cordi contrito in memoriam reuocans, erubet, dole, Christo ob ea sic tractato compate, eumque deprecate, & in posterum da operam, ut sancto vnu membrorum tuarum faciei omnium, compenses præteritos lapsus tuos.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam quartam Quadragesima.

De response Christi post acceptam alaram.

Primum Punctum. Considera scelam caluniam sceleris ministri Christum persecutentis, quasi irreuerenter allocutum Pontificem: sic respondes Pontifici ex altera parte reuoca in memoriam Christi in respondendo. Pontifici reuerentiam, considerationem, mansuetudinem; & concupisce medullitus, vt à te benefacta pro amore Domini tui sinistre alij interrentur, vt tibi dent materiam aliquid pro Christo tolerandi.

Secundum Punctum. Considera necessitatem Christi respondi, quanvis enim alias taceret ad calumnias, hic tamen purgare se voluit eo fine, quemadmodum nota S. Cyprianus, vt ostenderet quanto in honore habendi sint Superiores Ecclesiastici, siquidem Christus irreuerentiam erga illos, eli falsò sibi affectam, sine vera purgatione tolerare noluerit, qui alia sceleris sibi falsò adscripta sine defensione tolerauit, vt discas quām grauiora sint alia peccata contra superiorum autoritatem à te committi solita, murmurationibus, querelis, detractionibus irreuerentia, insinceritatibus, mendacis, inobedientia, pertinacia &c. si tam paruam rem noluit Christus tanquam maculam suę bonę famę insidere.

Lancij Opus. Tom. 2.

Tertium Punctum. Considera Christi verba ad impium ministrum: si male locutus sum, testimonium perhibe de malo, si autem bene, quid me cedes? A quibus verbis absunt epitheta ministri illius, vel agnomena acerba & mortuicia, absunt minæ, imprecações, obiurgationes, exaggerationes iniuræ sibi illatæ, & alij verborum aculer quibus tu vteris contra amicos Dei fratres tuos &c. Erubet, dolore, & tandem agnoscet ac detine impatiens tuae frēdos affectus & Christo te conforma.

Quartum Punctum. Considera quām sapè eti in alto sensu tibi quadrent Christi verbæ: si bene locutus sum quid me cedes? Quām sapè enim pia monita, & æquium & superiorum tuorum acceptas offenso animo, & Christum in iis quodammodo cedes, cui potius gratias agere deberes pro hoc beneficio. Detine itaque excitatem tuam, qui infirmus cum sis remedia respuis & medicos, & te emenda.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam quartam Quadragesima.

De Christi itinere ad Caipham à domo Annae.

Primum Punctum. Considera consultationes Iudeorum cum Anna habitas de Christo, idque animo ei nocendi susceptas, quas ille innocens animo patienti ac hilari tulit paratum se præbens ad omnia quæ de se, & circa se statuerent. Tu te introspicie, an ad deliberationes Religionis, quæ de eius personis fieri solet ab amicis, boniū carum purè optantibus, & procurantibus, sis ita paratus sine exceptione acceptandas, & quod æquum est hac in parte elige, & te ad id resolute firmissimo animi decreto.

Secundum Punctum. Considera sententiam Annæ contra Christum eum ad Tribunal Caiphae tanquam reum remittentis. Et noli mirari si sapè contingat occultis Dei iudicis, innocentes haberi pro reis, & hoc ipsum tibi opta, vt sis Christo quam maximè similis, propter multa bona quæ in hoc reperiuntur, quæ ponderare potes.

Tertium Punctum. Considera modum quo Christus mittitur ad Caipham scilicet tanquam latro ligatus, cui licer stipato non fit Annas, ne effugiat, & tanquam custodis indigentem ablegat à se. Quid ergo perturbatis dum quædam circa te ordinantur, ob quæ putas Superiores tibi non fideire, cum & ex naturæ ipsius fragilitate &

Qqq 3 ex

ex præteritis, vel etiam præsentibus lapsibus
tuis scias te multis peccatis esse obnoxium, &
aliena custodiæ opus habentem; quin potius a-
ge Deo gratias, & ab eo obnoxie pese, ut culto-
diaris quam maximè vtique, ut tantò securius
à Dei offensâ saltet oculis hominum præter-
ueris.

Quartum Punctum. Considera Christum ita
ligatum stipatum militibus euntem ad Caipha
palatium, & animo eum comitare, singula que
eius tum externas tum internas actiones in-
tuere, excitans in te & amorem ad eas virtu-
tes, quas in hoc actu ostendit & hominibus &
Deo, & commiserationem erga illum ita igno-
miniosè tractatum; & desiderium ardens pro
amore illius similia patienti, & gratiam a-
ctionem pro hac eius charitate, talia cui causa
tolerantis.

FERIA SEXTA.

*Post Dominicam quartam Quadragesima.**De Negatione Petri.*

Primum Punctum. Considera cætitatem qua
quandoque inuoluit etiam iustos, postquam
semel lapsum fuit grauiter; siquidem elapsa qua-
si una hora, iterum Christum Petrus negavit,
& toto illo tempore nondum ad cor redit
etiam grauus sceleris esset conscius. Quis au-
debit sibi promittere velocem resipientiam
post Dei gratiam semel amissam? Cautè ergo
procede, considera gratiam Dei, si eam in te ha-
bes, ne eâ perdiâ non facile refugasne autem
eò deuenias, fuge illa per qua ad eam perden-
dam incauti probabuntur.

Secundum Punctum. Considera Christi amo-
rem & curam suorum, nam tandem Petri mi-
seritus, conuersus Dominus respexit Petrum;
Intuere Christi faciem Petrum apicentis, quo
vultu, quam pleno commiserationis, quam pa-
terno aspiciat se negantem, & exardest erga
tam benignum Dominum, qui etiam inimicos
suos ita benignè intuetur, quanto magis ami-
cos. Aspира ergo ad hoc, ut sis ei amissimus
præsertim cum te peccatum sapius & grauus,
ita benignè de celo aspiceris.

Tertium Punctum. Considera Petri peniten-
tiā, egressus enim foras flevit amare. Non fle-
uit quādūcum malis fuit, sed postquam in-
de exiit: non fletit leviter, sed amare. Et
ex his vide quid tibi faciendum sit post tua
grauiora & plura peccata quam hoc Petri
fuerit.

Quartum Punctum. Considera diutinata-
tem penitentia Petri, siquidem ut scribit
Historici, tota vita suâ defecit suum pecca-
tum, usque adeò ut oculos senectentes pra-
lachrymis sanguine aspersos ad mortem vipe
habuerit. Tu vero quam sàpè post ipsum pe-
catum admissum rides & exultas, ac si nali
feceris, quam cirò defens illud defere, quam
cito ira libere viuis, ac si non essem indicandus
Deo. Erubescere, confundere, & te in his
merenda.

DOMI-

Christum negauit Petrus, scilicet metum mor-
tis, metum vitæ perdendæ. Et hinc sumptuosa
occasione, dole, quod ferè semper factis Chri-
stum negaris sine tam graui causa ideoque
confundere & defuisse tuam improbitatem, in
posterum vero nil tale time vel ama ob quod
ad offendendum tam bonum Dominum

DOMINICA QVINTA
QUADRAGESIMA.

*De falsis testimonijis contra Christum
apud Caipham.*

Primum Punctum. Considera multitudinem & potentiam Aduersariorum Christi. Principes enim Sacerdotum & omne Concilium querunt falsam testimonium contra Iesum. Vnde collige, non esse tibi presumendum de statu tuo, quia & in eo per immoderationem tuorum affectuum, & inordinata desideria potes ed delabi qui isti, sacris functionibus dedicati prolapsi sunt, ne ergo eo deuenias, vita vias iljas, per quas isti ad tam grauem Dei offenditatu peruererunt.

Secundum Punctum. Considera prauam intentionem horum Sacerdotum. Ideo enim falsa testimonia querebant, ut Christum morti tradiderent. Tu recogita omnia quæcunque possunt in Religione contra te dici vel fangi à quopiam, etiam per calumniam, nunquam forte talia, quæ causi mortis esse possint, & tamen quam sèpè te perturbant etiam vera de te dicta, quam sèpè que certa sunt, & optimo animo dè te dicta, tibi videntur iniuriosa, & tibi reddunt Christi dulce iugum, amarum. Hoc cinc est Christum imitari; hoc cinc est inundum telisque: confundere o superbe & indigne nomine Religiosi: siquidem Religiosus sine patientia in aduersis verè secularis est.

Tertium Punctum. Considera Christi sanctimoniam contra quam nil potuerunt impij inuenire, eti hoc maximè conarentur. Congaudo Domino tuo tam sancto, tam irreprehensibili, & erubelte iuati perlustrando vitam, in qua facilime possunt à quoquis inuesiti plura reprehenſione graui digna. Emenda ergo te, & ita in posterum viue, vt & tu propter consolationem Domini tui sis irreprehensibilis.

Quartum Punctum. Considera Christi patientiam, quia tacebat, & nil proflus respondebat ad falsa testimonija. Tu vero quam sèpè ad vera responde obiecta, ea falso negando, diminuendo, &c. Corrige ergo præterita, & manifestando quæ malè occultasti, & aliter viuentio deinceps.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam quintam Quadragesimam.

*De verbis Caiphæ ad Christum. &
Christi ad illum.*

Primum Punctum. Considera Christi respondsum ad Caipham dum ab eo adiuratus est per Deum viuum, & diceret esset ne filius Dei;

cui obedientissimus Dominus tuus fassus est se esse filium Dei, et si sciret certò, animo nocendi hoc à Caiphæ queri, imò & nociturum libi. Si ergo Christus impio Pontifici ita obedit, ut querenti manifestet id, quod animo nocendi, & cum damno imminentí quærebatur, quæ fronte tu voto obstrictus obedientia, relutanter obedis, occulta que ea que vltro nec rogatus manifestare teneris, maximè dum obtutum bonum inquitur, ut & purgeris à malis, & præserueris, & in bono promouearis. Incusa dutitatem tuam & infidelitatem tuam, eamque corrige.

Secundum Punctum. Considera impium os Caiphæ, qui Christum blasphemum esse pronuncavit, eo quod fassus esset se esse filium Dei, & iudicem futurum. Tu vero adora & confitere eum ut tales, & detestare blasphemiam Caiphæ, & in ea omnes hæreses Christi excellentiæ aduersantes, & perpende quam patienter ferre debeas conuictia & contumelias qualsuis, siquidem nonquam erunt tibi tam iniuriosæ, vt fuit blasphemia Christo impie adscripta ab homine nequissimo.

Tertiū Punctum. Considera dectetum à Caiphæ afflentibus editum, quo Christus reus mortis denunciatus est, eo quod se filium Dei fassus esset. Et cum hoc decreto confet omnia siue æqualia, siue aliorum de te enunciata aut contra te statuta & dicta, nam inuenies nunquam fore ita tibi nociva, & tamen adeò conturbant te, alioqui ob peccata tua grauissimis dignum supplicis. Statue ergo qua ratione deinceps hac in parte te gerere debeas.

Quartum Punctum. Considera internum Christi Domini, statum hoc tempore, quam fuerit pacato animo, quam hilari, quam plenus desideriis iniuriarum grauiorum, quam à Spiritu vindictæ alienus. Ex altera parte confer statum animi tuæ cum hoc Christi, quando minima iniuriola afficeris, & idè confundete, & seriam propone emendationem.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam quintam Quadragesimam.

*De iis qua Christus passus est in do-
mo Caiphæ.*

Primum Punctum. Considera quod impli milisti in Christi faciem expuebant. Cuius contumelias ac iniuriae gravitatem perpende, & ex consideratione propriæ feditatis, & ex Christi faciei præstantia, ac Majestate personæ. Ideoque Christo compatere intimè, & munda animo has feditantes Christi faciei, ac absterge lachrymis & animâ tua, & tuas cum his confer iniurias, inuenies enim multò leuiores,

Qqq 4 &

& tamen videntur tibi intolerabiles.

Secundum Punctum. Considera Iudeos Christi faciem velo obduentes, tum ut illi illudenterunt ut libertus eum percuterent, dum ab eo non videretur, ita enim se ei fore inuisibilis putabant. In hoc facto agnosce tuam maiorem improbatem quam fuerit Iudeorum, quia sciens certò Dei oculus perspecta esse omnia etiam abscondita cordium, tamen toties in oculis eius non erubueristi peccare, & nunc non erubelcis ea facere, qua in oculis hominis erubesceres. Confundere, confundere, & pudeat tetui, & emendationem seriam propone.

Tertium Punctum. Considera quomodo iudicem scelerati Christum & palmis & pugnis percuterent, barbam etiam & capillos, ut llaias praedixit fore, vellicarent, & agnito hoc dedecore Christi, excandescere contra peccata tua, qua tantæ ignominiae Christi causa fuerit, & agnosce quam dignus sis, ut propter satisfactionem pro peccatis istis, omnibus modis humilieris & confundaris, & ignominiosè tracteris ab omnibus, & verbis & factis, & tuam hac in parte immortalitionem desle & corrige.

Quartum Punctum. Considera varias blasphemias Iudeorum contra Christum. Nam & dicebant eum non esse Prophetam clamantes Prophetiza quia te percussit, & alia multa blasphema euomebant. Tu Christi exemplo preparate & excita ad toleranda omnia conuicia & dicta quia nunquam patieris talia, & desle magnam impatientiam tuam in rebus leuioribus.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam quintam Quadragesima.

De accusatione Christi apud Pilatum.

Primum Punctum. Considera titulos quos perfidi Christo dederunt ante Tribunal Pilati, appellarunt enim cum malefactorem, dignum qui ei iudicandus traderetur. Secundum subuententem gentem Iudeorum prædicione falsorum dogmatum. Tertiò Cæstis imperio perniciosum, eo quod prohiberet ei reddi tributa. Quartò superbū & ambitionis, quasi sibi immerito attribueret Messia & Regis Iudeorum dignitatem. Singula horum considerans, quam sint ignominiosæ in se, & quam repugnabant Christo, qui contrarijs virtutibus erat ornatus. Disce frenare omnes inordinatos contra proximos tuos affectus, maximè initio dum insurgunt, quandoquidem added excaecant, ut adducant homines ad accusandos etiam innocentissimos, ad inuolandum etiam in ipsum Filium Dei. Et perpenitus in te talium affectuum malorum motibus, tuaque in ijs frenandis socrordia, & causis eius, propone emendationem, Diuino auxilio ad eos citò

& fortiter refrenandos implorato. Simil etiam accedere ad omnes contra te calumnias & detractiones Dei causâ patienter, libenter, & cum exultatione tolerandas, seu ut Seneca esti Ethnicus scribit Ep. 68. *fortiter honeste, & animo.*

Secundum Punctum. Considera anima Christi internum statum in talibus accusacionibus, quales & qui in eo tunc affectus fuerint, erga accusatores, & collatis affectibus suis internis, dum leuiora pateris, enque iulus de causis occasione à te data, confundere, Deum deprecare, & te corrige.

Tertium Punctum. Considera Christi silentium in his omnibus idque duplex. Primo quia domum summi Sacerdotes accusarent in multis, Iesus nihil respondit. Secundo cum Pilatus dixisset: *non audiu*, quanta aduersum te dicunt, simonia, non respondit tamen ei ad illum verbum, ita ut miraretur vehementer Pilatus. Exulta tenerum gustum animi tui circa hanc patientiam Christi, & fadam tuam superbiam detestatus, quæ te mendacijs & exultationibus ad tot palliandos defectus tuos inducit, eam exercere, & statue non tantum veras sed etiam falsas accusations pro Christo libenter ferre, causis benè ponderatis, quæ te impellere possunt, ad eas æquissimo animo ferendas.

Quartum Punctum. Considera quam turpe & plenum inquietudinis sit accusare falsum Christum in eius membris & fratribus, quanto Christo displaceat, quam sit Diaboli moribus conforme, & in posterum caue ne quid contingat tale, & pro præteritis excellentibus ardenter à Domino veniam pete.

FERIA QUINTA.

Post Dominicam quintam Quadragesima.

De rebus gestis in domo Herodii.

Primum Punctum. Considera Christi in domo Herodis contemptum, quod ad tria iam tribulalia, scilicet Annæ, Caipha, & Pilatus tractus, tanquam malefactor, etiam ad quartum Herodis ignominiosè adductus sit Christo ita permittente, ne villam occasionem praetermitteret tui causâ mala omnia tolerandi. Tu inquit, quomodo subterfugias non tantum diuersa loca & personas ne quid patiare, sed etiam occasions patientia, in uno solo loco vel munere declinas. Hoc autem sit correspondere Deo, talia pro te toleranti perpende, & propone emendationem.

Secundum Punctum. Considera repetitam à Sacerdotibus & Scribis etiam in domo Herodis accusationem, qua in re agnosce pertinaciam offensi erga alium animi, & duritiam depravati affectus, dum ei non statim fortiter resistitur, unde sit, ut & innocentibus, in rebus aperte

aperte falsis contradicatur, & datum in inferatur. Tu te examina, an similibus affectibus contra proximum tuum succumbas, eos vel in corde tantum temere iudicando, & quasi accusando, vel etiam exteriori, & si quid reperies eiusmodi, dole & seriam propone emendationem; adductis in medium causis, ob quas tibi enitendum sit ne talibus affectibus labores.

Tertium Punctum. Considera Christi humilitatem; qui Herodi miraculum aliquod experteriti, nullum edidit, cum facilissime posset. Tu vero non tantum non occultas dona quae habes sive naturae, sive gratiae, ea per inanem instantiam euulgans, sed etiam quae non habes tibi adscribis. Utrumque quam sit fædum in homine mundi contemptum præferente, & statim humiliem amplexo, considera & emenda.

Quartum Punctum. Considera alterum Christi contemptum, dum spretus est ab Herode & exercitu eius, & in ueste alba da Pilatum ablegatus per ludibrium, quod amantissimus Iesus tui causa latè animo pertulit. Tu an eius causa letores contemptus, sive in ueste viliore, sive alios in Religione toleres patienter, inquire, & ad Christi imitationem seriam, ob eius amorem accendere.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam quintam Quadragesima.

Deiis que Christus passus est in domo Pilati.

Primum Punctum. Considera Christi flagellationem, & in ea tres circumstantias, quæ genus hoc castigationis fuisse gravissimum & valde ignominiosum ostendunt. Primo Tenuitudinem corporis virginalis Christi, & complexionem eius delicatissimam, in qua è parua molestia, magnus excitatur sensus doloris. Secundo catnificum rabiem, qui ut Christus à morte, vix Pilatus optabat, liberaretur, crudeliter in eum sæuerunt, vt visâ Christi carne graviter sauciata, & lacerata, ducti commiseratione desisterent à procurandâ ei morte. Vnde dicitur reuelatum S. Gertrudi plaga fuisse Christo inficta 5446. Tertiò genus hoc tormenti fuisse ex consuetudine Romanorum pro vilissimis personis, & ex infima plebe destinatum. His ponderatis compatere Christo ita lacerato pro peccatis tuis, idè ea amare desce, & satisfactionis loco desidera ardenter, vt tibi liceat pati gravissima quæque quamquam paucus es nec patieris penas tam acerbas, cum tamen ihsus dignus, tum ob præterita peccata (quibus debitam pénam an celueris, ignoras); cum ob præsentia.

Secundum Punctum. Considera Christi corpus quomodo se subiiceret tam dirè castigationi, quomodo non declinaret acerbissimos ictus, non petierit vt secum ageretur mitius, vt plagarum numerus minueretur. Ex altera parte te intospice, & si forte inuenieris te refugere minores catnis molestias, sive ea à cibo, sive à vestibus sive ab alijs causis profiscantur, confundere, dole, emendationem Christo promitte.

Terterum Punctum. Considera coronam è spinis acutissimis contextam Christi Diuitio capiti profunde impactam, illudque acerbissime cruentantem, & vnâ arundinem sceptri loco, tanquam Regnum ambienti traditam: vi & caro spinarum aculeis, & animus afflictâ ambitionis gravis notâ excruciatetur. Quia in ro præter magnum in Christi carne & animo dolore, pondera Christi amorem, nil omittentis quod tui causâ pati potuerit. Exardeſce igitur in amorem Regis tui æternas in celo coronas Sanctis distribuenti, & amorem tuum erga ipsum testare, libenter in posterum eius solius causa toleratio, catni & menti, præfertim propriæ existimationi molestos sive labores, sive officia, sive verba, sive aliorum facta.

Quartum Punctum. Considera alapas, capitibus concussions, sputa, quibus ibidem Christus afficiebatur sive vlo tamen turbationis ac impatiens motu. Deinde examina quâmina longè sint ea, quæ te in Religione perturbant. Confundere ô membrum Christi delicatum, sub capite ita conquassato, & serio te emenda.

SABBATO.

Post Dominicam quintam Quadragesima.

De colloquio Pilati cum Christo.

Primum Punctum. Considera verba Pilati Christum alloquentis: *Tu es Rex Iudeorum?* Ergo Rex es tu? Vnde es tu? In quibus agnosces modeliam huius Technici, & quidem Iudicis eo in loco supremi, qui potuſſet alioqui Christum à toto Concilio Iudeorum gravissime accusatum alloqui severius & asperius. Quod si tanta in Ethnico Iudice extitit moderatio Sermonis, quantò maior deceat Religiosum etiam in tribus occasionibus, quæ naturâ suâ videntur exigere acerbitudinem & acrimoniam verborum. Tu an vitaris hac moderatione alloquendo inferiores, æquales, superiores tuos, vide, & si quid sit corrigendum, corrige.

Secundum Punctum. Considera primum Christi responsum Pilato datum: *A te ipso hoc dicit;* an alij tibi dixerunt de me? Ita Christus scisstatutus à Pilato, ac si id nesciret, cum sciret omnia in tanta cordium humanorum. Si ergo Christus

eo

eo tempore, quo maximè egebat Pilati benevolentia, occultat hoc donum sciendi occulta, ne magnificeret à Pilato; disce hinc quām abhorre debas à prensandis ambitiōsē humānis fūtoribus, siue ad effugienda quā times, si uend assequeunda quā optas. Et hī quid hac in parte corrigendum est, corrigē.

Tertium Punctum. Considera alia Pilati verba ad Christum. *Gens tua & Pontifices trahiderunt me mihi, quid fecisti. Vnde duo discas. Primum felicem esse statum in Religione viuentum, quam sepe gens nostra id est Catholicoi ipsi, & Ecclesiastici liberè viuentes traducunt & carpunt: ideoque gratulatur tibi, quod te eadem via Dominus ad Regnum cœlestis ducat, quâ suum unigenitum duxit. Secundum da operam, ne tu eius moribus des occasionem externis: nomen Religionis vel tuum traducendis: sicut Christus nullam calumniarum & querelarum occasionem præbuit, sic neque tu præbeas. Num igitur talis sis, te introspicere, & emendanda emenda.*

Quatum Punctum. Considera Christi alia verba ad Pilatum *ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.* Quibus verbis ponderatis, alreque menti impressis, exardeste amore veritatis, vt te eius studiosum semper ostendas, nonquam siue ob respectus humanos, siue ob timorem confusonis & peccata siue ob priuatos amicitiae affectus, siue alias ob causam, vel tantillum à veritate sermonis, ab omnibus amplificationibus, aequationibus, diminutionibus, immuni deflectendo. Quocirca si ante talis non fuisti, detectare mendacem & insinceram lingam, & stylum sermonis muta.

DOMINICA SEXTA

QVADRAGESIMÆ.

De Pilati erga Christum affectu.

Primum *punctum.* Considera prius Pilati erga Christum affectum, qui auditis gravibus accusationibus contra Christum personarum valde illustrum; & multarum, tamen non creditis eis, sed Christum audire voluit quid diceret ad obiecta sibi. Hinc disce valde necessariam doctrinam, nunquam absoluere credendi dicentibus mala de proximo, & huius rei causas inquire, vt te in hac veritate firmes fortissime, valde necessariā ad multos defectus & perturbationes euadendas.

Secundum Punctum. Considera aliam Pilati erga Christum affectum, quod Christo non excusante se, immo fere semper tacente, & nunquam expresse dicente se esse innocentem, tamen inimicis Christi audacter pro Christo dixerit: Ego nullam inuenio in eo causam. Quocir-

ca gratias age Patri æterno, quod innocentissimo filio suo Domino tuo, ipsum Iudicem definit Patronum ac defensorem, & ex altissima parte firmam concipe de Divina prouidentia fiduciam, quod te nunquam derelicturus sit sine defensione, si erit necessaria, &c., si etiam morum integritate ac candore te dignum per eum gratiam reddideris, ideoque ut ea dignus sis, vide que in te sint reseccanda, ne hoc impediatur, & quæ acquirendā, ut id promereatur.

Teritum Punctum. Considera constantiam Pilati in Christo defendendo, nam item post Christi ab Herode reditum, Christum defendit, vii prius, adducto eriam Herodis exemplo, à quo illæsus fuerat ad se ablegatus, Hic iterum tenero animi affectu gusa Divini cordis piissimum affectum, quo sibi caros defendit, adductis exemplis Isaaci, Iacobi, Iosephi, Davidis, Susanna, S. P. Ignatii, & aliorum Sanctorum quos Dominus misericordia ab iniurias defendit, arque ita proice te in Deum ac Dominum tuum; ipse erit protector, defensor, & refugium tuum. Ex altera parte case vehementer, ne falsis & incertis querelis, ne dolis aliusque pravis modis, proximum tuum lacescas, ad quos auertendos ab eo, Deum suorum defensorem exurgere oportet: quod si hic in parte deliquisti aliquando, satisfac & Deo bona confessione ac dolore, & proximo, modi in Ecclesia ystatis.

Quartum Punctum. Considera affectum plati in Christo ad flagellationem destinato, quam eum perpeti voluit, ut malum gravis mortis à Iudeis intentata euaderet. Hinc disce morem Dei, per se, & suos ministros, septem leuiora mala eti malitia immitantis etiam in innocentes, tum ut eluat peccata non bene eluta, tum ut à futuris præseruet, tum ut materiam præbeat meriti & premij. Incula ergo tuam cætitatem, qui hæc non aduertens, in quo animo excipis aduersa, & bonis te prius, quæ illa conciliant æquo animo tolerata,

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam sextam Quadragesima.

crucifixionem.

Primum Punctum. Considera pius virorū Pilati affectum, dum misit qui diceret: *Nihil tibi, & iusto illi multa enim passa sum hodiuprisum propter eum.* Et excita in te affectum necrimum gaudij, ed quod inuenta sit vita muliercula in tot Domini viri afflictionibus, quae eius causam susciperet, & exardeste ad uandos in posterum, quantum in te est, inioñe afflictos, in ijs Christum ipsum iuvando, qui
dixit:

dixit: quod vni ex meū minimū fecisti, mihi fecisti. Deinde asperitatem & inhumanitatem cordis tui execrare, quod alienis iniurijs non moueat ad contemplationem.

Secundum Punctum. Considera improbitatem Iudeorum, qui maluerunt Barrabham ob seditionem & homicidium in carcere coniecum dimitti quam Christum, quem in conscientia sua sciebat esse innocentissimum, & dignum amore & auxilio, saltem pro tot beneficiis curationum ab eo perceptis. Hinc excita in te magnum desiderium omnimodi contemptus, ut non tantum boni & te excellentes anteponant tibi, sed etiam te peiores, & contrariam tuam superbiam detestare, quae omnibus anteponi cupit, cum in te plura possis si velis invenire motiva ad tui contemptum.

Tertium Punctum. Considera Pilati inconsideratam & fruolam suæ conscientię curam, qui ablutione suarum manuū se potabat fore liberum à gradiissimo scelere Christi condemnationis, quem tamen sciebat esse innocentem, & putabat se non fore reum eius mortis, eō quod ad Iudeorum impullum cum esset condemnatur. O quām multi sunt, qui similī modo suas conscientias ablount superficiētibus non sincerā confessione, non plene integrā, qui alias defectus suos, non curant aboletre per media debita: unde coram Deo & Sanctis eius faretur. Tu vide an sis ex talium numero, & si quid deprehenderis errati, cito corrige.

Quartū Punctum. Considera sententiam contra Christum latam, de morte ei inferenda. Dole id tua peccata effecisse, idēo illa deesse amatē, deprecate Christum per te quodammodo occidendum, & ad satisfaciendum ei, tefolue tē ad tolerandas omnes sententias, & iudicia quibus in hac vita pati aliquid possis.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam sextam Quadragesima.
De Christi Crucifixione.

Primum Punctum. Considera Christum crucem baulantem, ēamque vñquē adeò gravem, ut oportuerit accertere Simonem Cyrenum, qui eam post Iesum deferret, cunctem in proprijs vestimentis, quae ei testituerunt ademptā chlamyde, ut ita cognosceretur melius, & magis confunderetur. Ita Dominus tuus nil permituit omitti eorum, quibus eius & in corpore & in anima dolor & afflictio augeri posset. Tu vero quām leues quāris crucis, omisissis grauibus, quām sapēas extenuas, & dimisnus, ut quām minimē patiaris. Hoccine est Christum imitari, dicentem, qui non baulat tru-

cem suam & venit post me, non potest meus esse Discipulus. Confandere, & desse cæcitatem tuam, qui minus illa, per quā tibi æterna & incomprehensibilitas te in hac vita cœlestis gloria paratur.

Secundum Punctum. Considera multam turbam populi & mulierum in Christi comitatu, eum plangentis, & Christi ad eam verba: Nolite flere super me, sed super vos flete, & super filios vestros, quoniam venient dies, in quibus dicent: Beate steriles, & ventres qui non generant, & vbera quae non lactauerant, tunc incipient dicere montibus: cadite super nos, & collibus, operite nos: quia si in viridi ligno hac faciunt in arido quid fieri? Ex quibus verbis hos affectus elice. Primum confusiois, quod non plangas Christum, ut illa ruidis turbā, Christum, non ita ut tu noceas. Secundū doloris de peccatis, ob quae Christus iussit deflari filios illarum. Tertiū metuū judicij, cuius tempore mali dicent, qui Christi mortis causa fuerunt, & remedij eius vñli non sunt. Montes cadite super nos. Quartū desiderij patiënti plus pro Christo, quām ille, lignum viride & floridum pro te per concupiscentiam arcfacto sit passus.

Tertium Punctum. Considera cum Euthymio præparationem Christi ad Crucifixionem. Nā noluit bibere bonum vinum myrrhatū, quod dati solebat, ut supplicio afficiendi confortarentur, minusque dolores sentirent in debilitate & metu, vel certè a sensibus alienarentur, quod Christus, ut ait Marcus, non accepit, sed gustauit aliud cum felle mixtum, ut sentiret amaritudinem, non totum tamen biberit ne corroboraretur. In hac quasi agonia Christus fugit consolations, querit mitigationes, ut te doceat simili modo vivere etiam tunc (quantum obedientia permitit) dum eges humanis solatij & auxiliis.

Quartū Punctum. Considera Christi Crucifixionem clavis ferreis, in partibus nervosis, ideoque magis dolorem sentientibus factam ab iustis Ministris. Compatere Christo, dole ob causas huius Crucifixionis, pete veniam, & cogita quibus modis correspondebis Christo sic te amanti, & pro tē talia tolerantii.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam sextam Quadragesima.
De Christi verbis in Cruce.

Primum Punctum. Considera Christi verba ad Patrem æternum: Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. & postea alia: Deus Deus natus ut quid dereliquisti me? Et postea alia: Pater in manus tuas commendabo spiritum meum. Ex primis disce amorem inimicorum, & confundere qui etiam amicos & benefactores tuos non amas

Ita;

ita, si vel minimum quid ab ijs patiaris, & seriam emendationem promitte Christo cui causa Crucifixo. Ex alijs agnosce grauitatem dolorum Christi, & tuorum peccatorum. Ex ultimis felicitatem animæ Christi, qua digna erat ob suam innocentiam cœli loco. Unde concipias odium scelerum tuorum, vt ea defleas, & fugias, & desiderium vita Sanctæ, ob quam ex Christi crucifixi meritis dignus sis rectè ad cœlum post mortem transfigurari.

Secundum Punctum. Considera Christi verba ad Matrem Ioannem ei commandantis. *Mulier, ecce filius tuus.* In quibus admirare Christi puritatem, & amorem: puritatem, quod Matrem non aliter compellauerit, sine blandis & effæminatis titulis, alioqui sibi charissimam & dignam omni honorificâ appellacione. Et hinc examina tua colloquia, epitheta, titulos, quibus compellas tibi charos, an sint Christi verbis conformes, & statue quomodo te gerere debetas hac in parte. Amorem vero considera, quod nec moriens in tot doloribus oblitus sit sui dilecti, eumque sui loco vt filium Matri suæ commendavit. Ex arde sc̄ erga Christum, qui sibi charos ita amat, & concupisce toto animo, vt si chatus.

Tertium Punctum. Considera Christi verba ad Ioannem: *Ecce Mater tua.* O quam felix fuit tali Matre donatus: tu cogita quid oporteat te habere, & non habere, vt dignus sis, cui à Christo B. Virgo detur in Matrem, *hospitum.*

Quartum Punctum. Considera Christi verba ad eum latronem, qui Christum defendit, ab alterius coniuijs dicens: *Neque tu times Deum qui in eadem damnatione es, & nos quidem iusti, nam digna factis recipimus, hic vero nihil malis gesti: cui Christus dicenti: Domine memento mei cum venerabis in regnum tuum, respondit. Amen dico tibi, hodie meritis in paradiſo.* Hic gratias age bono latroni ob Christum defensum, excitaq; magnum erga eum amorem hanc ob causam. Imitate quoque eum petendo à Christo Regni cœlestis possessionem, & vitam tam sanctam, vt in hora mortis audire merearis in animo tuo: *Hodie mecum eris in paradiſo.*

FERIA QVINTA.

Post Dominicam sextam Quadragesima.

De ijs quæ Christus passus est in cruce pendens.

Primum Punctum. Considera magnam confusione & pudorem, quem Christus in Cruce sustinuit, omnibus prostris vestibus exstus, pendens in aperta luce coram innumerâ multitudine hominum sibi infensorum & sine

villa etiam occasione se irritidentium. Hec confusio fere maiorem dolorem Christi animo attulit quam alij dolores in catne, siquidem iam homo verecundus, mallet occidi quam denudari. Tu confundere qui tantopere refugis leuisissimas confusiones coram hominibus, & tamen Deum non erubescis, cui scis nota esse peccata tua, & præterita & praesentia, imò etiam in secretissimo foro conscientia tua Confessario quandoque ea ita manifestare, vi ea nota sunt Deo, erubescis. Corrige errores, & deinceps te emenda.

Secundum Punctum. Considera ingentem Christi dolorem in toto corpore adeo prius flagellis & spinis lacerato, & nunc clavis perfollo, ex illisque pendente. Considera simul causam horum dolorum, peccata tua, id est competrere sic dolenti, amplectere & osculare pendentem in tot tormentis pro te, deprecare, offer promptum animum ad toleranda eius causâ omnia corporis incommoda, ea vero quæ sepius refugis propone in posterum te velle querere, & amplecti pro eius honore.

Tertium Punctum. Considera ludibria & irrisiones, quas pertulit pendens, & magnas blasphemias, nam vt mendacem increpabant, ut vanæ gloria deditum, ac superbum, non valorem de Cruce descendere, falsè se Filium Dei iactantem. Ex altera parte reuera in memoriam, omnia ea dicta quæ contra te possunt dici, quam sunt levia, quam modica, quam tibi sèpè convenientia, & tamen vix aliquid fersæquo animo, & nihilominus pro Christi imitatore haberit cupis. Resoluere igitur te ad toleranda quævis, quæ contra te dici possunt.

Quartum Punctum. Considera Christum in Cruce pendentem, in summis animi & corporis doloribus, nulla tamen solatia querentem; nec lenitamina, & summa patientia tolerantem omnia. Et hinc disce in Religiose crucie, simili patientia tolerare omnia a cerba, gratiam pro hac te pete, & Christo magnas age gratias pro hac eius passione, & offer illi loco solatij in hac ultima agonia emendationem, in hoc potissimum, ne tibi sint amarae crucis Religionis.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam sextam Quadragesima.

De Christi morte.

Primum Punctum. Considera Christi mortem plenam innumeris doloribus. Erat enim sine ullo solatio, erat plena afflictionibus, tum propter peccata tua, tum propter multitudinem eorum, quos præsciebat non viriis mediis salutis per mortem suam parta, tum propter tam multa, quæ pendens paſlus est. Quæ omnia,

& his similia ligillatio ruminans ; compateret
Dominum tuum, amplectere mortuentem, commen-
da ei peccata tua, ut delectat suo sanguine, com-
menda animam tuam, ut eam ita feliciter edu-
cat è tuo corpore , sicut suam reddidit in ma-
nus Patris : quod ut facilius & certius alsequa-
rit, delibera quid faciendum tibi sit, quidve
vitandum.

Secundum Punctum. Considera modum quo
est mortuus, scilicet clamans voce magna, in-
clinatoque capite, anima in Patris manus com-
mendata. Quid autem clamor ille indicat
& inclinatio capitis discurrit, quod indagabis,
si ponderaueris, ob quas causas homines sen-
tient soleant clamare, & capita inclinare ; & ex
singulis elicias affectus quibus & tuum amo-
re erga Christum, & odium erga peccata,
& desiderium emendationis, ac satisfactionis
pro peccatis tuis, & pro beneficiis Christi
ostendas.

Tertium Punctum. Considera valorem Christi
mortis, & fructum ex ea pro hominum sa-
lute, & multiplici bono provenientem, & in
Ecclie Sacraenta adeo efficacia & salutaria
scaturientem : & excitato gaudij magnifico
affectu, quod te Deus in Ecclie tot bonis af-
fluent, tot remedis contra tua mala abundan-
te, posuerit, exarcesce Seraphica charita-
te erga Iesum mortuentem, è cruce & morte
sua, tot tibi & tanta beneficia profundenter,
& incusa extremam tuam malitiam, quæ in
causa est, quod tam exiguum fructum Christi
mortis in te sentias.

Quartum Punctum. Considera affectum Pa-
tris æterni, quo acceptabat Christi mortem,
in satisfactionem pro peccatis tuis, tanquam
hostiam infiniti valoris, ad delenda & auer-
tenda à mundo omnia mala sufficiens, & si
es viuum huius capitis mortuentis membrum,
coniunge cum hoc cruento Sacrificio capitum
tui, omnia peccata tua, ut impetreras culpas &
penas remissionem, omnia bona tua, mem-
bra, sensus, potentias, actiones, omissiones; ut
impetreras benedictionem vberem, innumerabili
gratia dona adferentem, & tandem mor-
tem felicem, & gloriam cœlestem statim post
mortem.

S A B B A T O.

Post Dominicam sextam Quadragesimæ.

De Christi sepultura.

Primum Punctum. Considera plancum B.
Virginis, & SS. Mulierum, quo prosecuta-
sunt Christi mortem, ante sepulturam, & in
ea, & post eam, quæm fuerit plancus ille a-
matus, quæm plenus affectibus misis, erga
Christum, & contra peccata mundi, ob qua-

Lancij Opus. Tom. 2.

Christus est mortuus, & tuam in defenda
Christi morte durittam conferens cum eorum
lacrymis, erubescit, & tibi ipsi indignatus, quod
tantoper sis ingratius.

Secundum Punctum. Considera causas & mo-
tus planctus illius, & vide maiores te habere
causas, defendi Christi mortem, & tamen
tam aridus es, causisque huius ariditatis inda-
gatis, eas deplora & te emenda.

Tertium Punctum. Considera optimum Io-
sephi Arimatæ affectum erga Christum, qui
audacter petens a Pilato corpus Christi ad se-
pelendum, impetravit : & ex hoc eius affectu,
dilecte sine humano respectu, & meum facere
omnia, quæ debes pro Domino tuo, eaque
magis aggredi, quæ magis reformatas, cauila-
que collige, ob quas teneris de talibus in te re-
portare victoram.

Quartum Punctum. Considera pium Iose-
phi & Nicodemus obsequium in sepelendo
corpore Christi. Ille enim empia mundâ sim-
dōne involuit corpus eius, Nicodemus autem
vnxit mirrhâ & aloë, allatis ad hoc centum li-
bris, & ita ligantes linteis cum aromatibus, &
caput sudatio distincto involuentes, sepelierunt
in horti monumento novo Iosephi, exciso in
Pete, in quo nondum quisquam politus erat,
aduoluto Saxonio ad hortum monumen-
ti. Singulis horum ritè pondetatis, gratulare
Christo hunc honorem, & Patri æterno aga-
gratias, quod habuerit saltem post mortem
hunc respectum ad corpus Christi benedictū,
& melius quam in vita tractari voluerit, & in
spiritu extolle & lauda hunc pium istorum af-
fectum erga Christum : ipse vero dicere quo
affectu Christum tractare debetas, eique om-
nia quam rectissima offerre & purissima, siquidem
melius cognoscis Christi præstantiam, &
maiora percipis beneficia eius, quam percep-
tum duo isti Iudei Christo adeo addicti.

DOMINICA RESURRECTIONIS.

De Christi Resurrectione.

Primum Punctum. Considera Aduentum
Christi animæ ad corpus positum in sepul-
chro, & intuere cum gusto quadam affectus,
qui erant in animæ Christi erga corpus eius.
Principius autem affectus Christi animæ erga
illud erat tenerissimus amor, tanquam ad fi-
delem locum, à quo iuvabatur in perficien-
da Patriæ æterni voluntate per annos ferè tri-
ginta quatuor, & opere nostræ Redemptio-
nis. Imaginare ergo quomodo (loquendo
humano modo) Christi animi corpori suo se-
vniens, illud vivificans, gloriosum Divinitati
virtute reddens, alloqueretur, tenerissime
salutando, amando, gratias agendo pro per-

Rer. petuæ

petua obedientia quam erga animam & Dei voluntatem habuit, pro patientia in tot tormentis, & incommodis, quæ vita Christi plena paupertatis & laboris adferebat. Quod considerans & tu in similes affectus erga illud prorumpes, ex tenero devotionis affectu illud salutans ut domicilium Deitatis, ut fontem gratiarum, ut ideam virtutum; & humilitate adorans, item gratias agens pro iisdem rebus, & ardenter supernaturalis amoris affectu diligens.

Secundum Punctum. Considera dotes Christi corporis a morte exitati scilicet, agilitatem, subtilitatem, elatitatem, impaviditatem immortalitatem, & præterea vulnera relicta, quæ sunt magna ornamenta eius: in anima vero summum gaudium etiam in parte inferiori sine villa tristitia. Exulta igitur tanta bona cernens Christi humanitatis in Resurrectione; gratulare ei: Deo gratias age, complaceras tibi in bono Redemptoris tui tam multa pro te passi. Et pete a Domino similem gloriam Resurrectionis corpori & animæ tue, idque pure propter honorem, & gloriam maiorem Christi Domini Capitis tui, cuius es membrum.

Tertium Punctum. Considera vias per quas Christus tantum in anima, & corpore gloriam adeptus est, & eas quantum licet sectari stude, non alio fine, quam ne discrepes a capite tuo Christo, & vt sub decoro capite, etiam tu membris eius, sis tali capite dignum, ob maiorem eius gloriam & ornamentum, & ampliorem triumphum Christi, non tantum in te, sed etiam in his miseriis membris suis, de inferno & Diabolo victoriis reportantis. Hoc autem ut assecuaris, taquam primam gratiam pete a Christo gloriose, vt in te fructum passionis sua ostendere incipiat amplissimum nunquam deficiendum, sed perpetuo crescentem quoad multiplicationem & incrementum assiduum virtutum, donorum Spiritus Sancti, & auxiliorum gratie Dei supernaturalium.

Quartum Punctum. Considera Christi resuscitati colloquium cum Sanctissima Matre sua, quam primo omnino visitare voluit, suaque presentia solari, & in hoc colloquio perpende materiam ac modum sermonis vtriusque personæ, quibus afflisse tanquam minimus eorum famulus, excitando pios affectus, ex imaginatis eorum sermonibus mutuis. Et pete a Deipara, vt te Filio suo iam gloriose, tradat in perpetuum obsequium, nunquam villo peccato interrumpendum, & faciat te copiosè percipere fructum Redemptionis, tum per alios modos, tum per susceptionem tam frequentem huius gloriose corporis in Sanctissima Eucaristia, in qua illud, tam multis in locis existens, magno affectu adora, & spiritualiter osculare: & postquam Sanctissimam Eucaristiam suscepseris, affectus erga D. Iesum glo-

riosum deprome similes affectibus SS. Matris eius (dum ei apparuit) eum excipientis.

FERIA SECUNDA.

Pest Pascha.

Primum Punctum. Considera duos Discipulos eunes verus Emaus ab Hierusalem, & colloquentes de his omnibus que acciderant Hierosolymis circa Christi passionem: ubi perpende modum, quo vbi sunt in eundo, colloquendo, materiali quoque sermonum illocum, & ex omnibus proficeret stude.

Secundum Punctum. Considera Christiamorem qui volens eos liberare a tristitia quæ premebanter, & ab incredulitate, benigne adiunxit se illis, non statim, se illis cognoscendum praebens. Et vt rem Suanus perficeret, querere coepit. Qui sunt hi sermones quos constitui ad iniuciem ambulanies, & eis tristitiae pondera, ad te dici puta, & dum colloqueris, audire te puta a Deo praesente ubique, haec verba: qui sunt hi sermones, &c. & quod Deum praescient videns non dices, deinceps non dicas, presentem certius credens, quam si certitudo oculorum quæ sapè fallit.

Tertium Punctum. Considera verba discipulorum de Christo, ipsi Christo dicta. Diximus inquit Euangelista, de Iesu Nazaren, qui fuit vir Propheta, potens in opere & sermoni coram Deo & omni populo, & quomodo tradiderunt eum summum Sacerdotes nostri, in damnationem mortis & crucifixerunt eum: que iuxta secundum orationem modum pondera, & excite tum latitiae affectum ob has Christi laudes dictas, tum amoris erga eum, & gratitudinis ob eius Crucifixionem tui causa peractam, commemoratam a Discipulis.

Quartum Punctum. Considera reprehensionem Discipulorum a Christo profectam. O stu & tardi corde ad credendum in omnibus que locuti sunt. Propheta. Vnde duo disce: Primum acerbam reprehensionem non dedere summam mansuetudinem quando tua delicta eam exigunt. Secundum applica tibi haec verba: inuenies enim in multis te ostendere defectum viae & practica fidei, dum ita vivis, ac si non crederes supplicia peccatis destinata, premia virtutibus, ac si non crederes melius esse placere Deo, quam hominibus, & potius illos esse offendendos, quam Deum, & bona eterna maiore studio esse querenda, quam temporales scientias, honores, commoditates. Ideo si quæ sint emendanda emenda.

FERIA.

FERIA TERTIA.

Post Pascha.

Primum Punctum. Considera Dominum Iesum venientem ad Discipulos, & in medio eorum stantem, dicentemque *Pax vobis, ego sum, nolite timere.* In quibus verbis tria documenta disce valde nobis necessaria dum sumus congregati. Primo ut pacifici sumus, nullam dantes occasionem quam pax lèdatur. Secundo ut ita procedamus tunc, ac si haberemus Dominum Iesum, vel saltem superiorem præsentem. Tertio ut ita nos geramus ne quidquam nos timere oporteat. Quod ut tibi persuades, quare causas, ab quas id agnosces omnino tibi faciendum esse, & si quid hac in parte delinquis, emenda.

Secundum Punctum. Considera Christum ostendentem Discipulis vulnera sua. *Vide manus meas, & pedes meos palpate & videte.* Tu quoque eadem vulnera tenero affectu intuere, tanquam fontes beneficiorum Dei, tanquam signa amoris Dei erga te certissima, tanquam effectus peccatorum tuorum, tanquam refugia tua in necessitatibus, tanquam incentiva amoris tui erga Dominum Iesum, & iuxta hos quinque respectus, similes affectus erga illa, in anima tua excita.

Tertiuum Punctum. Considera Christum comedentem pisces aëli partem, & fauim mellis. Vbi considera frugilitatem Discipulorū Christi Domini, & Christi humilitatem. Nam non habuerunt pretiosius edulium pīscem & fauim mellis. Deinde non obtulerunt ei pīscem integrum, sed partem pīscis. Signum est ergo non fuisse eos gulæ deditos ita, ut totum pīscem absumpti sunt, quia parrem (eris erant tot) reliquerunt: & Dominus Iesus non dignatus est, accipere id, quod ipsis superfuerat, *co iakoby spadlo zvysa ioh,* ut loquamus more nostro. Hinc sume similes instructiones, valde necessarias pro comedione, in hoc statu paupertatis, quem professus es.

Quartum Punctum. Considera Christi verba: *Sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tercia die. & praedicari in nomine eius pénitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes.* Vbi tria perpende. Primo si Christum oportuit pati, quanto magis te. Secundo si praedicari oportuit pénitentiam in Christi nomine, pénitentia necessaria est, quomodo illi vacas? Tertio remissionem peccatorum in suo nomine vult praedicari. Gratias age illi, exulta quod habeas talam felicitatem, & certam spem remissionis peccatorum dummodò cooperetis.

Lancij Opus. Tom. 2.

FERIA QVARTA.

Post Pascha.

Primum Punctum. Considera Petrum, cum aliquot aliis Discipulis pīscationi vacantem, & in ea tota nocte sine ullo fructu laboris tam longi, & molesti occupatum. In qua pīscatione perpende qua decentia, ac honestate corporis, in situ, vestimentorumque diminutione, ac deudatione aliqui membrorum: item quam animi moderatione in voce & omnibus laboribus, sine ullo clamoris ac impatientie signo, versatus sit cum alijs sociis, & ad mores tuos reflectens, corrīgenda corrige, vel eis necessaria documenta deceperē.

Secundum Punctum. Considera Iesum è littore monentem, ut iterum pīscetur, quo factō, recte non poterant trahere pīcē multitudine pīciū. Hinc disce eosdem labores in specie, nō esse æquè viles, sed illos fructum afferre, quādo sunt ex Dei voluntate & consilio. Quam doctrinam an in te experiere, & practices, recognoscere, & applicare in particulari in posterum stude.

Tertiū Punctum. Considera Christum non fuisse agnitus à Discipulis sat diu, sed primum agnitus esse à Ioanne. Cur autem ille primum agnoverit, causas indaga, & vide an in te sint, & eas cum Dei auxilio habere stude.

Quartum Punctum. Considera Domini Iesu amorem erga suos, tum in suadenda pīscatione tam bona, tum quia pīscatur pro Discipulis suis in littore prandium supra prunas pīscem superpositum & panem, quia adhuc alium pīscem assandum afferri iussit, ut tractarentur lauti, tum quia eos invitabat benignè, *venisse prandete.* Contemplate tum benignum cor, & plenum materna dulcedine Domini Iesu, unde ista in suos chartas effluxit, & disce quam felix sit, quem amat Iesus, est enim in protectione Iesu, etiam dum non cogitat. Talis ergo esse stude bonis moribus, eius tibi amorem ut conciliē.

FERIA QVINTA.

Post Pascha.

Primum Punctum. Considera amorem Mariæ Magdalena erga Christumstantis ad monumentum Christi & plorantis. Adiunge te illi pīum comitem, excite in te similes ei affectus. Cogita quid tunc cogitat illa, quibus voluntatis affectibus fetteret erga Dominum Iesum, à quo remissionem peccatorum accepit, & quidem id se accepisse, certò ex eius ore didicerat.

Secundum Punctum. Considera mentis oculis quomodo flebat hęc dilecta Christi ancilla, quomodo suas extergebat lachrymas, quo manum

Rer. 2 num.

nium oculorumque gestu, & chementiam interorum affectuum demonstrante, & facta ad tuam tepiditatem reflexione proficere stude.

Tertium Punctum. Considera colloquium Magdalena cum duobus Angelis, in albis clementibus, uno ad caput, & uno ad pedes, ubi possum fuerat corpus Iesu quibus querentibus: *Mulier quid ploras? dixit: quia tulerunt Dominum meum, & nescio rbi posuerunt eum.* Pondera singula verba, & latentes sub eis affectus, & te ad similem Domini Iesu dilectionem excita, & effectum eius in te redargue.

Quartum Punctum. Considera colloquium Magdalena cum Domino Iesu, cui interroganti: *Mulier quid ploras? quem queris? illa existimans quia bortulanus esset, dicit ei: Domine sis tu sustulisti eum, dico mihi; ubi posuisti eum, & ego eum tollam.* Hic perpende benignitatem Domini Iesu, qui pia quadam arte vobis sub specie bortulanii feste ostendens, solati voluit Magdalena se querentem: ita non derelinquit querentes ex corde. Secundò perpende ardentissimam charitatem Magdalena, quae tanquam extra se posita, impatiens mortis, querit Dominum Iesum, et si mortuum, patata, ubi cunque tandem esset, etiam in manibus inimicorum, illum tollere, quæ omnia eius verba perpendens, facta ad te reflexione, conuette in profectum tuum.

FERIA SEXTA.

Post Pascha.

Primum Punctum. Considera felicitatem magnam Magdalena, quam Christus proprio eius nomine compellavit, eam sui inuenienti desiderio anxiam compellans, *Maria.* Non habent hanc felicitatem impii, quibus illud Psalmi respectu Dei concurrerit: *Nec memor ero nominum eorum per labia mea.* Tu pondera quoniam honorificum sit, ab ipso Deo nominari, & quidem eum affectu benevolentia. Gratulare Magdalena hoc bonum, & hoc ipsum tibi opta, & cogita quibus mediis possis ad hanc felicitatem peruenire.

Secundum Punctum. Considera responsum Magdalena ad Christum se nominantem, sequere illi manifestantem, *Rabboni,* scilicet Magister hic causa inquit cur Christum alio nomine vel titulo non compellavit. Item quo sensu eum vocavit Magistrum suum, & an tu eodem illum vocare possis, qui eum docentem & monentem non audis, & promitte emendationem.

Tertium Punctum. Considera affectum Magdalena Christum tangentis, hoc est humilians amplectentis præ reuerentia & amore, &

cogita quantus fuerit affectus ille, cum quibus coniunctus cogitationibus plus, quis in Christo amplectendo gestus. Et specialiter in quoq; simili affectu Christum gloriosum amplectere, & amplectens tres actus elicias, pro gratias age pro beneficio Redemptionis, hoc tempore peracta. Secundò pete varia quibus & tu & alij egent. Tertiò offer eidem, & per eum Diuinis personis, omnia Christi manifestatis merita, ut per ea satisfacias Deo pro beneficiis eius, & noua alia facilius imperes.

Quartum Punctum. Considera Christi verba ad Magdalenam tè tangentem. *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum.* Vbi cognitum dicere voluerit Christus his verbis, certe dixerit, & hinc proficere stude.

SABBATO.

Post Pascha.

Regina Cœli.

Primum Punctum. Considera causas ob quas Deipara Virgo vocatur *Regina cœli,* similes ijs, eti in gradu excellentiore, ob quas Regina aliquia vocatur *Regina altius Regni,* & varia inde deinceps quibus excutes spem roatt secundatiam in ea, desiderium ei seruandi, & alios pios affectus quibus fideles famuli servuntur in Reginam aliquam terrestrem.

Secundum Punctum. Considera titulos ob quos Deiparæ hæc regalis dignitas competit, tum communis aliis Sanctis, quos Deus promulga Reges in celo faciut. Apoc. 5, 10. tompeccatiarem quia est Mater Regis cœlestis, & ob vitæ excellentem sanctimoniam, digna quæ cœlis præsit. Hæc ponderando granulare ei hanc dignitatem & latetare, quod tales habent Reginam, cuius sis obsequis mancipatus, & da operam, ut sis eius fideliis minister.

Tertium Punctum. Considera modos quibus erga humanū gênum Deipara ostendit beneficium hanc suam Regiam potestatæ. Ideo gratias ei age, & propone ei omnes tuas necessitates præcipuas, eis ut subuenire dignetur, & ad fluentum clementissimum eius adduc auge motiva.

Quartum Punctum. Considera quibus modis & tu peruenire ad hoc possis, ut sis Rex in celo, & potiare Regi dignitate, à Deo omnibus electis præparata, & deplorata tua viuendi ratione, quæ id non præfessit, ea acquirere stude per quæ ad hanc excellentiam ob Dei amorem peruenire possis.

DOMI-

DOMINICA PRIMA.

POST PASCHA.

Primum Punctum. Considera causas ob quas Christus volens congregatis simul Discipulis, post Resurrectionem le ostendere, sero se illis ostendit, & clausis propter metum iudiciorum: causas pias inuenies consideratis proprietatis temporis serotini, & conditio-nibus bonis, quas adfert metus cordibus hum-anis, & ex omnibus decerpere fructum aliquem spiritualem.

Seundum Punctum. Considera causas ob quas Christus, non aliis verbis salutarit suos, nisi his. *Pax vobis.* Et quotuplicem pacem nobis attulerit, quotuplicem etiam a nobis exigit perpende, & omnem pacem colere stude.

Tertium Punctum. Considera ostensionem manuum & lateris post annunciatam eis pacem, & hic quoque causas inquire, cur manus & latus ostenderit post annunciatam pacem: quia te ponderata, imaginare te praesentem huic ostensioni, adora manus & latus Christi, tanquam instrumenta redemptionis tuae, & fontes bonorum tuorum. Gratias age Redemptori tuo, osculate ea, strige, & amplectere tenerissimo affectu.

Quartum Punctum. Considera quantopere deceat, ut manus tua & latus, seu pectus tuum, sit proportionatum manibus & lateri Christi, eaque imiteris, quia autem te imitari debeas, examina te, & te tam puro ac sancto exemplati accommoda.

FERIA SECUNDA.

Dominica prima post Pascha.

Primum Punctum. Considera gaudium Discipulorum Christi, quod eo viso perceperunt, quale fuerit, qualive ob causas, & quos effectus in animis eorum reliquerit, & facta reflexione ad te, cui Deus in frequenti com-munione maius beneficium præstat, quam si appareret, cogita quid te pro tanto beneficio facere & pati deceat.

Seundum Punctum. Considera illa Christi verba: *Sicut misit me Pater, & ego misso vos,* & in ijs perpende modum, & finem, quo, & ob quem Pater aeternus Christum misit in mundum, & tibi quoque dicta puta eadem verba, *sicut misit me Pater, & ego misso vos.* proportionato modo, ut intelligas quid Christi exemplo facere & pati debeas in hoc mundo.

Tertium Punctum. Considera Ceremoniam Christi insufflantis in Discipulos, in signum tradenda potestatis paulo post explicanda. Cut

Lancij Opus. Tom. 2.

non alia ceremonia usus est, scilicet impositio-ne, vel elevatione manuum, benedictione, aliave, sed insufflatione, quæ facta est ore eius sanctissimo guturis conatu, halitus sui com-unicatione, & ex singulis pè ponderatis & adiumentis proficere stude.

Quartum Punctum. Considera potestatem Discipulis datum post hanc insufflationem: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remissio pecca-ta, remittunt eis, quorum reiueritis, remissa sunt.* Perpende beneficij magnitudinem ne-cessitatemque eius, in tot tuis peccatis tam frequentibus. Gratias age Iustificatori tuo ex corde intimo, & vide, quid te facere deceat, tum vt gratias sis pro hoc beneficio, tum vt non abutaris eo, tum vt raro peccando non egeas medicinis Christi, quas tanto suo labore & dolore comparauit.

FERIA TERTIA.

Dominica prima post Pascha.

Primum Punctum. Considera piam Christi ar-tem, qui vt daret materiam meriti, duobus Discipulis euntibus in Emaus appropinquan-tibus castello, ipse fixit se longius ire, vt ita da-ret occasionem inuitandi sui, hospitalitatis studio, ita nullam occasionem Dominus omittit benefaciendi suis, & meriti materiam sup-peditandi. Adora, & ama in Domino tuo hanc bonitatem, gratias age, & extrea te ad frequentanda opera meritoria, quandoquidem ijs ita Dominus tuus delectatur, & incusa tuam socordiam, quod tam multas me-rendi occasionses prætermittas.

Seundum Punctum. Considera modum, quo sunt usi Discipuli, ad Christum ad se allicen-dum: *coegerunt illum* (inquit Euangelista.) Aspi-ce mentis oculis hanc coactionem, delectare in illa, gratias age in Spiritu his, qui cum ita coegerunt, & honorarunt, & intuere modum quo Christus huc coactioni cessit, & disce piam vim inferre Domino tuo & cogete, vt tecum sit & maneat, & quibus eum artibus ad hoc cogere possis cogita.

Tertium Punctum. Considera verba Discipu-lorum Christum rogantium: *mane nobis jum, quoniam aduerteras.* & inclinata est iam dies. Hæc ipsa verba rumina iuxta secundum orandum modum, & ad Christum dirige, & statui præsentis vitæ tue applica.

Quartum Punctum. Considera Christi facil-iatem qui humanitati Discipulorum cessit, & intravit cum illis. Hinc tu disce cedere aliorum bona voluntati, tuamque aliena subiungere, in rebus quæ malæ non sunt, quod an facias vi-de, & si quid est emendatione dignum, emenda.

Rer. 3 FERIA

FERIA QVARTA.
Dominica prima post Pascha.

Primum Punctum. Considera modum, quo Christus Dominus sub una specie, suum sanctissimum corpus post resurrectionem daturus duobus discipulis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis, cui sacro spectaculo te praesenta Spiritu, & proficeret studia.

Secundum Punctum. Considera effectum huius Sacri Coniuinij. Aperiunt enim oculi eorum, & cognoverunt eum. Hic facta ad te reflexione, vide quomodo ex Eucharistia proficias in cognitione practica obligationis tuae, & incusatam tua cætitate, pete lumen à Deo triplex. Primo ut practice videoas placendum esse magis Deo quam hominibus. Secundo maiore desiderio querenda esse merita gloriam æternam conciliantia, quam huius vita commoda. Tertio magis cauenda esse peccata & morsos animæ quam corporis.

Tertium Punctum. Considera quid Christus fecerit postquam agnouerunt eum. Euanuit ex oculis eorum. Inquire causas eur euanuerit, eur non manserit diutius, eos ut iuaret piis sermonibus, & ex hoc exemplo fructum aliquem decerpe.

Quartum Punctum. Considera verba discipulorum prolatæ de Christo post eius abscessum. Dixerunt enim ad inuicem. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas. Hic considera, an cor tuum sit ardens, dum Christum alloqueris in oratione, vel dum ille te alloquitur in lectione, vel dum eum intra te habes in Communione, & causis tui frigoris inuentis, eas remove.

FERIA QVINTA.

Dominica primæ post Pascha.

Ivan. 5.2

Primum Punctum. Considera illa Christi verba: Amen amen dico vobis, non potest filius à se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem, quacunque enim ille fecerit, hac & filius similiter facie. Quæ verba tenero affectu manifestando, intue te mentis oculis, Christi vite actiones, vel omnes, vel præcipias, cum spirituali quodam gusto tuo, agnoscendo in eis quomodo exprimant actiones Patris sui, creatoris suis benefacientes, miris modis, & varijs: Quas admirare, extolle, gratias age, ingratitudinem tuam & abusus accusa, & pete, ut in te semper operetur opera sua, & Patris sui.

Secundum Punctum. Considera quantopere,

& quas ob causas deceat te ita Christo conformari, sicut ille conformabatur Patri suo, ut quemadmodum quæcumque Pater faciebat, hac faciebat & Christus, ita & tu facias, quæcumque Christus fecit si à te fieri possint eius opere, saltem ut ea facias: quæ direxerat eo fine ut ea imitareris, vii sunt: *Dicitur à me quia misericordia mea & humilitas corde: Hoc est preceptum meum: ut diligatis inueni: Ego perfrui, sicut Pater vester celestis perficius es: & his simili Christi dicta & facta, quodan & quando facias vide, & quod faciendum est, facere stude.*

Terarium Punctum. Considera Patris aeterni amorem erga Christum, his verbis à Christo prolatis expressum: *Pater diligit Filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit.* O quanta felicitas ita amari à Deo Patre, eumque habere ita familiariter ac Magistrum, ut demonstret omnia facienda; accendere desiderio allequaeranda tantæ dilectionis adest tibi necessitas & cogita quibus medijs ad eam peruenire possis, eaque adhibe.

Quartum Punctum. Considera Christi potentiam. *Filius quis vult vivificari, vitâ faciat & corporeâ, mortuos reuocando ad eam, & spirituâ, tollendo per infusionem gratiæ motorem spiritualem animæ, præterea languidis ac tepidis tribuendo vigorem spiritus, & fervorem opera languentia veluti animantem.* Tu siorum è numero es pete hanc à Domino vivificationem, eamque impeditre noli tua durius & noua accessione peccatorum.

FERIA SEXTA.

Dominica primæ post Pascha.

Primum Punctum. Considera in illis Christi verbis: *Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio causas, cur ita Pater aeternus fecerit.* Vnam quidem causam dat Christus ipse ut omnes inquit honorificent Filium, scilicet honorificant Patrem. Hanc pondera & alias quoque, eam præsertim, quod grauius sit timendum Christi iudicium malis, quorū causa plus quam alia Diuina personæ fecit, & percutit Filius Dei in humanitate assumpta. Ideo eum iudicem tibi addicetum habete stude, & cogita quid ad hoc sit necessarium.

Secundum Punctum. Considera mala quæ oriuntur si quis non honoret Christum. Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misericordiam. Hic primum considera, quibus modis Christus non honorificatur: quod agnoscet et modis quibus violatur honor personæ illustris. Hos applica ad te, ne & tu talis sis, & si es, deplora tuos mores, & te emendare stude, & causas inquire quæ te excitent ad honorificandum Dominum tuum.

Tertium

Tertium Punctum. Considera felicitatem hominis obedientis verbis Christi. Qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam eternam, & in iudicium non venit, sed transit a morte ad vitam. Haec pondera iuxta secundum ordinis modum, & excita te ad perfectam executionem omnium Christi monitorum, & facta contraria deplora.

Quartum Punctum. Considera Christi excellentiam sicut inquit, Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filius habet vitam in semetipso. Gratulare Christo hanc excellentiam, & cum Patre aequalitatem. Gaudete esse seruum tam excellentis Domini, & eum imitari stude hac in re, ut eius beneficio habeas vitam spiritualem, in se semper contrariantem peccato, & operum tepidorum languorem.

SABBATO.

Dominica prima post Pascha. Letare.

Primum Punctum. Considera primam laetitiae causam in Deipara, quia nunquam ullo peccato contaminata fuit. Quod bonum quam sit carum, quam excellens, quam utile perpende, ei que ob id gratulare, & quantum fieri potest in hoc eam imitari stude.

Secundum Punctum. Considera secundam laetitiae causam in Deipara, quia semper Virgo immaculata, non sine voto expresso virginitatis permanit. Perpende & huius beneficii excellentiam, gratias Domino age, quod & te suo modo fecerit partem huius boni, pete perseverantiam in hoc statu, examina te, quomodo hac in re te geras, & cogita quomodo resecare debeas res contrarias.

Tertium Punctum. Considera tertiam causam laetitiae in Deipara, quia fuit Mater ipsius Dei. Hoc quam magnum sit, quam utile illi, aliisque pondera, & ardenter ab ea pete, ut tibi talem se exhibeat, in liberando te, & defendendo a variis in aliis, & in ditando te multis bonis, quemadmodum decet esse Matrem ipsius Dei.

Quartum Punctum. Considera quartam laetitiae causam in Beatisima Virgine, quia fuit plena gratia donis. Intuere & mactica hanc plenitudinem. Admirare, gratulare ei, eam pro modulo tuo expete, a Deo posce, ut habeas dampnum & impedimenta amoue.

DOMINICA SECUNDA

POST PASCHA.

Primum Punctum. Considera in Christo pri-
mam conditionem boni pastoris, quae est
perpetuū adesse gregi suo, dum vagatur per
campos & montes. Hoc Christus facit qui ut
Deus semper est ubique præsens, videns om-

niam. Gratias age Pastori tuo, caue ambula, ne qua re offendas oculos eius, & vide, an ita te geras eo præsente, quomodo te gereres præsente homine, quem reneteris, vel times.

Secundum Punctum. Considera secundam conditionem boni pastoris in Christo, quae est ques in bonis pascuis pascere. Hoc Christus Dominus facit, quia nos pacit cibo corporali, & spirituali, scilicet verbo suo, internis inspirationibus, externis superiorum monitis, sacramentis, & in iis proprio corpore ac sanguine. Gratias age pro tam multiplici ac salutari pastu, & factis gratitudinem exhibere stude.

Terrium Punctum. Considera tertiam conditionem boni pastoris in Christo, quae est defendere gregem. Hoc Christus Dominus facit, qui te a Satana tentationibus, ab hominum iniuriis, a tui ipsius peccatis, in quae laberis nisi ille impedit, defendit. Extolle eius clementiam, pete ut te ab his semper teneat, & vide, ne tu ipse in haec malate conicias.

Quartum Punctum. Considera quartam conditionem boni pastoris in Christo, infirmas officulas ac debiles portare, & earum morbis mederi. O quanto affectu Christus Dominus id facit. Admirare eius patientiam, clementiam, amorem, gratiasque pro eo age, præsertim quia in SS. Eucharistia, quam recepturus es, recendit pharmaca efficacissima, in remedium morborum tuborum, qui si non curantur, ibi attribue, non pastori, & ut profint deinceps dampnum.

FERIA SECUNDA.

Dominica secunda post Pascha.

Primum Punctum. Considera excellentiam Iosn. 10.
Lamoris Christi erga suas oves, quod pro iis dedit vitam suam, quam nemo pastorum dat pro oviibus suis. Hanc charitatem pondera quam sit magna, etiam si Christi vita non esset melior vita vnius ordinarij hominis. Admirare Christi amorem, extolle eum, & cogita quid te deceat facere & pati pro tam benefico pastore, cuius ut amori respondeas.

Secundum Punctum. Considera præstantiam virtutis & animæ huius pastoris, quam dedit pro te, & pro aliis oviibus suis. Confer cum ea totum id, quod possis dare Domino tuo, & quod Deo a te exigenti non vis offerre. Agnosce quam parum sit, quod a te exigit Deus: confundere ob tuam parcitatem, & te emendare stude.

Tertium Punctum. Considera exiguum fructum tot laborum huius pastoris pro oviibus suis susceptorum. Quatenus multi enim Ethnici, Hæretici, mali Catholici pereunt, quam pauci ita proficiunt vii possent, in tam salutaribus pascuis ab eo educati, ille tamen tacet, tolerat,

R. 11. 4 expē-

Expectat emendationem, quæ omnia confidet
rans, admirare benignitatem eius, & paſtu eius
abuti noli, ne tarditatem ſupplicij grauitate
compenſet, & teſ quod multis te forte melio-
ribus contigit ex ouili ſuo expellat.

Quartum Punctum. Conſidera quo in prelio
habenda ſint tibi animæ, pro quibus Christus
poſuit animam ſuam, quandoquidem pluriſ eas
Christus fecit quam vitam propriam. An au-
tem ita æſtimes animas proximorum & fra-
trum tuorum, an haec carum æſtimationem
dictis & factis oſtendas, examine, & corri-
genda corrige.

FERIA TERTIA.

Dominica secunda poſt Paſcha.

Ieron. 10.

Primum Punctum. Conſidera primum mo-
dum cognitionis Christi quam habet reſ-
pectu ouium ſuarum, de quibus dicit: cognosco
meas. Primò enim cognoscit eas ex exteriore
ſtatuta & colore, tu examina exterioreſ tuos
mores compositionemque, an ſit talis, qualis
debet ouem Christi, & ſi quid emendandum
ſit, emenda.

Secundum Punctum. Conſidera secundū mo-
dum ex quo cognoscit Christus oues suas, ſcile-
cet vocem, quæ diuerſa eſt à voce aliorum a-
nimantium. Examina sermones tuos, quoad fi-
nem eorum, quoad materiam, quoad tempus
in quo loqueris, quoad ſocios, quoad gestus, &
ſoni veheſentiam, an verè ſint sermones tales,
quales debent procedere ab oue Christi, & ta-
les ut ſint, labora.

Tertium Punctum. Conſidera tertium mo-
dum quo indicat oues Christi bonas, ſcilect
mansionem in eo loco, vel campo, in quo eas
vult manere, & pabulum ſumere: vide an talis
ſis, an ita resignatus, quoad omnia loca & mu-
nia, in quibus te vult manere Christus, & quam
id tibi ſit neceſſarium perpende, & talis eſſe
ſtude.

Quartum Punctum. Conſidera quartum ex
quo Christus agnoscit oues suas, ſcilect obe-
dientiam, ſi vocem eius audiant. Vox Christi
duplex eſt, pracepta & conſilia, interna, exter-
na, per ſe, per vicarios ſuos prolati: quomodo
ea audias perpende, deſte ſi non audis, & dein-
ceps audi.

FERIA QVARTA.

Dominica secunda poſt Paſcha.

Primum Punctum. Conſidera bonorum re-
ſurrectionem de quibus omnium Iudex
Christus dixit: procedente qui bona fecerunt in re-
ſurrectionem vita. Hanc opta, eam an merearis

perpende, ea ut dignus ſis, cura, quid ad hoc eſt
opus vide, & habere ſtude.

Secundum Punctum. Conſidera malorum re-
ſurrectionem. Qui mala egerunt, procedent in re-
ſurrectionem Iudicij. Time ne eorum ſis è nume-
ro, cùm non ſis certus te talia mala nunquam
comiſſile, quæ tali digna ſint ſupplicio, & ti-
bi condonata eſſe illa. Ideo da operam ut re-
bus tuis conſulas, mala comiſſa digna pe-
nitentia aboleas ad ea non redreas, Iudicem
places.

Tertium Punctum. Conſidera cur malorum
reſurrectionem Christus Dominus vocet, n-
reſurrectionem non ſupplicij, ſed iudicij, quid an-
tecedit ſupplicium: inter cauſas poſtant eſt &
hæc: Primo: quia ſupplicium inferni eſt, &
tam nouum, & tam ſenſibile, nec diuinitato
temporis mitigatum, aci nondum eſtet cum
tota poena, & toto ſenſu doloris coniunctum,
ſed noui aliquid ſecundū trahens & afferenſ, ut
ſemper perſtentia iudicij condenans reum,
nouam aliquam poenam afferat. Secundo: quod
homini noſcenti Dei excellentiam, maior eſt
habenda ratio iudicij Divini, quam ſupplicij
illud conſequentiſ. In iudicio enim Deus qua-
dammodo affligit & contriſtatur ob peccata
reorum, quod amantes Deum precaute de-
bent, ne ſint ei cauſa moleſtia. Hoc pondera &
proficie ſtude.

Quartum Punctum. Conſidera quid velleſ
facere & pati iij, qui in Dei iudicio conſtitui-
videnter ſe commiſſile ſcelera poena inferni
digna, eam ut euaderent. Idem & tibi facien-
dum eſt ac tolerandum agnolce, ut qui ſe-
cutus es delinquentes, ſequaris penitentes.

FERIA QVINTA.

Dominica secunda poſt Paſcha.

Primum Punctum. Conſidera Christi homili-
tatem dicentis. Non poſsum à me facere quid-
quam. Quod quantum magis tibi conueniat, vi-
de, qui ſapè eras, ſapè peccas, ſapè non facis
quod deberes. Ideo inuoca eius auxilium, ut in
te, & per te, quam plurima bona opereſt, & volenti
operari, noli obſtare, & impedimenta
tolle, quæ vides in cauſa eſt, ne in te Deum
opereſt, quæ vel vides, vel legis, operatum eſt
ſe, & operari in dilectis suis.

Secundum Punctum. Conſidera quam canſe-
tibi ſit viuentum, cum Christus dicit, ſicut au-
dio iudicio. Audit enim omnia tua dicta, quin et
iam facta, quæ habent vocem ſuam, & clamat
ad Deum ut clamabat ſanguis Abel de terra
ſte scriptura. Da igitur operam ne Christus
quidquam audiat ex te, iudicio feuerō dignum,
quod ſi aliquid cōtingat tale, cura ut cirò abo-
leatur, ne illud condenmet. Quod quomodo
facias cogita, & rebus tuis conſule.

XXI. DE PIIS ERGA D E V M ET SS. AFFECTIB. 763

Tertium Punctum. Considera quale sit iudicium Christi, iudicium meum, inquit, in istum est. Et causam subdit, quia non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. O quam necessarium est viventi in communitate, iudicare iustè, quod non faciunt qui se & sua querunt, & inconsideratè procedunt. Tu quomodo te geras in iudicandis aliis, aliorumque dictis & factis, & talentis vide, & corrigeenda corrige.

Quartum Punctum. Considera te ob Deigmatum debere contendere ut tam bonus sis, vt, alij de te velint nolint cogantur bonum testimonium dare. Talis erat Christus qui dicebat. Alius est qui testimoniam perhibet de me, & scio quia verum est testimonium quod perhibet de me. Tu an sis talis cogita, & recensē quam multa sint in te, quæ merito alij interrogati possint reprehendere in te, vt ergo Deo gratius sis obiectum talis esse ob Dei gloriam purissimam stude, vt nihil oculos humanos inuenias, quod in te merito improbare queat.

FERIA SEXTA.

Dominica secunda post Pascha.

Primum Punctum. Considera Ioannis fortitudinem qui scens Indorum contra Christum offendit, nihilominus testimonium perhibuit veritati in Christi laudem, humanos non timens respectus. Gratias ei age, Christo gratiaré, quod habuerit tam bonum suū excellentiæ laudatoriem, & deesse tuam tepiditatem & exiguum erga Christum amorem, qui ne homines offendit, sèpè non dicit, non facit, quæ deberes, & dicas, & facias quæ non deberes.

Secundum Punctum. Considera te debere solius Dei testimonio esse contentum, et si non contentum etiam humanum, sed non ambiciōs illud venari. Ego inquit Christus non ab homine testimonium accipio. scilicet tale in quo penitus acquiescam. Tu vide quam audiūs, quam diligentius, quam frequentius consecteris humana testimonia & approbationem, quam Dei, & magis tristis, si eos videoas de te sinistrè sentientes, & dicentes, non ita si certò scias, ob certa peccata Deum de te sinistrè sentientem. Erubetce, & quam hoc sit indiguum cogita & te emenda.

Tertium Punctum. Considera finem omnium verborum Christi quem his verbis declarauit. Hoc dico vi vos salutem. Ita finis sermonum nostrorum esse deberet, qui ad nostram aliorumque procurandam salutem vocati sumus. An autem id quæramus, & asequamur in nostris sermonibus, vide, & proficie stude.

Quartum Punctum. Considera encomium Ioannis Baptiste a Christo profectum. Ille erat lucerna ardens & lucens: talem decepsisse seruum Dei, qui & in se ardeat feruore charitatis, &

alios accendat ac illuminet. Quod quomodo S. Ioannes fecerit, recogita: quomodo tu facias examina te, & te eius exemplis conformare stude: & tuos defectus hac in parte desfe:

SABBATO.

Dominica secunda post Pascha.

Alleluia.

Primam Punctum. Considera verbum Hebreū hallelujah significare. Laudate Deum cum iubilo, cum lætitia & admodum intense. Laudem nostram metetur Deus propter omnia mortua iustarum laudum, quæ sunt excellentia personæ naturalis supernaturalsque, cæque multiplex, & qualibet infinita in se intrinsecæ, scilicet eius infinitas, æternitas, immensitas, independentia, sapientia, bonitas, puritas, omnipotencia, &c. Discurrendo ergo per Dei perfectiones magis notas, ponderando eas, lauda in singulis & ob singulas Deum, perens ut in te tenuis effici proportionatos singulis suis perfectionibus, ad gloriā nominis sui maiorem.

Secundam Punctum. Considera alia motus diuinæ laudis, eius multiplicia erga nos beneficia, circa quorum considerationem, gēre te ut prius, adiuncta in singulis gratiarum actione, ex cordis læto iubilo profecta.

Tertium Punctum. Considera causas ob quas Dei laudatio debet à te proficiere cum lætitia & iubilo, tum quia hilarem datorem diligit Deus, tum quia in Dei laude adsum, magis latendi causæ, quam in aliis negotiis humanis, id eoque excitatis lætitiae affectibus, dic iucundè & lâte, Te Deum laudamus, iuxta tertium ordinandi modum.

Quartum Punctum. Considera verbum Hebreū Alleluia vel hallelujah, esse compositum ex Alleluia id est laudate, & ex Dei nomine Iah, quod Hebreū ab essendo vel timendo deducunt, eo quo Deus sit is, in quo maximè vis essendi, & alius dandi esse coniunguntur, & qui omnium maximè timendus sit. Vnde sequitur meritò laudationem Dei hoc vocabulo Alleluia expressam debere esse intensam, quia versatur, circa infinitam in essendo essentiam, & Majestatem infinito timore filiali, & obseruantiæ dignam. Quocirca excita in te intensos affectus laudis diuinæ, ut infinito eius obiecto quodammodo proportionetur laus eius in ore tuo, ut verè cum Praise sancto dicas magis factis quam verbis. Latet ut cor meum ut timeat nos men tuum.

DOMI-

DOMINICA TERTIA.

POST PASCHA.

Primum Punctum. Considera statum vitæ præsentis, bonis & malis permixtæ, illis verbis Christi adumbratum: modicum & ianu non videbitu me, & iterum modicum & videbitu me. Ideo dum affligeris expecta Dei consolationem, & ea præsente, præpara te ad crucem, quæ ne molesta sit nimium, desiderium eius soue, & causas ad eam expetendam & ferrendam inquire.

Secondum Punctum. Considera quos affectus discipuli habuerint auditis Christi verbis: vado ad Patrem. Tu similes in te excita, & ad Christi ascensionem, cum sensu pietatis celebrandam, ut per eos frequentatos dispone.

Tertium Punctum. Considera proprium Religiosi hominis officium in hoc mundo, per illa Christi verba indicatum: Amen amen dico vobis, quia plorabitis & silebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contristabitur. Vide an vita tua sit vita ploratus: hoc est vita arcta in cibo, potu, commoditatibus, laboribus, etrumque posita, an porcius contraria, & cognitæ obligatione tui status, qui esse debet Christi crucis imitatio, in his vide, quid tibi sit faciendum.

Quartum Punctum. Considera præmium boni Religiosi in hac vita arctè viventis. Tristitia vestra vertetur in gaudium, tunclicet & huius vitæ, quod patit bona conscientia, & alterius, quod asserta clara visio Dei summi boni. Inquire igitur, an tuo viuendi modo utrumque gaudium merearis consequi, & si quid obster, amouere stude.

FERIA SECUNDA.

Dominice tertie post Pascha in illa Christi verba: Gaudebit cor vestrum.

Primum Punctum. Considera primam gaudij nostri causam esse debere, quia verâ Dei cognitione per fidem supernaturalem imbuti sumus, sine qua impossibile est placere Deo ut ait Apostolus & quæ est fundamentum iustificationis ut eam appellat Concilium Tridentinum. Agnosce huius beneficij magnitudinem, considera quâm multi eo parent, & quâm difficile sit illis, illud consequi. Gratias age Deo pro illo, pete idem pro aliis seductis, & quantum in te est ad operam ut ad illud consequendum iuves alios.

Secondum Punctum. Considera secundam gaudij tui causam esse debere, quod sis a statu peccati mortalis vel liber omnino, vel saltem iam liberatus Dei ope. Pondera huius beneficij magnitudinem, & felicitatem tuam gratias a-

ge, ad id alios trahe pro tuo modulo, & te in eo conseruare stude, & quid sit ad hanc in cop. severantiam necessarium, inquire.

Tertium Punctum. Considera tertiam gaudij causam esse debere, quod sis ad Dei obsequium in mundo translatus. Perpende multitudinem tuam in hoc statu felicitatem, & similes affectus prioribus, ex intimo animi sensu depresso.

Quartum Punctum. Considera quartam gaudij tui causam esse debere conscientiam bone quietem quâ Religiosus qui usus abundare debet, quam vita seruens, & omnium regulorum obseruatrix parit. Talis vita an in te sit, & annotatis præcipuis defectibus eos delineare stude.

FERIA TERTIA.

Dominice tertie post Pascha,

Primum Punctum. Considera circa probatum piscinam Hierosolymis iacentem multitudinem magnam languentium, expectantium aquæ motum, quâ sanarentur. Conferendis desiderium eorum obtinenda sanitatis, an in te sit æquale ad obtinendum meliorem sanitatem à morbis quatuor animi, & confundere si eam ardenter nō expetis, & excitate in te fude.

Secondum Punctum. Considera quadruplex ægrorum genus ab Evangelista exprimit, circa hanc piscinam iacentium, scilicet languentium, cæcorum, claudorum, atidorum, ad quæ omnes morbi spirituum personarum revocari possunt. Languent, qui opera sua languide fuisse frigidè sine spiritu seruore expedient. Cæci sunt qui ita viuunt, ac si facti ostenderent se non videre, quod melius sit offendere homines, quâm Deum, quod magis querenda sint merita gloriae æternæ, quâm communitates temporales: quid diligenter querendos sit profectus in virtutibus, & Dei gratia, quâm profectus in literis. Claudi sunt, qui & Deo seruire se dicunt, & tamen inclinati in mundanas res affectum suum, querentes in Religione communitates, fumos, honores, & alia quæ sæculi sunt propria, & qua cum seculo relinquere debuissent. Aridi sunt, qui vitam gracie per ardorem affectus ad peccatum mortale, liquido amiserunt. Talis an sis examina te, & ne talis sis, da operam.

Tertium Punctum. Considera pharmacom quo Deus sanabat illos piscinæ accumbentes, scilicet motu aquæ. Aqua sola non sanabat per se, nisi diuinus mota. Hic admirare Dei potentiam, qui per rem facilem, qualis est aqua, talia efficiebat miracula, & amorem simili, quia sine magnis difficultatibus id precebat, solo simplici aquæ motu, hoc ipsum precebat, & aliis per Sacramenta, in materiis facile-

parabilibus instituta, ideo extolle eius beneficentiam gratumque te ostende Sacramentorum effectus querendo, pie, diligenter, cum fructuque permanendi, & crescendi ex eorum susceptione accurata.

Quartum Punctum. Considera ministerium hominum beneficiorum Dei scilicet Angelum Domini, qui descendebat in piscinam, & mouebat aquam. Ita Deus se solo in beneficium nostrum fine administris creaturis aliis non vult omnia sua dona conferre, ut ita creature suas honoret, quartum ministerio viritur, dñeis eis vim nobis bene faciendi, & ut amorem quendam inter eas conciliet, praesertim erga SS. Angelos, quibus potissimum invisibiliter viritur ad negotium nostræ salutis promouendum. Gratias age benefactori tuo pro tam nobilibus administris, gratias age & illis, qui non deditgantur te vitem homuncionem iuuare: vide quomodo te erga eos geras, quam illis obedias, & si quid sit corrigitendum, corrigere.

FERIA QVARTA.

Dominica tertia post Pascha.

Primum Punctum. Considera tempus quo descendebat Angelus, ad mouendam aquam probaticæ piscinæ, quod erat incertum, nulli hominum notum, nimis quando Deus iudicabat mittendam Angelum, ad sanandum aliquem, ne si certo tempore semper aqua sanaret, non Deo sed aquæ vis illa tribueretur. Idem facit nobiscum Deus in beneficis gratia, dat quando vult, non quando volumus vel petimus: ideo precibus bonaque vita flectamus cor Dei, ut de sepè dona sua, saltem dum egenus magis eius auxiliis. Quod an procures vide, & procurare post hac, ac te ad diuinam beneficia disponere stude.

Secondum Punctum. Considera causas, ob quas Angelus aquam mouens vocetur Angelus Domini, & singulas ad te applicando decerpere aliquem fructum spiritualem.

Tertium Punctum. Considera humilitatem Angeli, vt loquamus more nostro, qui cum omnem humanam natum quoad naturales facultates supererit etiam Christi humanitatem, iussa tamen Dei, non deditgabatur mouere vile elementum aquæ, à tot toridis & ulcerosis ægris contigi solite. Disce hinc amare & obire officia & loca vilia pro Domino tuo, quando ita Deus per suos Vicarios à te exigit, & causas impellentes ad ea pondera, & vido quomodo te gesseris haec tenus, & in posterum gerere debeas.

Quartum Punctum. Considera causam, cur ille tantum sanabatur ab infirmitate, qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ. Ita docuit nos Deus multum valere nostram

diligentiam, in percipiendis iis donis quæ nobis sine nostro merito gratis à Deo dantur. Hanc diligentiam an adhibeas perpende, si non adhibes, accusa te veniam pete, & adhibebe deinceps stude.

FERIA QUINTA.

Dominica tertia post Pascha.

Primum Punctum. Considera præstantiam piscinæ probaticæ, cuius aqua mota per Angelum, primus eam post illam motionem contingens, lanus fiebat à quavis infirmitate. O quanti nunc fieret talis piscina, si aliebū extaret, sed meliorem tibi Christus effodit piscinam, nec unam, tot nimis sacramenta, si quibus omnes morbitui sanentur, quandocunque volueris, eti non primus ad ea accedas, sed vltius. Pondera Dei liberalitatem in Sacramentorum fluentis copiosissimè se effundentem, admirare Dei bonitatem, exolle, quomodo ea fruari, quo fructu, examina te, & corrige corrigere.

Secondum Punctum. Considera diuturnitatem morbi, quo tenetbatur paralyticus piscinæ accubans, per annos triginta, octo, à quo morbo se liberasset, si id fuisset in eius potestate. Tu diuturnos morbos tuos spirituales recognoscit cū amaritudine animæ, à quibus si velles libere esse posses, quia à tua voluntate pendent, quæ nisi velit, non peccat. Erubescere, & te emenda.

Tertium Punctum. Considera Christi viscera pieratis plena, qui viso paralytico, & intellectu morbi diuturnitate, non rogatus vltro offert se ad eum sanandum, unde dixit ei *vbi sanus fieri*? Gratias age clementissimo medico, pro tanto charitate, eandem implora, ut tibi petenti subueniat, quia non petenti succurrit, & vide an sit in te similis affectus charitatis, ad succurrendum iis quibus opera tua prædeste possis, & quod tibi fieri velles, aliis facere stude.

Quartum Punctum. Considera causam, cur Christus noluerit sanare infirmum, nisi prius interrogasset, *vbi sanus fieri* sciebat id eum velles, & tamen vult audire actum elicitum huius voluntatis. Ita Deus exigit à nobis, & consensum, & ardens desiderium donorum suorum, tanquam initium misericordiarum Dei. Assuece igitur habere cor desideriis ardens, & præpara animam tuam ad dona Dei.

FERIA

FERIA SEXTA.

Dominica tercia post Pascha.

Primum Punctum. Considera pericula & dania quibus abundat is qui sibi fidens, aliorum monita non curat adumbratus in illo infirmo qui piscinæ accidit. dicens: *Domine hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittas me in piscinam.* Talis an his examinatur, & ea quæ ex iudicio proprio facis vel omittis contra mortuorum maiorum emendare stude.

Secondum Punctum. Considera à multis seculis superari tepidos Religiosos, dévotiones, carnis maceratione, modestia, obedientia, reverentia erga maiores, patientia in aduersis, & aliis rebus, ut merito qui quis tepidus possit usurpare illa verba infirmi, ad aquam motam ab Angelo descendere non valens. *Quoniam venio ego, aliis ante me descendit.* Quod quā turpe sit, quā Dei beneficiis quæ Religioni cōfert non correspondens, pondera, & ne talis sis cauc.

Terterum Punctum. Considera mysticū modū sanitatis spiritualis recuperandæ, verbis Christi illis expressum: *surge, tolle græbatum tuum, & ambula.* Opus enim est prīmū discedere a loco, seu re, in qua infirmus iacevit, scilicet à defectu eum relinquenti; secundò opus est portare pondus græbati sui, id est onera Religionis & vita spiritualis, & aduersa tolerare ut pœnas peccatorum nostrorum, tertio progredi ad altiora, quod est ambulare, quæ quia non facis, id est non proficias, ut ergo proficias ita facias.

Quarū Punctum. Considera causas, ob quas citius infirmi & lèpido sanantur à morbis corporis, quā sanantur à morbis animæ, & causas indagatis proficere stude, non supradictis.

SABBATO.

*Dominica tercia post Pascha.**Quem meruisti portare.*

Primum Punctum. Considera primum modum quo Maria meruit portare Christum, quia scilicet illa indigebat Christo, cuius gratia præseruata est ab omni peccato, & replena bonis eius. Quod sénsum ab Ecclesia in benedictione cerei dicitur, esti non tam præstanti modo. *O felix culpa, quæ talēm aliam meruit habere Redemptorem,* quod tibi magis congruit obnoxio peccatis quā plurimis, à quibus te liberari oportet. Gratias age liberatori tuo. Vide ne abutare tam frequenti eius liberatione, in tam frequenti reditu & relapsu ad condonata peccata.

Secundum Punctum. Considera secundum modum quo Maria meruit portare Christum, quia nullum habuit obstans peccatum, quod solum maximè horret Deus, & quod Deum expellit ex anima si mortale sit. Gratulare Mariæ tua hanc puritatem, tuam in mundaniam defle, & cogita quomodo possist quā maximè reddere pūrum Dei oculis, ut eius donatum capax esse possis.

Tertium Punctum. Considera tertium modum quo Maria meruit portare Christum, quia loquuntur Théologi de congruo meruit concipere humanitatem Christi, pra destinatam ad unioneum cum Verbo; quomodo & Abram metuit, ut Messias ex eius stirpe nascetur, & Daniel, ut acceleraretur adventus Christi in carne. Hic cogita quā fuerint ardentina delicia Christi incarnationis in Maria, quā ignea preces id postulantur, & tamen Maria non erat tam necessaria Christi incarnatione in eius vtero, scit tibi est necessaria salus & perfectio tua. Cur ergo adeo legniter & frigide cam expetis & queritis? Confundete, & amore illius citio assequenda exardebet.

Quarū Punctum. Considera quartum modum quo Maria meruit portare Christum, quia positiū habuit magnis Dei donis ornatum corpus purissimum & animam suam, quæ dona intulit Deum ad manendum cum gulta in animabus. Hic oculus mentis intueri amm & corpus Deipara ornatum. Gulta suavitatem horum ornamentorum, odora ea suaviter, audi dulcēm concentum consentientis animæ cum corpore, & Deo statim per latissimas actiones canentes. Accendete ad imitationem. Confundete ob disparitatem vestra, & toga Deum, & vi precibus eius Mariæ merearitis semper portare eum in anima tua usque ad permanentem.

DOMINICA QUARTA.

POST PASCHA.

Primum Punctum. Considera scopum, qui debet esse in omnibus nostris operibus, illis Christi verbis adumbratum vido ad eum quæ misit me: ut scilicet talia sint per quæ verè carnis ad Deum, appropinquando ei per augmentum meritorum, & incrementum spiritualis probatus. An hoc modo vadas ad Deum examinante, & causas eut non vadis, & progrederi stude, tuamque tarditatem in tam leto progrecesso, vel celeritatem in regressu deplora.

Secundum Punctum. Considera affectum, quo Christus anhelabat ad Patrem suum, ex altera parte, quomodo tu desideres ei appropinquare, ad eumque regnante peruenire, perpende & confundere, quod res viles, tibi novias, Deo exosas, expectas ardenter, quā Dei cuius conpice

conspicuum & regnum, & temenda.

Tertium Punctum. Considera animum Discipulorum Christi, à curiosis questionibus alienum, qui auditio Christo loquente de suo discetu, ipso teste non interrogarunt eum quod videnti, etiā quæstio non esset inutile. Conseruacuriositates tuas multiplices, eorum pericula perte-

pnde, & ab iis caue.

Quartum Punctum. Considera quo affectu deberes ire ad Sanctissimam Eucaristiam accipiendam, ob hos respectus, tanquam rens ad Iudicem placandum, tanquam pauper ad diuitem, tanquam ager ad medicum, tanquam afflitus ad consolatorem, tanquam debilis ad adiutorem, tanquam cliens ad benefactorem, tanquam seruus ad Dominum, tanquam amicus ad amicum, tanquam filius ad Patrem. Et deplorato tuo exiguo affectu eum excitare stude.

FERIA SECUNDA.

Dominica quarta post Pascha.

De Paralytico.

Primum Punctum. Considera cæcitatem nostram, qui quandoque in rebus non malis scrupulis angimur, in malis & vitandis angimur, ut Iudei, qui sanato à Christo dicebant: non licet tibi tollere grabau tuum sabbato, & quod Iesum innocentem persecuerentur, ob infirmum curatum Sabbato, non vertebant sibi vitio. Hos imiteris nec ne inquire, & corrígenda corrige.

Secundum Punctum. Considera fortitudinem sanati hominis à Christo, qui scupulos infectos à Iudeis contempnens, Christo magis paruit, ac dixit: qui me sanum feci: ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum & ambula. Sic respondendum est, si non verbis saltem factis, dum quis à recte factis auctorat consilio suo, vel exemplo. Hoc an facias vide, & talis esse stude.

Tertium Punctum. Considera obedientiam sanati à Christo, qui interrogatus à Iudeis à quo sanatus esset, nesciebat quis esset, & tamen eius dictis obediebat, ad eius iussionem assurrit, & fidem habuit obtinendè sanitatis. O quanta erit tua confusio, qui Christi excellentiam & conditionem benè nosti, & tamen eius iuris non pates. Hoc perpende, & quid te facete deceat, delibera.

Quartum Punctum. Considera Christi humilitatem, qui sanato ad probaticam piscinam infirmo, declinavit à turba constituta in loco. Hanc enim ob causam agnoscere non potuit à sanato homine. Disce hinc applausus humanos fugere, non querere loca, & occupationes in quibus numerolas laudes venientes, non detrectare loca & occupationes, hominum

Lancij Opus. Tom. 2.

concursu carentes, & prædictè delibera, quid te deceat facere, hac in parte si velis verus esse imitator Christi, & re ipsa ostendere te mandu non sola mutatione loci, sed etiam affectus reliquisse.

FERIA TERTIA.

Dominica quarta post Pascha.

Primum Punctum. Considera gratitudinem hominis à Christo sanati, qui deportato grabato in domum suam ad templum le consultit, gratias procul dubio actutas Deo pro recuperata sanitate. Hunc exemplo disce sapienti in die sacras ad eis adire, vel (si id occupationes non permittunt) saltem exemplo Danielis Prophetæ, conuersa versus templum facie, ardentes ad Deum precies transmittere.

Secundum Punctum. Considera modum quo te gætere debeas in templo, scilicet achi Christum praesentem tibi cerneret, quia vere & vt Deus, & vt homo sub modo praesens est, requie apicit. Examina vero tuos externos & internos actus, examina nutus, risum, levitatem, irreverentiam, & quam sint hæc res indigna etiam ethnico homine, exemplis eorum & aliorum seculatum, qui stant ante faciem Dominorum, & deploratis tuis haec in parte defectibus, eos fuge.

Tertium Punctum. Considera cauendum esse relapsum ad remissa peccata, & dici tibi à Christo puta ea quæ dixit à se sanato: Ecce sanus factus es, iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat. Quod vt efficaciter vites delibera, quomodo vitanda sint ea, quæ ad redditum ad præterita mala viam parant.

Quartum Punctum. Considera malitiam mundorum, qui persequi coepiunt Iesum, quod sanasset Sabbatho. Hos imitantur qui iniquo fervunt animo, qui irrident, qui fugiunt, qui carpunt eos quos videtur aliquid facere ad sui mortificationem, ad contemptum honoris, ad regulatim vita disciplinam arctam & pietatem spectans, pernitidum genus hominum, & Dei familiatu indignum. Horum è numero ne sis, caue. Quod si forte sensim aliquam speciem talium in te agnosceris, quain primum excutere stude.

FERIA QVARTA.

Dominica quarta post Pascha.

Primum Punctum. Considera responsum Christi datum persequentibus se Iudeis ob redditam sanitatem Sabbatho. Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Non increpat iniustos persecutores, non taxat eorum mores, non minatur, non punit, ut pro meritis eorum possit. Tu an ita te geras, dum aliquid etiam iuste patet, vide, & Christo te conformare stude.

Secundum Punctum. Considera quid, & quomodo in omnibus creaturis suis, maximè rationalibus, maximè in te operetur Pater cælestis, & Filius eius Dominus tuus percurrente opera naturæ, & gratiæ, quomodo præsto ad sit, quomodo ad omnem voluntatem & nutrum tuum concurrat cum omnibus membris, sensibus, potentiis que tuis, ad omnes eatum actiones. Admirare eius benignitatem, collauda, inuoca ut semper adsit, & da opetam ut omnes actiones tuæ adeo sint sanctæ, ut non erubescat Deus, more nostro loquendo, ad eas suum adiungere concursum & præsentiam.

Tertium Punctum. Considera inclemenciam malitiæ Iudeorum, qui arrepto hoc Christi responso, magis quegebant eum interficere. Compater Christo Domino talia tui causa passo. Aduoca in medium omnes tuas afflictiones, & inuenies minores esse hac persecutione Christi. Si ergo Dux & Dominus tuus, hilari animo grauiora tolerat cum sit innocens, tibi multorum criminum conscio pœnae eorum cur adeo sunt graues?

Quartum Punctum. Considera nouam causam maioris persecutionis Christi, quod scilicet Patrem suum diceret Deum, & aqualem se Deo faceret. Ita quod debebat esse causa amandi Christi, à malignis vertitur in causam odii. O quoties ob benefacta & dicta aliorum nos insurgimus, quoties medicinam in virus conuentimus. Examina te & emenda, & exulta ex alia parte quod Christus Dominus, qui est Redemptor tuus, & cibus tuus, & Magister tuus sit Patri æqualis, ideoque bona omnia gratiæ & gloriæ per se tibi conferre potest, si id mercere.

FERIA QVINTA.

Dominica quarta post Pascha.

Ivan. 16.

Primum Punctum. Considera felicitatem discipulorum Christi, quibus ipse dixit: Non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis; ipse enim Pater amat vos. Confer amores Domini erga seruum, Patris erga filium, Regis erga aulicum, & alios. Non sunt æquales huic amori Dei, & tamen homines tantoperte cupiunt his amoriibus amari, non æquè amari à Deo. Tu talisne sis vide, & quid tibi sit faciendum cogita.

Secundum Punctum. Considera causam ob quam ita discipuli amabantur à Patre, ut opus non haberent precibus Christi, quia inquit vos me amatis. Cogita quomodo amarint Christum, & ad similem amorem eius imo maiorem te excita.

Terium Punctum. Considera quid Christus tui causâ fecerit, & sit passus postquam in eo impletum est eius dictum exiui à Patre, & veni in mundum. Tu excundo è saeculo ad Dei famu-

latum, tantum ne facis & patenis Dei causâ, quantum ille tui causa à Patre excundo in mundum. Responde Deo id querenti, & confundere, plac eum, & te emenda.

Quartum Punctum. Considera propriam occupationem, quæ continua boni Religiosi esse debet, illis verbis expressam. *Relinquo mundum & vado ad Patrem.* In omnibus enim operibus nostris, hoc elucere debet quod mundum in iis non queramus, non mundo more ea pergamus, sed purè per ea ad Deum tendamus. Examina ergo opera tua. Saltem præcipua, & talia sint vide si non sunt talia facere stude.

FERIA SEXTA.

Dominica quarta post Pascha.

Primum Punctum. Considera quid sit mundum relinqueret, ad quod omnes tenentur, scilicet relinqueret ea quæ mundani querunt, honores, voluptates, diuitias, & his contraria querere. Deinde relinquette modum imperfictum quo mundani opera ad cultum Dei & proximorum bonum spectantia peragunt. Tertiid Relinquere finem, quem mundani habent præfixum operibus suis terrenum, caducum, non cælestem. An ita reliqueris mundum vide, & si quid desit, habere stude.

Secundum Punctum. Considera primum motuum mundi relinquenti peccata ad quæ te perduxit, dur in mundo viueres, quæ sunt maiora danni omnibus aliis dannis, ob quæ illata scelesti supplicia afficiuntur, ideo fuge inordinatum affectum ad res mundanas, quæ te toties illaquearunt: fuge nimiam & incantam conuersationem.

Terium Punctum. Considera secundum motuum mundi relinquenti cælestis mundi bona quæ Deus præparauit & offert, imo dat etiam in hac vita iis, qui pro eius amore sic vntur hoc mundo quasi non vterentur, in rictu, vestitu, laboribus, ærumnis, prosperis & aduentis. Pondera & recenze bona ista, quibus plenæ sunt historiæ Sanctorum, & ponderata eorum præstantiæ, sed potissimum Dei voluntate & gustu, quem ex tali vita percipit, excita te ad mundum, non querendum sed odio habendum.

Quartum Punctum. Considera tertium motuum mundi relinquenti exemplum Christi, & omnium eius seruorum, qui non aliter celum quærebant. Discurre hic per modum vivendi Christi & seruorum eius mundo contrarium, & his idæis te conforma.

SAB.

SABBATO.

Dominica quartæ post Paschæ.**De modis quibus B.V. Christum portauit.**

Primum Punctum. Considera primum modum quo Virgo Sanctissima Christum portauit, tanquam Mater Filium in vtero, ex suo purissimo sanguine genitum secundum carnem. Hoc modo nulla creatura cum portauit. Gratulate ei, eam vero in hoc imitari stude, dando Christo sudores & labores tuos copiosos in religione, & assiduos, dando sanguinem tuum, priuando te Christi causa quantum per Superioris licet, aliquibus particulis cibi & potus, quæ alioqui conuerterentur in tuum sanguinem per nutritionem nisi te iis priuares.

Secondum Punctum. Considera secundum modum quo Virgo Sanctissima Christum portauit, tanquam Deum per gratiam in sua anima habitantem. Hoc quoque modo nulla priua creature Christum portauit, quia nulla habuit tam modicum gratiae. Gratulate Virginis, eamque imitari stude in accumulandis gratias donis, perpetuo opera metitoria elicendo. Quod an & quomodo facias vide, & stude proficere.

Tertium Punctum. Considera tertium modum quo Virgo sanctissima Christum portauit, tanquam cibum suum, sumendo quae sanctissimam Eucharistiam. Tam perfekte nullus Sanctus Christi Eucharistiam sumpsit. Tu vide quomodo eum sumas. Deste si quæ deslenda habes hac in parte, & da operari, ut quam simillimus sis Matri sanctissimæ in sumenda Eucharistia summo ardore charitatis, & intensissimæ devotionis, ac profundissimæ reuerentia.

Quartum Punctum. Considera quartum modum quo Virgo sanctissima Christum portauit, se variis crucis oneribus onerantem, plus enim passa est in anima dolorum ob Christi filij mortem, & ob nostra peccata cogitata quæ sint passi Martyres, teste S. Antonius liber, de excellentia Virginis capite 5. Tu quomodo Christum portes, vel potius quomodo non portes, sed eum excutias, dum te eruce suâ onerare vult, vide, & portare assuece, motuis ad hoc desiderium concipiendum adiunctis.

DOMINICA QVINTA.

Post Pascha.

Primum Punctum. Considera felicitatem tuam ex hac Christi promissione ortam: Amen
Lanciij Opus. Tom. 2.

dico robis; si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Quam necessaria sit ista gratia mendico, infirmo, afflito, multorum criminum conscientia & exulta, gratias age, & practice delibera, an Deus sit dignus ut ei des illa omnia quæ à te petis, pro hac eius promissione, tibi omnia promittentis, quæ rite petes.

Secondum Punctum. Considera quid à te petit Deus in scriptura, in Regulis, per Superiores, per Confessarios, per liberos spirituales, per bonos socios, per conscientiam propriam. Cur ergo non das Deo quæ petis? Erubescere & te emenda.

Tertium Punctum. Considera quare male habens te gessisti in oratione. Usque modo non petitus quidpiam in nomine meo. Non tam quod materiam petitionum tuarum quæ forte bona semper fuit, sed quoad situm, modum, & alia. Et agnosce quām sit hoc indecens, & iniurium, spectata infinita Dei maiestate, quæ praesens est, & videt te sic orantem, quomodo non auderes petere panem à Iustico, si eo extremitate egeres.

Quartum Punctum. Considera, quantam appetitum sit medium SS. Eucharistia ad concedenda tibi omnia quæ petis, & à Christo in ea dici puta tibi. Petite & accipietis ut gaudium vestrum sit plenum. Hac perpendiculariter & assuefacte, ut tam efficaci medio ad bona omnia facte utaris.

FERIA SECUNDA.

Dominica quinta post Paschas

Primum Punctum. Considera & tibi applica *Iohann. 16.* illa Christi verba: *Multa habeo robis dicere scilicet cotulendo conscientiam tuam, quid à te Christus exigit, quid in te videtur, & non vide cupiat, & Christi internis monitis efficiat acquisitio, refecundo mala, inferendo bona quæ expedit à te.*

Secondum Punctum. Considera tuam culpabilem debilitatem ad portanda ea, quæ ante portabas. Non potestis portare modo. Quam frequenter, quam grauiora olim, & magis innocens ferebas, quæ modo non vis pro Christo ferre? cum tamen modo maiora eius beneficia, maiora auxilia, maius lumen, maiora remissa peccata, saltem plura numero, exigant à te maius robur. Vide ergo, quæ causa sit huius voluntarie debilitatis, & saltem ad pristinum robur redi si non vis ad maius.

Tertium Punctum. Considera causas ob quæ Spiritus S. à Christo promissus vocetur *Spiritus veritatis*, causas inuenies si perpendas originem huius Spiritus à quo procedit, finem ad quem tendit modum quo illabitur in animas.

770 effectus quos relinquit: & confert cum his omnibus tuum creatum spiritum, an mereatur dici proportione quadam verus spiritus non carneus, sed *Spiritus veritatis*.

Quartum Punctum. Considera modum quo *Spiritus S.* docet veritatem Ecclesiae necessariam, non enim immediate docet per seipsum omnes, sed per scripturam per superiores, eoque variis exempla bona, per præmia & supplicia, per beneficia varia alia, per internos remorsus, & vide quomodo has doctrinas corde, & animo excipias, & verum discipulum eius te ostendas.

FERIA TERTIA.

Dominica quinta post Pascha.

Ioan. 10.

Primum Punctum. Considera primum quod facturum spiritum S. Christus prædixit: Arguet mundum de peccato, quām scilicet amplius habeat *Spiritus S.* arguendi materiam de peccato, in omni hominum statu, & in te ipso. Et ideo variis affectus humiliationis, doloris, petitionis, promissæ emendationis, clycies.

Secundum Punctum. Considera causam totum peccatorum, quia non crediderunt in me. Nam in Hæreticis, Ethnicis, & Iudeis, infidelitas est fundamentum peccatorum: in malis Catholicis defectus viua fidei, cum factis ostendunt Christum non esse inspectorem iudicemque peccatorum, & summo odio ea prosequentes, & pro iis abolendis pauplum. In te an sit tam viua fides, uti esse deberet perpende, & vt sit da operam.

Tertium Punctum. Considera secundum Spiritus S. officium: Arguet mundum de iustitia, quia dimidio exiguë est, & quia opera quæ videntur iusta multis, sunt peccata, & foeda sordibus. Discurre per præcipua opera tua, & si quid emendandum sit emenda.

Quartum Punctum. Considera tertiam Spiritus S. officium: Arguet mundum de iudicio, quod scilicet ut explanat S. Bernardus ferm. 21. paruo usurpat, dum tam de se quam de aliis temere iudicat. Hoc an tibi quoque applicari possit videlicet, & corrige corrigere.

IN VIGILIA ASCENSIONIS CHRISTI.

Ioan. 16.

Primum Punctum. Considera causas ob quas discipulorum cor tristitia amplevit, postquam audiuerint Christum dicentem vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis? & singulas causas dirige & applica ad prospectum tuum,

Secundum Punctum. Considera causas ob quas utilis erat discipulis Christi è mundo discensus, ideo dixit eis. Expedite vobis ut ego vadam. Has causas indagabis facilius, si ponderaueris.

ris, & ad rem præsentem applicaveris, viriles, quas adferre solet discipulus patris à filii, mercatoris à familia, Regis à regno, Ducis exercitus ab uxore, amici ab amico, vel è contrationem.

Tertium Punctum. Considera præcipuum Ascensionis Christi fructum: Si, inquit non abs Paracletus non veniet ad vos, si autem abierto missum eum ad vos. Et ponderatà præstantia huius Paracleti, & bonis quæ potest & solet adferre, exulta desiderium recipiendi eum, & cogitate modo recipiendi, & ad id te prepara.

Quartum Punctum. Considera quid Christo ascendentis sis die crastino, tum in necessitatibus tuis, tum in alienis commendatus, que puncta legationis ei datus. Et memorie impressa offer & commenda Angelo custodi, ut ea interim Patri æterno repreuentet, & quod desideras, citò & bene impetreret.

In die Ascensionis D. N. Iesu Christi.

Primum Punctum. Considera quomodo Christus disposeret discipulos suos quod locum ante suam Ascensionem. Nam iussit eos certo in loco manere Hierosolymis ad adventum Spiritus S. quo factò docuit nos, quantum disponat homines ad dona celestia loci solitudo, & fuga non necessitarum distractiōnum. Quod & in Moysi fecit ante legem acceptam, & postea sacerdos, & in aliis Sanctis veteris nouisque testamenti recognitis, dico quid tibi sit faciendum.

Secundum Punctum. Considera reprehensionem discipulorum factam à Christo ante Ascensionem. Nam exprobravit incredulitatem eorum, & duritatem cordū. Hinc duo dico, Primo, non debere veram lætitiam animi minor per eas quas natura respuit reprehensiones. Secundo, applica tibi easdem ob causas, et in materia dissimili Christi exhortationes, & remedias.

Tertium Punctum. Considera commissum à Christo Discipulis officium prædicandi. Euntes in mundum vniuersum, predicate Euangelium omni creature. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui vero non crediderit condemnabitur. Gratias age Deo hic pro duplice beneficio. Primo, quia eorum es è numero, qui sunt baptizati & crediderunt. Secundo, quia vocatus es ad Apostolorum vocationem eadem alis praestandi, & pete ut te aptum, sibiique caro instrumentum ad hæc præstanta efficiat.

Quartum Punctum. Considera modum quo Christus ascendit, & quo in celo est receptus à Patre æterno. Nubes suscepit eum ab oculis discipulorum: Angeli procul dubio deduxerunt a beato, ille vero antequam ascenderet elevatus mansuetus benedixit.

benedixit eis. Omnia hæc pondera, & excita affectus lætitiae, ob Christi gloriae complementum, ob spem eius auxiliorum in cœlis, & pete ut semper sis viuum eius membrum perpetuo crescens in sanctitate, vt suu tempore ibidem sis vbi est caput tuum, & quidem propè caput tuum.

FERIA SEXTA.

Ascendit Redemptor noster.

Primum Punctum. Considera à quibus rebus te Christus redemit, scilicet à peccati servitute, & à potestate Diaboli, utrumque quam sit magnum beneficium (consideratā duorum horum malorum magnitudine, & impotentia, ad ea virtibus naturæ abolenda) perpende: ideo gratias age tuo Redemptori, & eum in cœlis gloriosum roga, vt ab his duobus malis semper sis liber, & vt liber sis eius gratia id in te operanti cooperare, vitando omnia peccata, & resistendo tentationibus Diaboli, Deique inspirationibus obediendo.

Secondum Punctum. Considera pretium quo te Christus redemit, scilicet vitâ propriâ, carne suâ, animâ suâ, operibus suis infiniti valoris. Admirare Christi liberalitatem & amorem. Gratias age, offer illi tua omnia, & ab eo in cœlis sedente pete, vt det tibi gratiam, quâ possis te ei ita donare, sicut ipse in pretium redemptoris tuae, se & sua omnia donauit. Dona ergo ei omnes labores tuos, fugiendo otium: dona commodates fugiendo delicias in viâ & vestitu, dona honores, fugiendo vanos fastus, & his similia.

Tertium Punctum. Considera modum quo te redemit, sanguinolentè, per mortem & passionem atrocissimam. Obstupescere excessum amoris in tuo Redemptore. Gratias age, desidera pati pro illo simili, & agnosce quam nihil sit, quod pro illo pateris, & quam iuste omnia mala possibilia pati deberes, atque ita tuas impatientias, rancores inde ortos, & alia mala extirpa.

Quartum Punctum. Considera finem redemptionis tuæ, non tantum in æterna saluatione tui futuram, sed etiam in magna gloria, ad quam veller te Christus ascendere. Cur ergo non anhelas ad illius altitudinem in cœlo, cur superaris à mundanis, qui ambitiosius, & ardentius conquirunt, diuitias, commoda, honores, voluptates quam tu regnum cœlorum, & altos in eo gradus? Confundere, Christumque inuocare ut te ad se quam proximè attrahat.

Lancij Opus. Tom. 2.

SABBATO.

Ascendit Filius Virginis Marie.

Primum Punctum. Considera Christum, & humanitatem assumptam ex Virgine in cœlo regnare tanquam fratrem nostrum. Quod ergo Iosephus minore charitate praeditus, & potentia limitata fratribus suis olim inimicis exhibuit, tu à Christo maiora spera, & dic ei cum tenero affectu, quod olim dixerunt Fratres Ioseph: *Obsecro, ut obtiniscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitia quam exercuerunt in te.*

Secondum Punctum. Considera magnam gloriam humani generis in cœlo, ob altissimam gloriam Christi humanitatis, in supremo solio collocatae. Gratulare Christi humanitati, eam adora summo affectu, & sanctis desideriis reple cor tuum, vt quam proximè accedas ad locum & gloriam Christi humanitatis, idque ob Dei gustum & consolationem: quod an facias & quomodo procurare debebas libera.

Tertium Punctum. Considera lætitiam Matris Sanctissime, quam percipit ex gloria Christi Humanitatis, è suo purissimo sanguine conflata. Major procul dubio lætitia eius fuit, quam S. Iacobi Patriarchæ, Iosephum in regumine Ægypti florentem cernentis. Gratulare Deiparæ hanc consolationem, & per eam pete, vt Christi meritis ad cernendam eandem gloriam post hanc vitam, & quidem rectâ peruenias, & ad gradum Christo proximum.

Quartum Punctum. Considera potentiam Deiparæ in cœlis, & gratiam apud Filium. Quid enim ei potenti neget Filius regnans in cœlis plenus diuitiis, charitate, bonis, quæ dando non sit minus diues more Regum terræ. Cogita ergo & propone illi ea quibus eges, vt per eam assequaris misericordiam Domini tui.

DOMINICA SEXTA

Post Pascha.

Ascendit corpus suum in mundo relinquentis.

Primum Punctum. Considera Christi amorem, qui ita cœlis intulit suum corpus, vt tui causa hic quoque illud reliquerit, pro auxilio, & solatio tuo. Vide ergo quomodo eo yatis in solatium, quomodo in auxilium tuum, & stude proficere.

Secondum Punctum. Considera mirabiliorē modū, quo Christus hic reliquit pro tuo solatio suū,

S. 3 corpus,

corpus, quam intrulerit in celos. Ibi enim est diuilibiliter, quoad locum seu spatiū quod occupat, hic totum corpus est cum omnibus membris suis in minima parte hostiæ consecrata; ita ut dum tangis vnam partem illius corporis, tangas immediate per species sacramentales, omnes & singulas eius partes. O quantæ hinc deliciæ in vulnerata corda diuino amore profluunt. Potes hoc melius quam Magdalena non solos pedes eius, sed simul & immediate caput, oculos, pupillas, cor Christi & alia membra contingere, eisque te purissime oblectare; quod quomodo facias, vide, & leito frui hoc beneficio.

Tertium Punctum. Considera amplitudinem Christi charitatis, qui non uno in loco mundi suum corpus tibi reliquit, sed in tot templis; adora illud in omnibus, idque semper facito, saltem aliquoties in die; comparere Christo, qui tot in locis offenditur ab hominibus, indigne comunicantibus, sine debita reverentia orantibus, & aliis modis. Et vide ne & tu sis hac in parte socius talium.

Quartum Punctum. Considera quas cogitationes Christus in Eucharistia, quos item affectus habeat; præfertim dum est clausum templo, in cuius angulo te positum solum imaginare Christi cogitationes & affectus introspicentem priam meditationem, & ex singulis decerpere aliquem fructum spirituali, & pro tanto beneficio ei gratias ex intimo corde age.

FERIA SECUNDA.

Dominice sextæ post Pascha.

Ascendit Index noster futurus.

Primum Punctum. Considera Christum ut Iudicem respectu honorum, quos in celis, ad quos ascendit, præmio afficiet pro meritis variis cuiuscumque. Da igitur operam, ut in te quam plurima inueniat merita, quae ampla præmia in celo mereatur. Hoc an proceres vide, & quid fit tibi faciendum agnolce.

Secundum Punctum. Considera quam facile sit mereri multa in celis præmia. Si enim iustus es, quolibet etiam indifferenti opere, bono modo, & ob finem supernaturalem facto potes mereri aliquem gloria gradum. Examina hic quam multa opera transeunt, in quibus nihil mereris, & quam multa peragis, ob quæ potius temporales mereris penas. Haec ponderans, emenda te.

Tertium Punctum. Considera hunc Iudicem tuum, etiam nunc ferre iudicium de vita tua per conscientia interna monita. Conscientia enim reprehendit in te mala quæ committis, ut Dei iustitia administra. Intospice igitur conscientia tua iudicium, & vide quid in te ma-

xime reprehendat, & id fugere stude.

Quartum Punctum. Considera locum, & premia quæ tibi Index tuus preparavit, siis tegumentum inuenierit. Est autem locus ille excellenter omni alio in hac vita, præmia vero sunt meliora omni re, quam possis habere in hac vita. Inquire ergo an tanto conatus, & desiderios, & studio sollicitus sis, de acquirendo hoc loco & præmio, sicut es solitus de commoditate loci, & habitationis vel alterius commodi temporalis, ad tuum vel honorem vel gustum pertinentis; & an eo conatus & labore afferes ad hunc locum: & haec præmia, quo seculi homines aspirant ad temporalia loca & præmia, siue in curiis Principum, siue alibi, & agnito errore tuo, affuerint illa desiderare, & querere ardenter, quæ sunt longe præstantiora & nuncquam interitura.

FERIA TERTIA.

Dominice sextæ post Pascha.

Ascendit Dominus noster.

Primum Punctum. Considera secessitatem nostram ex eo, quod habemus Christum Dominium nostrum modo communem cum aliis Christianis. Hoc agnosces considerando rationes, ob quas, seculares solent Dominos suos estimare. Omnes enim inuenies, multò præstaviores in Christo. Gratias ergo erage, quod se vulerit esse Dominum tuum, & seruum suum, & vide ut factis ostendas, te verum & fidelem seruum eius.

Secundum Punctum. Considera peculiari rationem, ob quam Christus est Dominus tuus, in quantum es membrum eius Ordinis, quia nimirus es seruum eius in hac spirituali militia, cuius ipse Dux esse dignatus est. Hinc agnosce officium tuum, seu quid te oporteat & facere & pati in hac sacra militia, ut te voluntati & exemplo tanti tui Duxis conformes.

Tertium Punctum. Considera an ita vias in hac sacra militia, hec debet huius Duxis seruum, & si quid inuenieris corrigitendum, corrige.

Quartum Punctum. Consolationem quam debes habere ex eo, quod habeas talen Dominum, qui habet in manu omnes creaturas, & omnia bona, & qui potest te præseruare ab omnibus malis, & dñare omnibus bonis. Da igitur operam, ut quam maximè sis ei gratius, ut eius beneficentia copiosè particeps effe possis.

FERIA

XXI. DE PIIS ERGA DEVUM ET SS. AFFECTIB. 273

FERIA QVARTA.

Dominica sexta post Pascha.

Ascendit Medicus noster.

Primum Punctum. Considera morbos tuos qui indigent Christi medelam. In omnibus sensibus & potentijs anima; variis defectus, & habitus prauos, & propensionem ad malum omnibus habitibus antiquiorum. Vnde consti-
tue te coram medico cœlesti, tanquam leprosum in lecto, plurimis morbis languentem & sedatum, ideo profunde te humilia & pete sanitatem.

Secondum Punctum. Considera modos quibus te sanat Medicus cœlestis, scilicet auxilia gratia multiplicia, quibus excitat te ad fugam peccati, ad amorem virtutis, ad profectum in virtute. Item Sacraenta, item alia extrinseca auxilia, quæ ab hominibus adferuntur per bona eorum exempla & monita. Ex altera parte vide quomodo proficias vbi horum medicorum, & si quid est negligencia, excuse.

Tertium Punctum. Considera sicutem ex quo deriuatur efficacia, in hos modos ad curandas tuas infirmitates, scilicet Christi medici me-
ritæ, per sanguinis & vite effusione completae. Agnosce medicinæ præstantium, & medici
tui amorem. Gratias age, redama tui aman-
tem, & quicquid charissimum tibi est, ei offer,
quia nil æquale offeres meritis, & sanguini
eius pro te effuso.

Quartum Punctum. Considera annos quos exegisti in applicandis remedij pro tuorum malorum curatione. An fructus operæ respon-
deat, & efficacie horum remediorum. Ideo confundere, dole, veniam pete, & te emenda.

FERIA QUINTA.

Dominica sexta post Pascha.

Ascendit Magister noster.

Primum Punctum. Considera modos quibus nos docet Magister noster cœlestis, prius exemplo, deinde verbis, idque semper, nullo dato vel minime exemplo non bono. Et quoniam vocatus es ad hunc statum, ut pro conditione tua alios doceas, vide an talis sis, & quid tibi dicit.

Secondum Punctum. Considera finem quem prætentit iste cœlestis Magister in te docen-
do, scilicet, gloriam Dei, & tuum bonum in salute perfectioneque tua futurum. Inquire quomodo coopereris tali Magisterio & quod corrigendum cognoscas, corrige.

Tertium Punctum. Considera quid exp̄s̄t.

nos docuetit Christus: *Discite inquit à me quid mitis sum & humilis corde, vbi cauſas inquire, ob quas duas tantum virtutes, mansuetudinem discendas exp̄s̄t proposituit, & quomodo in ijs te geras perpende, & proficere stude.*

Quartum Punctum. Considera quibus in locis Magister iste nos docuerit vbiq; in p̄sepio incommoda varia; in templo ardente deuotionem: in conuentu hominum sanctimoniam actionum: in via colloquia pia; ad mensam frugalitatem, in cruce patientiam: alibi, alia: Vide quomodo has doctrinas excipias & opere ostendas, & cœlesti Magistro te conforma.

FERIA SEXTA.

Dominica sexta post Pascha.

Ascendit paratus nobis locum.

Primum Punctum. Considera æternum Dei decretum, quo antè præuisa nostra vlla merita Deus certos homines elegit, ad dan-
dum eis locum in cœlis post hanc vitam per destinata efficacia media, quæ prædestinatio quoniam iuuat orationib; ardenter pete ut sis è numero eorum.

Secondum Punctum. Considera loci in cœlis à Christo parati excellentias & conditiones, meliores omni huius vite felicitate, & exar-
descit ingenti desiderio eō perueniendi, &
causas indagab; quas adeo frigidè locum il-
lam desideras.

Tertium Punctum. Considera necessitatem
vitæ cooperationis, ad perueniendum ad locum illum, quia nemo adulorum est præde-
stinatus ad gloriam sine bonis operibus ad fi-
nem vite duraturis, seu sine finali perseveran-
tia in gratia iustificante. Vide ergo quid tibi sit
faciendum, ut in tali statu mortuari, & si quid
est contrarium, amone.

Quartum Punctum. Considera posse te si ve-
lis, esse in altissimo loco in cœlis, quod per
multa opera supernaturalia valde frequentias
& valde intensas, & per multas aduersitates pa-
tienter toleratas, potes assequi. Quomodo ergo
hac in parte geraste, vide, & tuum tempo-
rem exalta, exemplo secularium, qui forte
maiori studio querunt primos accubitus, &
loca magis honorata in mundo.

SABBATO.

Dominica sexta post Pascha.

Ascendit daturus dona hominibus.

Primum Punctum. Considera varia dona om-
nis generis quæ Dominus largitus est om-
nibus

nibus faculis seruis suis dilectis, & ob Dei gloriam & confusionem Daemonis ardenti desiderio desidera, ut se tibi communicet Dominus tuus uberrime.

Ies. Talis an sis cogita, & cur non sis, & talis esse stude.

FERIA SECUNDA.

Pentecostes.

Secundum Punctum. Considera diuitias Christi, qui potest sine suo detimento largiri tibi omnia dona que largitus est omnibus aliis Sanctis. Agnoscere felicitatem tuam, & vide quid sit tibi necessarium, ut tibi reddas benevolum, tam diuitiem Mecenatentem tuum, & illud habere stude.

Tertium Punctum. Considera medium efficacissimum esse, ad obtainenda Dei dona actus virtutum in occasionibus quas offert Dominus, & ardentes preces, & diuina pro iis obtainendis. Tales an Deo offeras vide, & si quid desit emenda.

Quartum Punctum. Considera secundum medium efficax & omnino necessarium, ad obtainenda Dei dona esse fugam peccatorum omnium diligentissimam. Hec enim offendunt datorem donorum, & impediunt eius liberalitatem, ne sciam copiosè communicet. Quomodo ergo hac in parte te geras, perpende, & si datur a Deo velis citò & abundantem, omnia quae ei displicant, tanquam venena lethalia fuge.

DOMINICA PENTECOSTES.

Primum Punctum. Considera primam proprietatem Spiritus Sancti, qui in ignis specie supra Discipulos apparuit, quod scilicet in se sic purissimus, nullas sordes & maculas intra se habens, aut tolerans, & quia amorem conciliat similitudo morum, si amari vis a Spiritu Sancto, eiusque donis repleti, hanc eius puritatem quoad licet amulare. Quod an & quomodo facias, vide, & remouenda remoue.

Secundum Punctum. Considera secundam proprietatem, quod scilicet sit instar ignis lucidissimus, nullos in se fumos tolerans, omnes extra se pellens, nullas intra se umbras & obscuritates habens. Hoc quomodo imitari debes, perpende, & imitare.

Terium Punctum. Considera tertiam proprietatem Spiritus S. quod scilicet a terra alienus sit, sursum feratur ut ignis, & secum sursum trahatalia, immo rapiat. Id ad te applica quomodo tibi conueniat & stude proficere.

Quartum Punctum. Considera quartam proprietatem Spiritus Sancti, quod scilicet instar ignis accendat, & calefaciat res adiacentes, & in se ipse sit ardore vehementi plenus. Tales sunt qui Spiritu Sancto pleni sunt, tales eodigni redduntur, tales ut sumus præstat Santissima Eucharistia dignè suscepimus, quam sumptu ut ait S. Chrysostom. Hom. 61. ad pop. debemus tanquam leones ignem spirantes ab illa mensa recedere facti Diabolo terribili-

les. Talis an sis cogita, & cur non sis, & talis esse stude.

Primum Punctum. Considera quintam proprietatem Spiritus S. per ignem significantem, quod scilicet instar ignis, exciceret humidam, & in se nullam patiatur humiditatem. Ita planè Divinus Spiritus exsiccat, ut loquitur Ecclesia humorem libidinis, aridum reddens & infructiferum cor ad carnales illecebras. Tale an in te sit vide, & quid te vel facere, vel vita re oporteat a te ipso disce.

Secondum Punctum. Considera sextam proprietatem Spiritus S. signe expressam quod scilicet induret multa mollia, tenera ac debilia, robustaque reddit contra res aduersas. Hic effectus Spiritus S. apparet in Matribus & alijs, quotentationibus & aduersitatibus sele opponente in instar inconcessa rupis. Talis sis, cur non sis vide, & impedimenta remoue.

Tertium Punctum. Considera septimam proprietatem Spiritus S. quod scilicet more ignis, res alias cœcretas dissoluat, & liquefaciat. Hoc facit in iis cordibus, quæ ad lacrymas corporreas concitat, vel saltē ad spiritualem devotionem animi, qua cor tanquam sole quadam cœlesti irrigatum, difflit in piis erga Deum & res Divinas affectus, & molle ac tractabile redditur ad omnem Dei & maiorum suorum motionem & directionem. Hoc an in te efficiat Divinus Spiritus, cur non efficiat vide, & causas si quæ sunt amoue.

Quartum Punctum. Considera octauam proprietatem Spiritus S. quis sicut ignis res crudidas & insipidas maturat & sapidas reddit. Hoc apparet in iis quibus Christi crux omnis, omnisque afflictio, est in desiderio & amoribus quales fuerunt omnes Sancti. Hoc quam necessarium sit, quam Spiritui Sancto gratum & familiare pondera, & ut talis sis, ab oderenter pete, & talis esse in occasionibus stude.

FERIA TERTIA.

Pentecostes.

Primum Punctum. Considera nonam proprietatem Spiritus Sancti, quia purgat multa impura, remouens a quibusdam metallis artiginem & scoriam, ab alijs rebus impuras scaces, & his similia. Hoc eorum est proprium, qui alios meliores reddit, bonis monitis & exemplis, aliorum defectus abigendo, quod omnibus ad Religiolum statum vocatis cordi esse debet. Talis an sis considera, & vide quam te esse oporteat.

Secundum Punctum. Considera decimam proprietatem Spiritus Sancti, quia instar ignis semper est in motu, nunquam in otio. **Nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia** inquit quidam sanctus. Hoc otiosi & malè traducentes tempus non habent, talis an sis vide, & ne talis sis cura.

Tertium Punctum. Considera undecimam proprietatem Spiritus Sancti, qui tanquam ignis requirit materiam circa quam occupetur eaque deficiente, deficit & non qualemcumque sed aptam. **Hic pondera,** quæ sint illa, quæ detinent in anima Spiritum Sanctum, quæ item pellunt, & tibi applica pro motum tuorum instructione.

Quartum Punctum. Considera duodecimam proprietatem Spiritus Sancti, qui quemadmodum ignis minuit res quas adiurit, minuit defectus, motus passionum, tentationum vehementiam, carnis concupiscentias, fomitis tyrannidem, sacerularia desideria, &c. quod maximè facit adiutus pabulo Sanctissimæ Eucharistie. **Cur ergo cani tories sumens, hos Sancti Spiritus effectus non sentis?** Indaga causas & amouere stude, & veniam à S. Spiritu, & **Sanctissima Eucharistia** humiliter & ardenter pete.

FERIA QVARTA.

Post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera decimam tertiam proprietatem Spiritus Sancti, qui ut ignis est inter omnia elementa maximè efficax, maximè actius, vincit omnia. Agnouerunt hunc effectum tot infideles conversi ad fidem, tot tepidi ad sanctitatem, tot summè obstinati ad devotionem, tot impij & scelerati ad summam probitatem. **Cur autem tu non sentis** hanc Spiritus S. in te operantis efficaciam? **Cur in te vel nihil vel vix aliquid euincit?** Causas inquire, & te Spiritui S. mortificare præbe, & ob tarditatem, ac resistentiam tuam, veniam ab eo pete.

Secundum Punctum. Considera decimam quartam proprietatem Spiritus S. qui instar ignis magis ac magis augetur, quo magis ac magis materia illi offertur, circa quam se occupet. Ita Diuino Spiritu pleni homines, non deficient in bono & laboribus, si eis copiosior materia præbeat laborandi, & aduersa tolerandi, sed crescunt & id lucro reponunt, si plus cæteris occupentur. Tu an sis talis examine te, & tuis defectibus deploratis eos emenda.

Tertium Punctum. Considera decimum quintam proprietatem Spiritus S. qui instar ignis ea in vilissimum cinerem & puluerem tandem redigit, circa quæ diutissime occupatur. Ita planè ex S. Spiritus operatione se vilissimos & tamquam puluerem ac cinerem reputant Dei

homines, & tanquam villem puluerem se deprivi, & planè conculari cupiunt. **Tu è contra** alta sapientia, sumos honorum pretensas, contemnenib[us] te indignaris, aduersantibus oblitis, & tamen Spiritum S. tē querere iactas. **Hæc ergo detestare, & quod Spiritus S. solet facere,** tu quoque ad similius te dispone.

Quartum Punctum. Considera decimam sextam proprietatem Spiritus Sancti qui quemadmodum ignis non potest abscondi via in re, citò se prodit vi & efficacia sua, ita vir spiritualis solido Spiritu imbutus, non potest ab aduersitatibus occultari, non ab occasionibus imperfectionum, non ab occupationibus distractiuis, non à turba hominum, non ab honoribus, non à fauoribus, emicat eius virtus ubique, coram Deo interius coram hominibus exterius, verbis & factis se prodit. **Talis an sis vide.** Quod si potius in te virtus pro virtute ubique se exerant, erubet, veniam à Deo pete, & te emenda.

FERIA QVINTA.

Post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera primam causam ob quam Spiritus Sanctus descendit de celo specie venti vehementis quia nimur in instar venti propellit animum ut cito nauigando portum exoptatum gratiae in hac vita, abundantis gloriae in altera attingat. Tu examina quām velox sit processus tuus, ad hunc duplicum portum, si tardus, cur tardus, & varius hinc affectus pios decerpe.

Secundum Punctum. Considera secundam causam, ob quam Spiritus Sanctus vento & quidem veheimenti est similis, quia sine locorum & terum discrimine, æquè permeat & perflat foedas paludes, ac amenissimos horros, æquè stabula ac palatia. Ita qui Dei Spiritu aguntur, non se alligant locis, personis munieribusque speciosis, sed loca, personas, officia vilia, non detrectant, ubique Deum quietunt & inueniunt nulla differentia gustus interni. **Talis an sis vide,** si no[n] es erubet, & talis esse stude.

Tertium Punctum. Considera tertiam causam ob quam Spiritus Sanctus tanquam ventus intonit, quia sicut ventus rebus nimium altis obstat, & eas dejectit & evertit, ita superbos & elatos deprimit, humilius autem dat gratiam. Examina te, an altus in tua opinione & vivendi ratione sis. Id cognosces, si te verbis & factis humilem exhibes, maioribus & æqualibus tuis, si non inuides iis, qui ad altiora prouochuntur, si ob id non turbatis, & his similia.

Quartum Punctum. Considera quartam causam, ob quam Spiritus S. vento est similis, quia

ut ventus, nubes opacas diffusat, aliquando cōgreditur, ita Spiritus S. vñctio, nunc utilex contristat animam, nunc cum opus est exhilarat, ideoque in vitroque statu, anima Spiritui Dei adhaerere debet, nec in prosperis diffundendo se ad libertatem & dissolutionem, nec in aduersis animum dispendendo, & murando, & mutando proposita in desolatione facta tempore consolationis. Talis an sit status animæ tuae considera, & da operam ut sit talis.

FERIA - SEXTA,

Post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera primam causam, ob quam Spiritus S. specie lingua apparet, quia ut lingua manifestat cordis arcana, ita Spiritus S. Ecclesia Dei, & p̄is mentibus aperit Diuinam voluntatem, docendo, inspirando, &c. Hoc Magistro edocta est Ecclesia, & edo, eetur Romanus Pontifex, & Præpositi Ecclesiæ, & singuli fideles, suis ac legitimis modis ordinariis, omnem necessariam veritatem. Gratias age tanto Doctori, pte ut te modis ordinariis doctrinas communes & ordinarias doceat, & vide quomodo mōrgerum ei te discipulūm prebeas, dum tē docet quādam fugiendi quadam sequenda.

Secondum Punctum. Considera secundam causam ob quam Spiritus S. in linguarum forma se videndum præbuit, quia ut lingua, non eodem modo in omnibus loquitur, in infantibus enim voces significantes conceptus internos non edit, secus in adultis, ita Diuinus Spiritus disparti modo sese communicat iis, qui sunt velut infantes in via Domini, & aliis, qui ob inclemēta virtutum, sunt adulti. Tu quorū sis ē numero perpende & maturūs esse stude.

Tertium Punctum. Considera tertiam causam, ob quam Spiritus S. linguæ comparati potest, quia ut lingua, ad bonos sermones diuinitus est data, scilicet ad laudandum D. Deum, ad pia colloquia, & confessionem peccatorum & his similia, ita Spiritus Dei ad haec impellit. Omnia ergo, quæ eti sunt contraria, non à Dei Spiritu, sed à malo profiscuntur. Tu quomodo in his te habeas vide, & si quid est emendandum emenda.

Quartum Punctum. Considera quartam causam, ob quam Spiritus S. lingue specierū assumpit, quia voluit Apostolos docere, ut essent in omnibus, tanquam linguae loquentes, gloriaque Dei propagantes, lingua in sermone, lingua in actionibus, lingua in silentio, lingua in quiete, lingua in motu, ideo hoc Spiritu imbuti multo melius quam cœli, enarrabant gloriam Dei, multo præstantius quam luna, sol, aqua terra, montes, bestie, aves, &c. benedicebant D. Deum, quibus omnibus Sacra Scriptura, hinc

guas & sermones spiritu taliter attribuit. Tad si talis lingua in omnibus perpende, & deoperam, ut h̄is talis, refecatis a te omnibus in perfectionibus.

SABBATO.

Post Pentecosten.

Bona cuncta posca.

Primum Punctum. Considera quā aptitudina Beatissima Virgo ad bona cuncta imperanda, tum quia valde sicut cara Domino Deo, quia precies eius sunt ardentissimæ, & finis eorum præstantissimus. Gratulare ei hanc p̄fectionem, & hæc tria an habeas, vide & allequā stude, ut & tu rō modo habeas gratiam petrandi necessaria, & prote & pro aliis.

Secondum Punctum. Considera bona qualiter primæ classis, quibus eges, & ad quæ imperanda opus habes precib⁹ Deipara, scilicet gloriam caelestem, ad quam assequendam præsumum precib⁹ ardentibus opus est. Hic considera præstantiam, utilitatem, necessitatem glorie celestis, omnium bonorum cumulata copia affluentem & quam facile à multis petatur, & ardenti eius desiderio excitato, ardenter quoque affectu à Beatissima Virgine pte, ut hoc tibi bonum poscat & impetrat.

Tertium Punctum. Considera bona secundæ classis, quæ ut assequaris, & acquisita non perdas sed augeras, opus est precib⁹ B. Virginis, bona nimurum ad tui insuffiationem, & inca perseverantiam spectantia, sine quibus nemo videbit D. Deum, ad hoc autem genus bonum, spectant duplicita beneficia D. Dei, præmia per quæ præsterueris vel libereris à mali dona gratia in anima vel interimentibus possessa, vel non committentibus nondum possesa: secundo ipsa gratia dona, quibus anima iustificatur, & crescit in gratia Dei, quæ est semen glorie, & ius ad gloriam. Considera ergo necessitate & multipli utilitate ac præstantia horum beneficiorum, & faciliter ea vel perdenidi, vel culpa tua non assequendi, ardenter pte à B. Virginē, ut bona cuncta poscas.

Quartum Punctum. Considera bona tertia classis scilicet bona ad aliorum spirituale auxilium pertinentia, ut sunt conuersiones peccatorum & infidelium, & conuersorum ad vitam perfectiorem incitatio: præterea bona ad corporis iustum sustentationem, honestumque vivendi modum spectantia, quæ etiam necessaria sunt ad quæ reducuntur ea quoque, quæ ad animi disciplinas liberales spectant, & pacificum vivendi modum, quorum necessitate p̄uderata, illa quoque pte tibi impetrari à B. Virginē, in quantum conducunt ad maiorem Dei Opt. Max. gloriam sine ullo incommmodo vel perire.

XXI. DE PIIS ERGA DEVUM ET SS. AFFECTIB.

periculo bonorum altioris Ordinis supra com-
memoratorum.

DOMINICA SS. TRINITATIS.

Primum Punctum. Considera D. Dei miram-
vitatem in natura, cum Trinitate Personarum coniunctam. Illa, omnem divisionem
sui non patitur, haec diuersitatem perfectissi-
matum trium Personatum fouet. Hoc quia
naturae captum superat, sancto silentio vene-
tare, cognoscendum in celis reserua, pro tuo
tamen modulo imitare, ita conservando car-
nem obedientem Spiritui, Diuinis doctrinis
informato, ac si esset vna res simplicissima, si-
ne villa discordia, ita vivendo cum alijs eti-
multis, ac si esles vnius cordis & iudicij & vo-
luntatis, circa res bonas, cum omnibus etiam
quam plurimis. Talis an sis inquire, & reseca-
da resea.

Secondum Punctum. Considera mysterium
numeri ternarij in Diuinitate, cur scilicet Di-
uina natura, nec vna Persona contenta sit, nec
duabus tantum, nec pluribus quam tribus, ut
prater alias causas pie excogitas discas, &
solitudinem à communii conuictu abhorten-
tem fogere, & familiaritatem cum vna aliqua
persona vitare, & multos habere consciens tu-
rum secretorum. Haec pondera; tibi applica, &
decerpe fructum spiritualem.

Tertium Punctum. Considera D. Dei incot-
ructibilitatem, tum in natura sua, tum in acti-
bus interis, eius intellectus & voluntatis.
Nam nec ex natura sua, nec ab extrinseca cau-
sa, deficere potest quidquam, quod in D. Deo
est. Huic perfectioni tuas imperfectiones op-
pone, quantopere deficias in omnibus, quantopere
muteris in horas, immò in momenta,
pondera, ideoque te humilia, D. Deum tamen
quantum licet imitari stude, in acquirenda
constantia in bene cœptis, ne vills malis moni-
tis, vel exemplis, vel occasiobus, vel tentationibus,
vè propria voluntate, deficias ab iis,
quaè vel bene cœpisti, vel te facturum promi-
stisti, quod an facias vide, & facere stude.

Quartum Punctum. Considera D. Dei puris-
simam naturam, nullius rei admixtione varia-
tam secretam ab omni terrenarum terum coniunc-
tione, nil in se nisi pure Diuinum foun-
tem. Ex altera parte confer vnam naturam, tot
permixtam terrenis rebus, tam paucis spiritua-
libus imbutam, ut discas reuocare te ad spiri-
tualem puritatem, atque ad Diuinam quam
proxime accedete, præsertim cum sis creatus
ad imaginem & similitudinem eius, & debeas
alteram imaginem secundi Adami cœlestis, in
tuis moribus & vita tota reprezentare;

FERIA SECUNDA.

Dominica prima post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera D. Dei immeh-
litatem ob quam omnibus rebus creatiis
præsens est intimè & immediate, tota substanci-
ta, & natura sua Diuina, magis quam vna
creatura tangens alteram. Hinc duo decerpere
Primò ut saltem ita te geras, quomodo te ge-
teres in cogitationibus, verbis, factis, si præ-
sentem cernes Sanctum aliquem, quem timi-
eres, & certissima experimentaliter scientia fai-
tes nosce eum omnia cordis arcana, & video
intima. Secundò ut ita circa res creatas omnes
tuos actus internos & externos occupes, ut uis
nihil obstr, sicut D. Deus etiam fædissimus re-
bus est præsens, ipse integer & immaculatus.
Talis an sis vide, & talis esse conare, ob maiori-
rem eius gloriam & consolationem.

Secondum Punctum. Considera D. Dei natu-
ra diuitias, que nulla te creata uititur & egit
pro commodo suo. Admirare hanc excellen-
tiam, extolle, ad eam adorandum inuita SS.
Angelos, & Beatas animas, & omnes creatu-
ras. Hoc imitabetis, si ex rebus creatis & licitis,
quam paucissimis, quam minimè, quam rarissi-
mè utraris, viuasque in summa paupertate, &
rerum omnium, ut Sancti veteres loquuntur,
quam maxima fieri potest, nuditate, propter
gustum & consolationem Domini tui. Quod
an facias vide, & Domino Deo te confotinare
stude.

Tertium Punctum. Considera D. Dei æterni-
tatem principio & fine carentem: cogita quam
felix est ille seruus, qui tam stabilem habet Do-
minum suum, bono omni plenum, præmia
quoque ita stabila, pro fidelibus seruus ha-
bentem parata. Ex arde scie eius dilectione, eam-
que ita firmam ac stabilem cum aliis virtuti-
bus & bonis propositis habere stude, ne vlla
occasione vel tentatione deficiant. Tali an sis
cogita, & da operam ut sis talis.

Quartum Punctum. Considera D. Dei inde-
pendentiam, à nulla creatura dependētis; quia
nulla egit aut egere potest, sed se solo conten-
tus est. Hoc quia tu non habes, qui & D. Deo
eges, & creaturis, humiliante, & ex ea patto
gaude, quod velis nolis, cogaris pendere à D. Deo
multas ob causas, & hanc depetidendi ab
eo necessitatē, reputa magnam felicitatem
tuam, & velis semper ab eo dependere, & gau-
de quod omnes creature ab eo dependētis.
Ex altera parte assuece depetidere à solo D. Deo,
non eo spiritu quo corda elata & sedicio-
sa, contemnunt, vel noti cutant alios, à quibus
aliquam fuentem animi afflictionem, sed eo, qui
est proprius D. Dei seruorum, qui delato alii
debito, amore & obseruantia, nulla querunt
propria cōmoda, nullos honores, sed potius
contraria

778 NICOLAI LANCICII OPUSC. SPIRITAL.
contraria D. Deo solo contenti. Talis an sis ex-
amina te, & si quid sit emendandum emenda.
simo & excellentissimo, quam simillima ipsi D.
Deo.

FERIA TERTIA.

Dominice primæ post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera Diuinæ naturæ potentiam infinitam, qua potest omnia creare ex nihilo, destruere fortissima quæque, producere perfectiora ac perfectiora in infinitum, idque sine viliis instrumentis, sine mora temporis, sine vila difficultate, sine vila fatigatione. Eadem potentia in eo est erga supernaturales effectus gratia & gloria. Admirare præstantiæ naturæ tam potentis. Lætare quod tam potentem habeas Dominum, & roga, ut in te ostendat hanc potentiam, tum conservando, tum perficiendo, tum noua in dies addendo, dona naturalia & supernaturalia ad gloriam nominis sui.

Secondum Punctum. Considera Diuinæ naturæ sapientiam infinitam, quæ perfectissimè cognoscit rerum omnium natum, proprietates, effectus, potentiam, & quicquid ad illas spectare potest, & quicquid est in te, fuit, & erit, intuetur clarissimè, æquè futura ac præterita. Da ergo operam ne in te quidquam videat oculis tam perspicax, quod te confundere possit. Et quia multa antea cœta sunt talia, roga eum ut tegat suæ gratiæ donis, vel potius aboleat, ut eorum non recordetur amplius quod ipse D. Deus promisit verè pœnitentibus. Hoc autem ut assequere, talis esse stude, qualibus id promisit hæc Sapientia Diuina.

Tertium Punctum. Considera Diuinæ naturæ bohitatem infinitam, ob quam amat, & amore hunc factis declarat, erga omnes creaturas, cui caisa creates, & quod maius est, amat te, etiæ amore hoc indignum, ideoque non te statim dominat, non te priuat omnibus donis suis, vti meritis, qui potius nouis datus beneficis. Da ergo operam, cum vt redames, vt nihil facias quod huic amori displiceat, vt alios quoque ames, etiæ videantur tibi indigni tuo amore, quandoquidem nunquam possumit te ita offendere etiæ essent pessimi, vti tu offendisti hanc infinitam Bonitatem. An autem eam in amore aliorum tali imiteris, inquire, & serio eam imitari stude.

Quartum Punctum. Considera plenitudinem perfectionum in D. Deo, qua facit, vt nil ei deficit perfectionis vera, & vt quilibet in eo perfectio sit infinitè excellens. Car ergo cogitationes tuae, & affectus & actus alij externi, non ita se occupant circa D. Deum, vti solent circa vilissimas creaturas. Erubesc, defle hanc stultitiam, & te emenda. Ex altera verò parte propter gloriam Domini tui, amolare eius perfectiones, vt in te sint omnia eius dona in gradu perfecti-

FERIA QVARTA.

Dominice prime post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera internas D. Dei cogitationes, circa quid versentur ab extero, & in tempore: scilicet circa Divinitatem & iisque perfectiones, quas contemplantur circa creaturas bonas, & circa mala creaturarum, ea defestando & amouendo. Considera item modum, quo de his rebus cogitat, sine vila sua imperfectione, sine vila distractione & evagatione, cum perfectissima sui contemplatione. Confer deinde cogitationes tuas quoad objecta earum, quoad modum, & quoad finem, & defletis earum defectibus, D. Dei cogitationibus eas conformate stude.

Secondum Punctum. Considera internos D. Dei affectus, amoris, odii, gaudij, desiderij, iræ, & similes humano modo consideratos, sine vila tamen imperfectione in D. Deo, ponderando quia sunt ordinati, quia recte sine, quam puri, circa quid versentur. Confer ex affecto similes affectus tuos, quam sunt dissimiles, agnosce, defle, & propone emendationem.

Tertium Punctum. Considera actus exteriores Diuinæ misericordiaz & bontatis, quomodo mala auertit & aufert, bona conseruit, indignis, dignisque quibus non conferunt, non petentibus, saepe iniutis, post accepta ingratis, post accepta D. Deum, apud offendentibus, idque sine vilo commodo D. Dei, cum solo commodo hominum, Ante his, examina te, & defle tuos defectus, ac D. Dei imitare.

Quaratum Punctum. Considera actus exteriores Diuinæ iustitiae puniutorum, quæ tandem punit leuius meritis nostris, quæ multis parcat, & tibi ipsi per tot annos, cum multis ob minora peccata non peperciteris; & facta ad te reflexione, si quid in tua severitate sit corrigendum, corrigé, & pro hac D. Dei suavitate, intimas age gratias, eamque tenetrem amare studie, & imitare.

DIE CORPORIS CHRISTI.

Primum Punctum. Considera magnitudinem doni, quod nobis D. Deus dat in SS. Eucharistia Sacramento, in quo dat animam suam, plenam tot meritis, Corpus suum Sanctissimum, immo & Divinitatem quo dono collato cum donis & D. Dei alijs & humanis, agnosce amoris Diuini erga nos magnitudinem stupendam, & libera quantam tenebris adhibere gratitudinem erga tantum Beneficorem, & quidem multo maiorem, quam vngua

villa creatura exhibuerit, vel D. Deo, vel aliis creaturis, propter alia minora dona in se collata.

Secundum Punctum. Considera facilitatem in perspiciendo tam sapere dono adeo excellenti. Non est enim opus longinquas adire regiones, non est opus magnis sumptibus, non magnis laboribus, sed tantum accedere ad altare, pura conscientia. Tu introspeca in mundus aequum facile, offerat sua dona fucata suis sectatoribus, qui potius an non difficillime & quidem dona, que ita vocari non merentur. Cur ergo maiori affectu desideramus mundi oblectamenta quam SS. Eucharistiam; cur maiore gulta illis fruimur, quam Eucharistiae Confundere, & te emenda.

Tertium Punctum. Considera indignos modos quibus excipitur ab Hereticis, ob blasphemias & contemptum, & a Catholicis malis multis, ob conscientiam peccati mortalis conscientiam, cum qua communicant, & a Religiosis tepidis cum irreverenti & socordia accessitibus ad hoc Sacramentum: & compatere Domino tuo, tam multis modis indignè tractati solito, & desse si aliquando & tu eum ita tractasti, & si quid emendandum est emenda: & hoc Christi Domini in Eucharistia tot iniurias tolerantis exemplo disc, cum gaudio ferre omnes iniurias tuas multo minores.

Quartum Punctum. Considera reuerentiam, deuotionem, affectus pios erga hoc SS. Sacramentum, tum in Angelis Sanctis, tum in hominibus sancte viventibus, & ex cogitatione variis huius rei causis, exulta in te simile reuerentiam, deuotionem, & affectus. Tadem gratius actus pro tanto dono, offer & tu aliquid D. Iesu grati animi ergo, & hoc diuinissimum Sacramentum, offer ad quam maximam SS. Trinitatis gloriam pro omnibus beneficiis eius, pro omnibus peccatis nostris, & pro impenetrando efficaci auxilio in omnibus necessitatibus nostris.

FERIA SEXTA.

Post festum Corporis Christi.

De persona Christi D. in Eucharistia.

Primum Punctum. Considera Christi Domini Personam Diuinam que se tibi dat in Eucharistia, hoc est Filium & Verbum aeternum Patris genitum ab aeterno a Patre, habens ab aeterno procedenter a se & a Patre Spiritum S. & in tempore vniens sibi hypostaticè illud Corpus & Animam, que pro nostra Redemptione in Beatissimam Virginis Sanctissimo vtero assumptum. Vnde ponderata huius Personae antiquitate seu aeternitate, latitudine seu immensitate, quam celum & terrae omnes angulos ac inferni replet, immortalitate, impassibilitate, dominio super omnes res creatas, po-

Lanuccij Opus. Tom. 2.

tentia, bonitate, sapientia, sanctitate infinita, alijsque omnibus perfectionibus. Concipias magnam opinionem de Eucharistia, quæ ubi secum afferat tam excellentem Personam, cum qua collata tuae personæ vilitate & indignitate, humilia te, confundere, extolle dignationem Christi Domini ita te honorantis & iuuantis, & redama tantum Benefactorem, non tantum verbis & affectu mentis, sed operi & effectu reali.

Secundum Punctum. Considera actus internos huius Personæ, tibi se in Eucharistia datus, relatios ad duas alias Personas Sanctissimæ Trinitatis, quomodo scilicet se intelligant, alloquatur, amant, & se fruantur cum infinito gudio & gloriam ac beatitudine incomprehensibili absorpsi in se præ magnitudine obiecti, & præ magnitudine gaudij, amoris, comprehensionis, fruitionisque Diuinæ, qua plenæ sunt Diuina Personæ infinito modo, & tamen ita diuine secum in se occupatae, non dedignantur tibi se tradere, maximè Persona Verbi aeterni, ut etiam amet te, te alloquatur, te aliquomodo cum gustu fruatur. Considera ergo an sis obiectum aptum quod Christus Domini adeo tibi præsens gustet, amet, cogitet, & quo fruatur, & te tales ei exhibere cura, sublatissijs, que hunc eius gustum minuere vel impidire possunt.

Tertium Punctum. Considera actus huius Personæ relatios ad creaturas: Christus D. enim qui se tibi dat in Eucharistia, inde etiam vna cum Patre & Spiritu Sancto producit res nouas omnes, conservat, gubernat, inde etiam omnia dona conferit ijs, quibus conferit in terra & in celo, inde premijs afficit, inde punxit, & ex singulis cape necessaria documenta.

Quartum Punctum. Considera qualis esse debet Persona tua, quales actus tui interni & externi ad D. Deum & creaturas relati, quanquam suscipis in te toties tales Christi D. Personam, cum talibus eius actibus, & resolute ad heroicam morum tuorum mutationem & conformatiōnem ad Christi D. mores.

SABBATO.

Post festum Corporis Christi.

De Anima & potentiis Christi in Eucharistia.

Primum Punctum. Considera substantiam Animæ Christi Domini, que se tibi dat in Eucharistia, & in hac anima intuere, quam sit dulce spectaculum Sanctissimæ Trinitatis & cur, deinde tuæ animæ substantiam cum ea confer, & inde collige dissimilitudinem & quod hinc nasci debet, scilicet confusionem, & desiderium Seraphicum, perfectissimæ confor-

titatis

imitatis & similitudinis cum Christi D. Anima
assequenda.

Secundum Punctum. Considera intellectum
Anima Christi Domini tibi se dantis in Eu-
charistia, circa quid se occupet, quantum se
occupet, quomodo, per quos actus: & con-
fer illum cum tuo intellectu ac eius actibus,
modisque tuorum actuum; alijsque circum-
stantijs: & ex singulis elicias necessaria docu-
menta, pro intellectus tui, eiusque actuorum
reformatione & conformitate cum Christi
D. intellectu.

Terium Punctum. Considera voluntatem
Christi Domini & eius actus, quid nimurum
dum in te est cum Eucharistia desideret, quid
oderit, quid amet, quo delectetur, quantum
quomodo, quo fine: & applicando ad tuam v-
tilitatem singula, introspicie, & confer tuam
voluntatem, cum tuis actibus, & te ei con-
formare stude.

Quartum Punctum. Considera perfectio-
nem Christi Domini Animæ & eius poten-
tiarum sitam in quinque rebus. Primo. In ple-
nitudine gratia sanctificantis. Secundo. In co-
pia supernaturalium habituum, Christi D. sta-
tui convenientium. Tertio. In donorum Spiritu-
tus S. (quæ sunt distinctæ ab habitibus virtutum
insularum etiam in nobis) abundantia. Quar-
to. In excellenti admirabili omnium actuorum
eius. Quinto. In infinitis meritis, quæ pro sua
gloria nostroq; bono habuit, vt, ex eius plen-
itudine nos omnes hauriremus abundè. Et ex
altera parte confer hæc quinque cum anima
tua & potentis tuis, vt agnoscas quām longè
distes, ac confundaris, & simul intelligas, quām
deberes esse Christo D. proportione quadam
simillimus, toties illū ita Sanctum, ita plenum
virtutibus, donis, perfectionibus, meritis, co-
medens & bibens. Cum ergo talis non sis,
causas inquire, dole, & emenda.

DOMINICA SECUNDA.

Post Pentecosten.

De Christi magna Cœna.

Primum Punctum. Considera fercula, quibus
te Dominus Deus pascit in hac cœna, per
Eucharistiam tibi à D. Deo porrigi solita. Sunt
autem primo tres Diuinæ Personæ: secundo Chri-
sti D. Anima: tertio Christi D. Corpus: quartò
ipsæ species Sacramentales Sacrofæctæ. Vnde
infer quantopere, hæc cœna superet omnia
coniuicium, quæ vñquam fuerū vel esse possent,
collatis in unum cumulum, omnibus Regum
omnium thesauris. Ideo extolle Domini Dei
liberalitatem, agnosc tuam felicitatem, & de-
fle rusticitatem, qui nescias estimare tale
coniuicium, eo quæ ita vita par est, frui.

Secondum Punctum. Considera mensam, in

qua haec pro te fercula parantur & apponuntur, scilicet: Altare Sacrosanctum, confer-
tatione Ecclesiastica, Sanctatum Reliquiarum
præsentia, cultu D. Dei & Sanctorum vario
sanctificatum, sanctius multo altariis vere-
ris Testamenti, & maiore respectu dignus,
quām esset mensa illa, cui Imperatores omnes
& Reges mundi assiderent. Cum quo ergo ho-
nore, compositione, attentione, ne quid inde-
corum faceres, affisteres mente tali Regum
mundi? An vero saltem cum æquali assistas
mensa Diuinæ, recogita, & prout inuenieris in
te tales actus, & propria ede.

Tertium Punctum. Considera modum, quo
ante eum huius cibi Diuinæ, ille parator, scilicet
à persona miro modo conferata, & mihi
habente potestatem transmutandi virtute
Diuinæ substantiam totam panis ac vini in
Corpus & Sanguinem Christi Domini vere
transmutante ista. Et cum Dominus Deus nulli
vñquam (ante Christi D. tempora) Sanctorum
dederit talēm potestatem, etiam dum dedit
vum mortuos suscitandi & alia mira patendi
obstupescit ob tantam, tui cauſa, liberalita-
tem, considerata præsertim vi illa Sacerdotis,
semper à sola eius voluntate dependente, quo-
modo nulla alia vis Sanctis concesserat, &
posita in eorum libera voluntate, vta quan-
do vellet, vi possent. Ideo effunde viceræ-
nimæ tuæ, & quicquid habes & potes D. Deo
tuo tam liberali largire, & quodammodo te
transubstantia in id quod ipse à te exigit, non
tam propter bonum suum, quo non indiget,
sed propter bonum tuum.

Quartum Punctum. Considera condi-
ta huius Cœna, quæ sunt Amor eternus &
infinitus, qui D. Deum adegit ad parandum tibi
tale coniuicium, & gloria obiectiva infinita ad
eius visionem beatificam assequendam data
sunt tibi hæc fercula: merita infinita, quæ tibi
cum Christo D. manducato in Eucharistia, tali
modo finito applicantur, si rite accedas ad
hanc cœnam. Ex quibus collige, quo modo, &
qua morum emendatione deberes sibi hoc
coniuicium.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam secundā post Pentecosten.

*De membris Corporis Christi in
Eucharistia.*

Primum Punctum. Considera manus Christi
Domini, quas in Eucharistia sumis que
quanta, quām mira, quam utilia fecerint, per
triginta tres annos vitæ & amplius: quibus in
rebus se occuparint, quid tui causæ pascit sint,
& hinc elice documenta, pro legitimo via ma-
num tuarum necessaria.

Secondum Punctum. Considera lingam Chri-

Si Domini quomodo ea vsus fit in edendo, bibendo, loquendo cum hominibus, orando vocaliter, cantando, spuendo: & confer tua linguae actus, ut corrugas corrigenda, & Christo Domino te conformat.

Tertium Punctum. Considera nunc Christi Domini membra in Eucharistia eti verè sint inter se ita connexa & disposita, uti esse debent, tamen quia sunt sine extensione in ordine ad locum, sed ita ut in ea parte loci, in qua est caput, vel oculus eius, sint etiam omnia reliqua membra, idque in qualibet minima particula hostie consecratæ, ut ita non tantu se totum tibi traderet edendum in Eucharistia, sed quodam modo infinites totum se daret; quia innumeræ particulae hostie assignari possunt, in quantum singulis, totus est ille. Quid ergo retribues Domino, qui se totum tot modis tribuit tibi? Adora & ama hanc D. Dei in te se effundentes profusam & prodigam sui liberalitatem, & gratitudinis affectu correspondenti, & se per opera digna tali dono demonstranti, redama tam admirabilem Benefactorem tuum.

Quartum Punctum. Considera alias aliorum Christi D. membrorum actiones: pedum incessum, motum, compositionem, & hac idæ reforma similes tuas actiones.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam secundā post Pentecosten.

De presentia eibi Eucharistie.

Primum Punctum. Considera causas ob quas nobilior est Eucharistie cibus omnibus exculentis & poculentis quæ D. Deus & Creator rerum omnium creavit, & suppeditat hominibus in vniuerso mundo. Vnde disce, si homines tantum laborant & patientur, ne fame & siti percant, cibumq; ac potum adeò auidè expectunt & quærunt, quid tibi faciendum & patientendum sit pro Eucharistia data, & quam ardenter desideranda.

Secundam Punctum. Confer Eucharistiam cum manna & aquâ Iudeis è petrâ excussâ in deserto. Et agnità illius maiore excellentiâ præ his, vide quam Iudæi moderni sint exacti in observatione suarum ceremoniarum omnium, quam sint vnti & se tueantur, eti premantur tollaboribus, molestijque Christianorum, eti viuant sine Rege, sine Sacerdote, sine Sacrificijs, sine arca, sine templo, & tutot auxiliis freatus internis & externis, quam facile violas leges D. Dei & Religionis. Ideo confundere, desfessum nequitiam, & firmiter te resolute ad vitam mutandam.

Tertium Punctum. Confer Eucharistiam cum subcinericio pane & aquâ per Angelum Eliæ allatâ, ut ambularet in fortitudine cibi illius

Lancicij Opus. Tom. 2.

quadraginta diebus & noctibus. Et agnità maiori præstantiâ Eucharistie, causas inquire, cur tam debilis sis in via spirituali, cur nil progrediari, cur facile vincaris à leui sensuum oblectamento, & dæmoni des manus. Et causas agnitas in posterum deuita.

Quartum Punctum. Confer Eucharistiam cum cibo, Danieli per Angelum, cum Abacuc in foueam Leonibus plenam demissio. Et perpende te esse in periculoso statu huius mundi, quam fuerit Daniel, & maiori te beneficio per Eucharistiam affici, quam sit affectus Daniel. Si ergo Daniel incredibili affectu, & tunc & postea, ob hoc etiam beneficium coluit D. Deum suum, & quanto maiori affectu teneris colere Dominum Iesum tuum, ita se tibi per se cominunicantem. Vnde exclama sicut exalmauit Daniel in lacu: *Recordatus es mei Deus, & non dereliquisti diligentes te.* Et quod pius suggeret affectus, Domino tuo offer, pro tanto beneficio eius.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam secundā post Pentecosten.

De effectibus Eucharistie.

Primum Punctum. Considera Christum D. in Eucharistia tibi dari ut Regem ac Dominum tuum, cuius voluntatem ita debeas exequi, uti exequuntur vilissima mancipia iussum Regis: deinde nō debere te vivere splendidiūs, quam Rex tuus vixerit. Tu an in his duobus imiteris morem seruorum & mancipiorum, respectu Dominorum & Regum suorum vide, & desle mōres tuos, ac emenda. Hoc enim in te debet præstare Eucharistia, ut te non nomine sed re & factis efficiat verum seruū Christi D. conformem moribus, & vita huius diuinissimi cibi.

Secundum Punctum. Considera Christum dati tibi ut Benefactorem. Considera ergo quodrum donorum incrementum in te sensus, ex tam frequenti huius Benefactoris aduentu. Quod si nulla vel pauca in te eius dona vides, causas inquire, & impedimenta, eaque submouere stude ex animo.

Tertium Punctum. Considera Christum Dominum in Eucharistia dati tibi ut Medicum. Considera ergo, an morbitui, id est peccata minuantur in te, tam frequenti huius medici sumptione. Item, an dispositiones ad spirituales morbos, id est motus inordinati passionum tuarum, in te sedentur magis ac magis. Item, an reliquæ morborum tuorum, scilicet habitus præui, malis aëribus acquisiti, in te minuantur. Et ex omnibus his ponderatis, resolute te ad ea, quæ Spiritus sanctus suggesterit.

Quartum Punctum. Considera te Christum

Ttt 2 Do-

Dominum in Eucharistia suscipere tanquam cibum animæ tuae. Perpende igitur an in tentias illos effectus, quos in corpore efficit eibus. Item, an te ita geras, ante & post, erga Eucharistiam, sicut te geris erga cibum ante eius sumptionem, & in eius sumptione, & ex singulis cape necessaria documenta, pro motuum tuorum reformatione.

IN OCTAVA CORPORIS CHRISTI.

*De affectibus erga Sanctissimam Euc-
haristiam necessariis.*

Primum Punctum. Considera quo affectu reverentiae digna sit Eucharistia obsea, que in se continet, & quibus modis iste erga eam effectus demonstrari debeat, & demonstratus sit ab Apostolis, tum Christo Domino in carne viuente, tum postea ab Angelis, à Sanctis, immo quandoque à bestiis. Tu vide quomodo te geras quoad hoc, & emenda defectus prius bene defletos.

Secundum Punctum. Considera quo affectu gratitudinis debras prosequi hoc beneficium, ponderata beneficij magnitudine, ex re ipsa, ex animo donatis, ex fine, ex effectibus quos potest conferre: & ex altera parte, ponderata gratitudine hominum etiam. Ethnicorum, in respectu beneficii, benefactoribus suis. Et horum saltem exemplo motus, propone serias resolutiones, quibus tuam erga Christum D., gratitudinem demonstres.

Tertium Punctum. Considera quo amoris affectu ardore debeas erga hoc SS. Sacramentum, consideratis omnibus motuis amoris, scilicet bono honesto, utili, & iucundo, eoq; vero non fucato. Item considerato amore quo Eucharistia est ab æterno destinata, prote, & in ultimâ coenâ instituta. Item considerato amore D. Dei quo in Eucharistia ardens, optat te sibi reddere quam simillimum, & quoad gratiam & quoad gloriam æternam. Et reflecteo ad te, ea statue, quæ postulat æquitas & Christi Domini Iesu erga te tantus amor.

Quartum Punctum. Considera quo imitationis affectu, Christum D. in Eucharistia exhibare debeas. Potes autem in eo imitari hęc. **Primo;** quam multas & grates iniurias toleret à se blasphemantibus, ab indignè communicantibus, nullum tamen vindictæ effectum ostendit, immo ne quidem signum. **Secundū;** quomodo nunquam deseruerit ob hominum peccata, & sui obliuionem) species Eucharistie, quibus se præsentem constituit post consecrationem, quamdiu species illæ manent. **Terzū;** quomodo etiam voluntati Sacraelegi Sacerdotis consecrantis hostiam obedit, statua se

sistens speciebus, post prolatæ consecratiois verba. **Quarto;** quomodo non degeneratur vilissimum hominum os sapè factens, sapè mortidum, sic etiam lordidum stomachum ingredi hominum causā. **Quintū;** quomodo quicquid Dominus Deus in sua natura Divina & humana habuit, totum tibi dat in Eucharistia. Et ex singulis decerpere varia similia, qua imitando, & in motibus tuis extinxendo, Christo Domino refundas, eisque te conformes.

FERIA SEXTA

Post Dominicam secundā post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera excellentiam Sacrificij Missæ, ex parte rei, quæ in ea offeritur, scilicet Corporis, Animæ & Sanguinis Christi D. & pondera trium harum rerum præstantiam, tum naturalem tum supernaturalem, sigillatim vniuersaliterque. Vnde sequuntur, numquam ante rem villam D. Deo fuisse oblatam, ita excellentem, & ita caram, Gratias age D. Deo, qui homines fecit reitam excellentem oblatores, & cogita, quomodo re deceatassere tali Sacrificio, & grauele pro tanto beneficio Diuino, quod tam sapè offers Diuinæ Maiestati, per te vel per Sacerdotem, & magnâ spe tuae salutis reple animam tuam, pro quâ sanctificandâ & saluanda te D. Deus fecit participem rei tam extinxit, & sibi adeo accepte.

Secundum Punctum. Considera excellentiam Sacrificij Missæ, ex parte modi quo pergitur, scilicet cum transubstantiatione panis & vini, in Corpus & Sanguinem Christi D. cui transmutationi nulla vinciam fuit antea similis in mundo, & quæ magis mira & difficilior est, quam mortui reuocatio ad vitam, quam caci illuminatio, quam alia omnia miracula preterita. Admirate Diuinitati clementiam quæ pro bono tuo, vel tibi, vel tui similibus, tam mirabilem concredit functionem. Gratias eiage, & factis ostende te gratian.

Tertium Punctum. Considera excellentiam huius Sacrificij, ex parte rei quam significat, scilicet Passionis Christi, quam repræsentat, & cuius est viaa commemorationis. Cum enim Passio Christi D. sit summum beneficium, & res omnium maximè stupenda, quippe pro tam vilibus creaturis suscepta, ex extremo amore nostri, & desiderio nostræ salvationis, est excellensima repræsentatio in hoc Sacrificio, id est tenebroso mentis affectu, recolare tantu[m] beneficij memoriam, dum Sacrificio interelle contingit. Quod an, & quomodo facias vide, & facere diligenter stude.

Quartum Punctum. Considera excellentiam huius Sacrificij, ex parte eius cui offertur. Adeo enim est extixum, vt non licet illud cura summum scelus, alteri offerte quam sole Domi-

XXI. DE PIIS ERGAE VM ET SS. AFFECTIB. 783

D. Deo, ne quidem Beatissimæ Virgininæ quidem Christi D. Humanitati, ne quidem Sanctis omnibus & Christi D. Humanitati simul sumpcis. Pondera hoc, & penetrare stude quantum licebit, ut concipias maximam opinionem, de huius Sacrificij præstantiam. Et vide, cum quanto affectu deuotionis & amoris Divini, debeas illi interesse, vel illud offerre, & si quid hac in parte delinquis, emenda.

SABBATO.

Post Dominicam secundam post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera valorem huius Sacrificij: valor enim eius est tantus, quantus est valor omnium Christi D. meritorum & Passionis eius, cuius effectus & fructus applicantur per hoc Sacrificium, viuis & mortuis: Viuis quidem, scilicet, conuersio peccatorum, iustificatio impiorum, progressus in Sanctitate iustorum, Dona omnia Spiritus Sancti quibus iusti ornantur, confirmatio in gratia, perseverantia finalis, auxilia gratiae, coelestis gloria, & varia beneficia naturalia. Mortuis, diminutio penæ, & liberatio ab illâ, & glorificatio, & quoniam pro quantitate deuotionis offertentium, hoc Sacrificium hos effectus confert, da operam ut illi interris, vel illud offeras, cum summa quæ pates deuotione, quam an adhibeas, vide, & tuam tepiditatem, si quæ est, excute.

Secondum Punctum. Considera reuerentiam & affectum cum quo Sancti Viri, huic Sacrificio adstabant, vel illud offerebant, maximè S.P. Ignatius qui totus inflammabatur, & diffluebat in lachrymas, & præ fero re intensissimæ deuotionis & amoris erga D. Deum, Spiritu intercluso, loqui non poterat. Sic etiam S. Franciscus Sacrum audiebat ita deuotè, ut alij eo viso tunc, compungerentur. Confer modum tuum quo Sacrum audis vel dicis, de fide tuos effectus, & motuis aliquot te excita, ad summam reuerentiam & deuotionem.

Tertiū Punctum. Considera varias necessitates viuorum & mortuorum quæ expolunt auxilia huius Sacrificij. Cum autem sis membrum eiusdem Ecclesiæ, & confrater eorum, vide quā ardenter, quām diligenter su tibi hoc Sacrificium, vel per te, vel per Sacerdotem offerendum, vt tuis fratribus, viuis & mortuis, efficaciter profis.

Quartum Punctum. Considera gustum, quem Sanctissima Trinitas percipit ex oblatione huius Sacrificij. Est enim omnium oblationum maxima & perfectissima, perfectior ex naturâ, quām actus amoris Beatorum erga D. Deum in celo. Gusta animo suavitatem huius oblationis, odora odorem suavitatis, quem

Lancij Opus. Tom. 2.

hæc Sacra immolatio Agni immaculati, in celis diffundit coram throno Diuinæ Materis: idèo æquum est, ne hanc suavitatem & odorem iucundissimum, tuis defectibus in audiendâ Misericordiâ ac dicendâ, quodammodo minuas, & permisceas, quin potius da operam, ut quod habet hoc Sacrificium ex se, & in se, etiam ex parte tuâ habeat proportionatam tuorum actuum, in eo dicendo vel offerendo perfectiōnem.

DOMINICA TERTIA.

Post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera modum quo appropinquabant ad Dominum Iesum publicani & peccatores, ut audirent illam, quo scilicet mentis affectu, quo desiderio, quo amore, quid cogitando, quâ externâ compositione: & deinceps aliqua ad imitandum, & in te exprime, dum appropinquas ad eundem in SS. Eucharistia te docentem & paſcentem.

Secondum Punctum. Considera affectum internum, quo Christus Dominus exceptit peccatores, & publicanos ad se venientes, et si summo odio prosequetur eorum peccata. Ex altera parte examina, quo affectu excipis alios, qui te non ita offenderunt, ut Christum Dominum publicani suis peccatis, & pondera, an non deceat te maiori benevolentia affectu omnes tales excipere, praesertim cum totes Christum D. in Eucharistia recipias, quæ est symbolum charitatis & unitatis, cui tui rancores, auerſiones, vindictæ, detractiones & similia valde repugnant. Simul etiam agnosce Domini Dei beneficium maximum, & gratias age, quod te tanquam publicanum quendam, ad se vocauit & adduxit.

Tertiū Punctum. Considera murmurationem iniquam Pharisæorum & Scribarum dicentium, quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis: quasi dicerent; Indignis exhibet hanc benevolentiam: vel certè non benè facit, quia cum istis conuersatur, quia illos ad se admittit. Examina te, ne forte in alio genere alios ita condemnes ac murmures cum D. Dei offendâ, sine ullo fructu, sed cum damno tuæ conscientiæ, & si quid est emendandum in te, emenda.

Quartum Punctum. Considera felicitatem tuam, cui Christus D. ipse vltro se offert & appropinquat in Eucharistia, idque tam sapientè, non mortaliter (qualem se exhibebat mortalibus istis) non sine completo meritorum, suorum (quæ antè eius mortem actu suscepimus non erant completa) sed plenis meritissimis, sed gloriis, sed dona sua cœlitus tibi largiens, & locum tibi in cœlo parans, & non tantum loquens tibi per internas inspirationes, sed te paſcens & potans proprio Corpore &

Tet 3 San-

Sanguine, quod illis publicatis non fecit. Admirare eius clementiam, gratias age, extolle, & factis gratitudinem ostende.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam tertiam post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera D. Dei amorem erga genū humānum, quia relictis nonaginta novem ouibus in deserto, tot scilicet spiritibus Angelicis sine auxilio, pro te que cētēsimā descendit, & quidem cum tanto dāmo suo, per triginta quator annos in carne pāssibili tam multa tolerans, etiam si & naturā & grātiā quam habuerunt aliquando, & omnibus alijs rebus, Angeli te essent nobiores. Admirare D. Dei benignitatem & gratias age, & quia per te non potes, ut deberes, inuita Angelos bonos, ut tecum ardētiores agant gratias.

Secondum Punctum. Considera finem, quem Christus D. habuit descendendi tui causā, cum tanto incommodo suo, & vide, quomodo coopereris Christi D. intentioni, quomodo id procures, cuius causā ille descendit, & tam multa tuhac fecit, & proficere stude, ac tuam sorrem desle, qui D. Deo tuum bonum quārenti, non correspōndas.

Tertium Punctum. Considera causas, ob quas D. Deus reliquit sine auxilio malos Angelos, qui tantū lēmel eum offendērunt, te autem, quem praeuidit cum aliis hominibus sapientē & grauius peccaturum, adiuuare voluit, & ad magnum D. Dei amorem ita te excita, & ad ingentem gratiarum actionem, verbis & factis exhibendam.

Quartum Punctum. Considera mira illa Christi Domini verba: *Gaudium erit in celo, super uno peccatore paenitentiam agentem, quam supra nonaginta novem iustos, qui non indigent paenitentia: & ex eorum ponderatione, in D. Dei amore cresce, & proficere stude.*

FERIA TERTIA.

Post Dominicam tertiam post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera fructum vitæ bonæ: *Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, habet vitam eternam, & in iudicium non venit, sed transīt à morte ad vitam.* Verbum autem Christi Domini duplex est: Præcepta & Consilia: quibus accedunt interna D. Dei inspirations, & externa aliorum etiam æquationis monita bona: quam magnum autem sit, habere vitam eternam, non venire in iudicium, transisse à morte in vitam, pondera, & quomodo verba Christi D. audias, inquire, & quid sit tibi faciendum cognosce.

Secondum Punctum. Considera causas ob quas Pater æternus potestatem dedit Christo iudicium facere.

tium fatē, quia filius hominis est. Cur hec filia, iudicariam ei potestatē conciliavit? Forēte, quia in præmīum eius laborum, dolorum operum Sanctorū, id affectus est. Hinc agnolē D. Dei liberalitatem, in remuneratione beneficiorum: excita te ad illa, & vide an me rearis talia præmia.

Tertium Punctum. Considera fructum Religiosi status, siquidem similem iudicariam potestatē Religiosis promissam, et si non apud excellentem, scintis ex Sancto Euangeliō. Quanta sit ea dignitas pondera, conferendo eam cum iudicariā hominum potestate. Cum ergo homines ad eam euecti, soleant eos, per quos euecti sunt, & amare & colere, & bene de eis mereri, quid te decet facere erga D. Deum, à quo altum in locum euectus est?

Quartum Punctum. Considera diversas fines iudiciorum D. Dei: Procedent qui bona egerunt in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Tu introspicie statum conscientiæ tuae, cum præteritum, cum presentem, ex quo coniecturam facere possis de futuro, & agnoscere, quid tibi sit sperandum, & quid praestandum, ut rebus tuis benè consulas, eorumque sis è numero, qui procedent in resurrectionem vitæ.

FERIA QVARTA.

Dominica tertia post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera in illis Christi D. verbis: *Non possum ego à me facere quidquam, expressas duas doctrinas ad te spectantes, humilitatis & obedientiæ. Humilitatis quidem, quæ in te hinc oriri debet, quod virtus tuis sine D. Dei auxilio assiduo, nihil profici possis. Obedientiæ vero, quia D. Deo per vota mancipatus, ita vivere debes, ut à te ipso nihil facias, immo quodammodo ne facere quidem possis. Vide itaque quomodo fetues has doctrinas, scrupuleue debeas.*

Secondum Punctum. Considera iudicium de te Domini Dei à te pendere. Dicit enim Dominus: *Sicut audio iudico, & iudicium meum inflatum est.* Audit autem non tantum verba tua, sed etiam desideria, & opera, quæ habent voces suas, D. Deo notas. Inquire igitur in has voces triplices tuas, & agnoscere, quale de te iudicium formet D. Deus, & quid tibi faciendum sit, ut bonum de te ferat iudicium.

Tertium Punctum. Considera officium boni Religiosi, Christi D. verbis significatum: *Non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.* Quod quomodo adimplas, inquire, discurrendo per singula, & si quid est corrīendum, corrige.

Quartum Punctum. Considera causas, ob quas decet te vitare omnem, quantum fieri potest exculcationem, & famam tuarū apud delitoscos.

neficos defensionem (nisi vbi rei æquitas vel Superiores id exigunt) & tibi in hoc sensu applica illa Christi D. verba: *Si testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum.* An autem ita te geras vide, & Christo D. te conforma, qui accusatus, se non defendebat.

FERIA QVINTA.

Dominica tertia post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera causas, ob quas quærenda sit tibi bona opinio de te D. Dei, ut cum Christo D. dicere possis: *Alius est, qui testimonium perhibet de me, & scio quia verum est, testimonium quod perhibet de me.* Inter causas autem vna sit hæc, quod hominum testimonium, sive de ingenio, sive de profectu in literis, & probitate, sive de talentis naturalibus alii sive adeò expetas. Nonne testimonium D. Dei, de virtute tuâ, & certius, & utilius est? Hoc pondera, & quid te deceat. Vide.

Secondum Punctum. Considera optimum modum placendi D. Deo, esse bona opera. *Opera que facio, testimonium perhibent de me.* Expende opera tua præcipua, finem, modum aliasque eorum circumstantias, & an sperandum sit ab iis, bonum de te testimonium, coram D. Deo, examina, & quæ sunt corrugenda, corrigere.

Tertiuum Punctum. Considera uitates varias, cum Meditationis, tum lectionis Sacrarum Scripturarum, & tibi quoque sano modo intelligendo, dictum puta. *Scrutamini Scripturas: tum ob taam & aliorum instructionem, & eruditionem necessarium intellectus, tum ad variam excitationem affectus ad pietatem.* Quomodo autem te geras hac in parte inquire, & otio excusso, da operam, vt literas Domini tui ad te diuinitatis missas, pio animi sensu sapè & diligenter euoluas.

Quartum Punctum. Considera an & quo affectu quæras Christum D. ne forte tibi quadret illud dictum à Christo D. *Non vultu venire ad me, vi vitam habeatis.* Qui enim non vult Christi D. humilationem, contemptum sui, fogam otij, labores, persecutions, incommoda imitari, non vult ad eum venire. Tu an sis talis examine te, & ad Christum D. factis accedere stude.

FERIA SEXTA.

Dominica tertia post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera quærum utile & necessarium sit, perfecto Christi D. imitatori, hominum fauores non querere, vt verè cū Christo D. possit dicere: *Claritatem ab hominibus non accipio: Quod an tibi conueniat, vide, & Christo D. te conformare stude.*

Secondum Punctum. Considera nē tibi conueniat Christi D. exprobratio contra Iudeos prolatu: *Cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in robis.* Quod agnosces ex duobus. Primi, ex observatione eius præceptorum. Secundi, ex affectu erga illum, si talis est, qualem habes erga alias creaturas. Quod perpendendo, excita te ad ardorem D. Dei dilectionem, & si hactenus hac in parte aliquid ubi defuit, acquirere stude.

Tertiuum Punctum. Considera quærum stultum sit, & sapè noxiū, esse illorum è numero de quibus dici possunt Christi D. illa verba: *Gloriam ab iniuvem accepimus & gloriam quæ à solo Deo est, non queritis.* Quorum an sis è numero, vide, & ne sis procura.

Quartum Punctum. Considera peiorem conditionem malorum Religiosorum quæ fuerit iudeorum. Nam si Christus D. illis minatus est accusationem Moysis, quia Christi D. doctrina non crediderunt, plures accusatores habebunt mali Religiosi, omnes scilicet eos, quorum scriptis, monitis, exemplisque debent excitari ad fidem in Christum D. viuam, factis demonstrandam, & ad perfectam eius imitationem. Quare consideratis rebus his, da operam, vt omnes Religiosæ vitæ Doctores, tui habeas laudatores, & adiutores in cælo, non accusatores.

SABBATO.

Post Dominicam tertiam à Pentecoste.

Monstra te esse Matrem.

Primum Punctum. Considera primum modum quo Deipara potest se ostendere Matrem, esse, vt se nobis ostendar Matrem Dei, quod re ipsa illa fecit, cum Christum D. peperit, & representatiuè facit, cum celebramus annum memoriam Nativitatis Christi D. qui quoniam futurus est ob carnem assumptam frater noster & Redemptor, ac Sacerdos pro nobis D. Deo satisfaciens, & Iudex noster, & idæ ac exemplar vita nostræ, meritò optandum est nobis, vt eum Virgo Sanctissima pariat, per quem tot bona in nos deriuabuntur, tanquam à fratre nostro, tanquam à Redemptore nostro, tanquam à Sacerdote & Iudice nostro, ac exemplari omnis sanctitatis, quos Christi D. titulos & officia ponderans, excita in te ardens eius spiritualis aduentus desiderium.

Secondum Punctum. Considera secundum modum quo Beatissima Virgo est Mater, scilicet quia est Mater nostra, dum nos tanquam filios Dei adoptiuos amat, & tanquam filios adoptiuos fouet: dum ergo hoc modo petimus, vt sit Mater nostra, petimus vt nos suis precibus

& meritis faciat Dei filios adoptivos, & in hac adoptione conseruet, quæ adoptio sita est in participatione gratiæ iustificantis, cuius præstantia, necessitate ad salutem, & utilitate ponderata, agnoscet quantum beneficium sit, esse filium talis Matris ideoque ardenter desidera, ut semper sis adoptivus D. Dei & huius Matris filius, idque pro tua parte procura.

Tertium Punctum. Considera matris esse munus, genitum filium educare & bene instituire, utrumque Deipara præstare solet his, qui sunt digni, & eius educationi ac institutioni cooperantur: quod an facias vide, & si quid corrigendum est, corrigere.

Quartum Punctum. Considera Matres, bonis filiis benè educatis & institutis relinquere haereditatem certam. Nostra quam speramus haereditas, cœlum est. Huius beneficij magnitudine ponderata, excita in te ardens eius studium, ac mediorum ad illud assequendum, & impedimentorum ad illud submontandorum: ad quæ omnia ut iuuet Deipara, ardenter pete, ut se tibi Matrem ostendat, & faciat te viuere, sicuti decet filium tanti Patris, & tantæ Matris.

DOMINICA QVARTA.

Post Pentecost. Luce. I.

Primum Punctum. Considera pium affectum turbæ simplicis, quæ irruerat in Christum D. vt audiret Verbum Dei. Tu examina te, an tali affectu cupias audire Verbum Dei, & in templis & domi, & in librorum Spiritualium lectione: & annotatis defectibus, eos fugere stude.

Secundum Punctum. Considera an illo affectu cupias manducare in Eucharistia Verbum Incarnatum Dei, quo turbæ illæ, verbum eius creatum, & ex sono efformatum, audire cupiebant, cum tamen plura & maiora habeas motiva, ad eius ardenter desiderium. Confundere, dole, & te emenda.

Tertium Punctum. Considera Christum D. stantem secus stagnum Genezareth: deinde modum quo ascendit in nauim Simonis, & cum internos eius actus, quibus beata eius anima occupabatur, tum situm externum corporis aspice, & factâ ad te reflexione proficere stude.

Quartum Punctum. Considera Christum D. de nauicula pusillum à litora reducâ, turbas docentem: & imaginare Christum D. ex sarcra pixide & Eucharistia te docentem, & quid te doceat, & quomodo, attende, & gratias ei æctis, excita te ad executionem omnis eius doctrinæ.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam quartam Pentec. Luce. I.

Primum Punctum. Considera in illis Christi, cum Christi Domini monitu, te ad altitudinem perfectionis excitans, simul etiam causas quæ te ad hoc adiungunt. Quomodo autem perfectioni assequenda es operam, vide, & quid deest, adhibere stude.

Secundum Punctum. Considera desiderium, quod D. Deus habet, viuendi nos in altissimâ perfectione positos. Quod agnoscet ex mediis, quæ ad eam tibi dedit, tum communibus tuis propriis Ordinis tui, præsertim Christi Domini Incarnatione, morte, Eucharistia, aliisque Sacramentis, & facilitate crescendi in Dei gratia & virtutibus, & ex singulis decerpere necessariam tuorum tuorum renovationem.

Tertium Punctum. Considera perfectionis A. apostolicæ plenitudinem exigere, ut alios quoque Christo D. fueritis, tibiique ab eo dictum puta: *Laxate retia vestra in capturam.* Quod quomodo & cum domesticis (quos etiam verbo & exemplo Christo D. capite potes) & cum externis præstes, vide, & si quid sit emendandum, emenda.

Quartum Punctum. Considera omnium omnium statuum homines, quomodo sui status perfectionem assequi concentur, & verè siid possint, assequuntur, ut tamen rem maioris momenti negligis. Confundete itaque vchenemter, & te emenda.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam quartam Pentec. Luce. I.

Primum Punctum. Considera exiguum profectum tuum, in gratia & virtutum acquisitione, ob quem verè dicere potes cum Simone: *Præceptor: non tantum per totam noctem, sed per tot annos, laborantes, nihil cepimus.* Igitur deplora tuam socordiam, & te excita ad profectum.

Secundum Punctum. Considera internas & externas causas, ob quas per tot annos, parum vel nihil profecisti, immò fortè imperfectior es, quam fueris in tuo tyrocinio, & deflexis illis te emenda.

Tertium Punctum. Considera sine D. Deianario te non posse proficere, sed opus esse, ut eius verbo laxes rete tuum. Ideo deliberabis, quid tibi sit faciendum, quid vitandum, ut efficacia auxilia sua, D. Deus tibi suppeditet, & ea imprimere conare.

Quartum Punctum. Considera charitatem Discipolorum Christi D. qui vocati à locis ad trahenda

Irrahenda retia pescibus plena, subito accurrent & iunerunt, & duas nauiculas pescibus impleuerunt. Hoc non faciunt, qui labores su-
giunt: qbi confessionum occasiones alii offe-
runt, ipsi se subducunt: qui fratres auxilio eg-
tes non subleuant. Talis an sis vide, & da ope-
ratam, ne sis talis.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam quartam à Pentecoste.
Luc. 5.

Primum Punctum. Considera reuerentiam Christi D. exhibitam à Petro, qui vīsa copiosā pīscīs captiōnī multitudine, Christi D. verbo adiuuante, procidit ad genua D. Iesu. Hic vide, an eo affectu reuerentiaque & extremitate situ quo Petrus, Christum D. adores, et si maiora percipiās quotidie, immo semper, ab eo beneficia, quām fuetint pīscēs illi capti, & si quid sit emendandum, emenda:

Secondum Punctum. Considera humilitatem Petri dicentes: *Exi à me Domine, quia homo peccator sum.* Gratias age pro hac humilatione, eam tibi ut impetret, ora. Et, quoniam conscientia tuorum peccatorum maiorum & plurium, non quidem roga, vt à te Christus D. exeat, sed vt ea exeat, Christo D. ingresso, & ob ea admissa, te infra pedes Luciferi repone, qui nec tam grauititer, nec tam sāpē, nec post tanta beneficia, Dominum suum offendit, vt tu offendisti.

Tertium Punctum. Considera Christi D. responsū Petru datum: *Noli timere: O quam suauia sunt verba ista. O vtinam dignus sis, ea quoque ut tibi conueniant.* Ideo quid te opōret te facere, iis vt sis dignus, vide, & id procura.

Quartum Punctum. Considera aliud Christi Domini dictum: *Ex hoc iam homines eris capiens: O quam gloriōsum est, Christo D. capere homines, pro quibus animam suam posuit, cœlum & omnia alia creavit.* Quo autem studio te aliis capiendis impendas, vide, & proficere studie hac in parte.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam quartam à Pentecoste.
Matth. 12.

Primum Punctum. Considera paupertatem Discipulorum Christi D. qui cum eflurirent, cœperunt vellere spicas & manducare. Nullæ querimoniae auditæ, contra hanc egestatem, aut contra Christum D. alitumne. Tu examina te, quomodo te geras, dum in cibī porfusæ substantia aut quantitate, aut qualitate, aliquid tibi deesse putas, & an ad hanc Discipulorum Christi D. egestatem peruenieris, & ea proime

erga D. Deum, quæ pius suggererit astētus, iti detestationē tuarum querimoniarum, & in emendationem sensualitatum.

Secondum Punctum. Considera bona quæ ad fert vīctus tenuis & pauperibus accommodata, & ita te excita ad eum, quantum tibi licet, prō vita tua ratione.

Tertium Punctum. Considera cur Christus Dominus, qui vt turbas pascet, non semel miraculosē panes & pīscēs multiplicauit, hoc attem in solorū Discipulōrum gratiam non fecit, et si nil protius panis haberent, & hiūc proficere stude.

Quartum Punctum. Considera scandalizatos Pharisaeos ob hanc spicatum in Sabbato confiricationem quasi contrariam legi D. Dei deferrendo Sabbato: Vnde detestare facilitatem scandalorum, & examina te, ne forte etiam tu offendaris rebus, quibus nō deberes; & si quid sit corrigendum in te, corrige.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam quartam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera in homine habente manuum ariditatem, in eo sitim, dum quis opera sua habet frēdata peccatis venialibus, & raro edit opera digna præmio æternō. Tales an in te sint, vide, & tales si in te sunt manus, deplora eas, Christum D. quare medicum & sanitatem.

Secondum Punctum. Considera quām magna & quām deploranda sit cœcitas & stoltitia eius animæ, que cum possit D. Deo adiuuante semper opera digna præmio æternō elicere, non elicit, sed raro & segniter: sicut stultus habetur secularis mendicus, qui cum posset esse diues, esse noller, & sancta auaritia accende cor tuum, vt deinceps totum te dedas, acquirēdis sine intermissione, quoad eius fieri potest, amplissimis meritorum & præmiorum cumulis.

Tertium Punctum. Considera causas quæ te impedit, ne ita crescas in perpetuo augmento operum vita æternā dignorum, easque amouere stude.

Quartum Punctum. Considera media quæ habes, ad hoc augmentum & perpetuum incrementum gratiæ & futuriæ gloriæ, & quomodo ea adhibeas inquire, & defectus si qui sunt, amputa.

SAB-

S A B B A T O.

*Post Dominicam quartam à Pentecoste.**Sumat per te preces.*

Primum Punctum. Considera quā magna excellentia sit Deiparæ, quod sit aptissima ad offerendas Sanctissimæ Trinitati nostras preces, quod agnoscet ex Regum Curis, in quibus maximo sunt in honore iij, qui creduntur multum gratiâ valere apud Reges ad impetranda ea quæ petunt: & quoniam Beatissima Virgo plus valet apud D. Deum, quā omnes Sancti, ideo per eam preces offerri nostras, maximè expetendum est. Gratulare haic Virginis, quæ tam multâ apud D. Deum pollet gratiâ, pete ut ea vtatur in beneficium tuum, & eam imitari stude, quo possis & tu aptus es, ad offerendum cum fructu tuas & aliorum preces.

Secondum Punctum. Considera causas, ob quas sperandum tibi sit, preces ad D. Deum tuas esse offerendas per Sanctissimam eius Matræ. Primo ipsius B. Virginis amor erga nos, tanquam erga filios Dei. Secundò Amor erga Ordinem nostrum. Tertiò Amor erga multis fratres nostros, valde sanctos, quibuscum vniuersi sumus, eiusdem Religionis vinculo. Quartò Amor Christi: D. gloriae, quæ propagatur, dum nostra preces exaudiuntur. Quintò conformitas eius cum D. Dei voluntate, qui vellet nos perfectissimos, & plenos donis quæ ab eo petimus: ideo spe magna exauditionis concepta, duotum habeas rationem. Primo, ut sapè & seruenter eam inuoces, petens ut preces tuas offerat Domino Deo: Secundò, ne peccatis preces tuas fades.

Tertium Punctum. Considera precum tuarum quas offerri D. Deo cupis per Beatissimam Virginem conditiones, scilicet quo animi ardore fiunt, quo fine, quā diligentia, quā morâ temporis, quo situ exteriori & decentiâ, quā sensuum custodiâ, ut annotes defectus resarcandos.

Quartum Punctum. Considera causas, ob quas B. Virgo cito & faciliter unius preces offert D. Deo quā alterius, reuocatis in memoriam tum Ecclesiasticis exemplis tum rationibus variis: & ea adhibere ad preces tuas stude, quæ possunt illas reddere valde B. Virgini & Sanctissimæ Trinitati acceptas.

DOMINICA QVINTA.

Post Pentecosten. Matth. 5.

Primum Punctum. Considera necessitatem magnam acquirendæ magnæ iustitiae coram

D. Deo, à Christo D. indicatam: Amen dico vobis, nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scriberemus. & Phariseorum non introibitis in regnum celorum: Pharisei erant qui ceteris sanctiores habebantur, & ieiunis & Orationibus dediti, & legis exæsti obseruatoris, eorum erant plurimi. Tu autem & quomodo eorum superiores iustiam, vel potius seculiarum bonorum, perpende, & supera re stude.

Secondum Punctum. Considera ira dampnum: Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicij; an irascaris, quā leues ob causas, quā sapienter ob nullas, quā grauitate, examina te, & pondera grauitatem Diuini iudicij, quod ira restringatur, defle eam, & emenda, si hac in re peccas.

Tertiū Punctum. Considera consistoriorum dampnum: Qui dixerit fratri suo Rasha, id est leuis, & inconstans homo, reus erit omilio, id est, pena grauioris iudicij, quā debetur ira in verbis non erumpenti. Si ergo hæc contumelias meretur diuinam pœnam, quā magis grauior & acerbior & magis iniuria? Examina ergo te, quomodo te geras hoc in parte, & si quid delinquare solitus es, defle & corrige.

Quartum Punctum. Considera contumelias maioris pœnam adhuc grauiorem: Qui dixerit, fatue, seu stulte, reus erit gehenna ignis. Perpende pœnam huius grauitatem, & qualem ob causam incurritur, & vide etiam an ei si quoque in obnoxius. Quod agnoscet, tuis in genete saltem ponderatis peccatis. Ideo recurre ad fontem misericordia, qui tibi sacerdotali manu in Eucharistia aperitur. Extingue coiracundia via omnia, & extincta consume, ne apparent villa vestigia, & viscera Christo D. similia induet, plena sinceræ charitatis.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam quintam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera conditions Diuini iudicij, in quo non tantum ira nostra & contumelias, sed etiam alia omnia peccata iudicabantur à Christo D. Ex quibus conditionibus intelliges, magis tremendum fors illud iudicium, quā omnia seuerissima etiam humana iudicia. Cum ergo multa habeas, & ferē innumera, in tam exacto & incorrupto iudicio trahimanda, vide quid te oporteat factare dum viuis, ut in eo post mortem res tuae bene transfigantur.

Secondum Punctum. Considera Diuinum iudicium non fore solitarium, sed magno comitatu Assessorum ac testium frequens. Aderent Sancti, aderunt Angeli, & in primis conscientia tua, certissima testis omnium peccatorum tuorum. Delibera ergo quomodo hos Assessores ac testes tibi possis reddere fauentes, & modos adhibe, quibus id assegnaris.

Tertium Punctum. Considera finem iudicij de peccatis subsequentem, scilicet gehennam ignis, ignis aeterni, maioris omnibus vita huic suppliciis, omni consolacione destituti, nunquam ardorem suum intermittentis, afflictione non minuentis suam efficaciam, & alias circumstantias, & vide quid te oporteat facere intuitu huius ignis, cum ob præterita & presentia peccata, tum ob futura.

Quartum Punctum. Considera felicitatem tuam, quod sis receptus in eius Ordinem ei carissimum, qui est futurus tuus index, qui etiam te nominat vocavit ad congregationem suorum dilectorum. Gratias ei age pro hoc beneficio, bene spera, sed nihilominus da operam ex parte tua, ut ita illi hic placeas, ut ibi latam ab eo sentientiam audire possis.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam quintam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera causas, ob quas Salvator noster noli sibi offerti munus alatum, sed super Altare relinqui, donec reuersti reconciliemur fratri nostro nobis offenso, & ex eorum consideratione melior esse stude.

Secundum Punctum. Considera Christum Deum iubere, ut reconciliemur etiam illi qui habet aliquid aduersum nos (quod potest fieri, sine illa nostra culpâ erga illum) quanto erog magis si illum vere offendimus. Hic examina te ipsum, an aliquo modo offenderis, an sine causa tua, aliquis sua culpâ sit tibi offensus, & quod Christus D. monet, perfice.

Tertium Punctum. Considera quid te oporteat cauere, loquendo practicè, ne, & alter suo virtu offendatur tibi, ne & tu culpâ tuâ alterū offendas. Et rebus bene ponderatis & despletis, eas fuge.

Quartum Punctum. Considera quid facere posuisse debes, ne illa tam culpabiles ex parte tua, quam inculpabiles offensæ sequantur. Quod agnoscet, si reflexionem feceris, custodiendo imaginationem & intellectum (ne vanis distractionibus à cursu Meditationis abripiantur) si inquam feceris reflexionem ad causas præteritâ offensarum tu erga te, tum erga alios. Et inuocato D. Dei auxilio, ita vivere stude, ne etiam iniustissimi homines inueniant quidquam, vnde iniquas contra te offensiones struant, & D. Deum ius offendant.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam quintam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera causas ob quas Christus D. lanata manu arida, sequentibus se præcepit, ne cum manifestarent. Resmita

est, Christum D. noluisse patesieri sua miracula, quæ tamen eo fine edebat, vt pro filio Dei agnosceretur, & quod Pater aeternus expetebat, & quod erat necessarium ad hominum salutem, & fidei, quam prædicabat plenitudine. Confer cum hac Christi D. humilitate mores tuos, quæ sœpe vis patesieri hominibus, ab illis que extolli, tuam vel virtutem, vel doctrinam, vel experientiam, vel innocentiam, & quod dolendum est magis, non raro id, quod prorsus in te non habes. Confundere & Christum D. imitare se & sua miracula occultansem.

Secundum Punctum. Considera finem quem Christus D. habuit in hac sui occultatione: *Ve adimpleretur quod dictum est per Iosam Prophetam: Ecce puer meus quem elegi &c.* In quibus verbis pondera cur Christum D. Pater aeternus vocet puerum electum, & tibi in quantum licet, applica, ratione beneficij, vocationis ad flatum religiosum, & ratione obligationis, quam habes, vivendi more innocentis pueri. Et ex singulis dercede necessaria documenta.

Tertium Punctum. Considera alia verba eiusdem Prophetie de Christo D. *Dilectus meus pôderando, quomodo & quas ob causas Christi D. fuerit Patri suo dilectus, & quibus viis, suo modo, & tu possis esse eiusdem dilectus, & stude proficere.*

Quartum Punctum. Considera alia verba eiusdem Prophetie de Christo D. *In quo benè complacuit anima mea. Hic a spice mente complacentiam Patris aeterni erga Christi D. Animam & Cor ipsius, eiusque omnes actiones, gustumque inde spiritualem & suavitatem percipe, & sanctâ emulazione accendere, ut possis esse talis in D. Dei oculis, ut & circa te habeat suam complacentiam. Ad quod quid tibi sit necessarium, vide & adhibere stude.*

FERIA QVINTA.

Post Dominicam quintam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera quæ plenus fuerit Spiritu S. Christus Dominus tuus, cui Pater aeternus promiserat: *Ponam Spiritum meum super eum; quæ aptus erat & capax donorum Spiritus S. ex altera parte confer te ipsum, quæ sis aptus & capax, & locua ei præparate stude.*

Secundum Punctum. Considera officium Christi D. Messiae à Patre inunctum inter alia: *Et iudicium Gentibus nuntiabit.* Vide quæ & quanta necessaria fuerit iudicij prædicandi, tum Gentibus, tum tibi, & quam ob causam. Et da operam, ut huius rei prædictio tibi sit salutaris, & in te proficia.

Tertium Punctum. Considera inter lades Christi D. ponit à Propheta: *Non contendet. Hoc quomodo imiteris, nec ne vide, & statue quid te oporteat facere.*

Quar-

Quartum Punctum. Considera & hanc obrem Christum D. laudari: Non clamabit, neque audier aliquis in plateis vocem eius: arundinem quas satam non confringet, & linum fumigans non extinguet. En quomodo res parvas D. Deus aeternus collaudat, & in Scriptoris suis hoc extare voluit. Quod quomodo imiteris vide, & corrinda corrige.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam quintam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera causas ob quas Christus D. commendarit custodiam oculorum; ad eum, ut dixerit spiritualiter intelligentio: Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum. Agnosces necessitatem huius custodiae ex David lapsu, & aliorum, quibus non es comprandus. Vide quomodo te geras hac in parte, & quid te fugere oporteat.

Secundum Punctum. Considera causam huius rei à Christo D. allatam: Expedit enim tibi ut pereat viuum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennā. Quod tum oculo tum aliis membris & peccatis applica, & statue quid tibi sit cauendum, & deslefi que deflenda inuenieris.

Tertium Punctum. Considera quantopere peccata, que manu possunt patrari, sunt tibi cauenda. Si dextra manus tua scandalizat te, abscede eam, & proice ab te. Vbi examina manus vitia, & contra vota, & contra charitatem scriben- do, & contra Regulas alias committi solita, ea que deplora & emenda.

Quartum Punctum. Considera modum quo vti debemus in assueritionibus nostris: Non periturabis: Non iurare omnino. Sit autem sermo verber, est, est, non, non. Quod autem his abundantius est, à malo est. Hoc quomodo prædictes, vide, & si quid sit resecandum, reseca.

SABBATO.

Post Dominicam quintam à Pentecoste.

Qui pro nobis natus.

Primum Punctum. Considera Messiam pro nobis esse natum. Primo, ut esset nobis exemplar omnis sanctitatis. Hic considera, quibus modis fuit Messias causa exemplaris nostra, & quomodo tu viratis hoc beneficio. & exemplis eius proficias, & in aliquibus rebus præcipuis propone emendationem.

Secundum Punctum. Considera secundo Messiam esse pro nobis natum, ut esset Redemptor noster per proprium sanguinem suum. Hic pōdera beneficij huius magnitudinem, spectata magnitudine mali a quo nos redemit: impo-

sibilitate nostrā, evadendi propriis viribus hoc malum: excellentiā vitæ suæ, per mortem atrocissimam datæ, in pretium Redemptionis nostra, & quidem datæ ita, ut datus, eam necesse non fuisset, si non per modum satisfactionis, sed per liberam condonationem, iniuriarum nostratum, nos à statu malo liberaret voluisse. Gratias igitur age Redemptori tuo, & cogni quid ei proportionatum offerte debetas pro tanto beneficio, & illud offer. Nil autem gratiū ei offere potes, quam si coneris libere id, quod ille prætendit, suo sanguine redimendo: scilicet fugam peccati, & perfene- riantiam in vita bona, & media ad utrumque conducentia.

Tertium Punctum. Considera Christum Domini esse pro nobis natum tertio, ut eis cibis verus noster, pauperesque nos suo Corpore & sanguine. Admitare inauditam inven- tionem Diuinae charitatis: Gratias age pro ea; talem te ei exhibere stude, ne claram hunc suscipiens indignè eum tractes, & ita eum susci- pe, ut appareat, te vesci tali cibo, qui Deus sit & homo. Hoc an appareat, & cur non appareat inquire, & remedia adhibe.

Quartum Punctum. Considera Christum D. esse pro nobis natum quartò, ut in celo esset noster, id que duobus modis. Primo, inde invādo nos hic certantes, per collationem variorum donorum, vii iuuit S. Stephanum, S. Paulum, & alios. Secundò, ut ibi esset obiectum beatitudinis nostrā, nos ibi expectans, & pro hac dignatione tenerimas age gratias, pete- que ut perpetuò sua dona in te effundar, & te illuc transferat statuto tempore. Ad quoniam quid te oporteat facere, delibera, & manū operi admone.

DOMINICA SEXTA

Post Pentecosten. Mar. 6.

Primum Punctum. Considera infelicitatem eorum Religiosorum, quibus mystice id conuenit, quod ad literam olim conuenientibz turba multa cum Iesu manent, qui non habebat quod manducaret. Tales sunt, qui in Religione suis cogitationes, desideria, gaudia, sermones, actiones occupant circa res seculares, ad incrementum gratiæ & gloria non spectantes, immo sapient illud impedientes, ac si non haberent res meliores spirituales & Diuinas, quibus se paucere poscent. Examine te, ne sis ex eorum numero: si non es, age Domino gratias, si es, serio te emenda.

Secundum Punctum. Considera Christi Domini clementiam, qui nec rogatus quidem, visâ turbæ necessitatibus, conuocatis Discipulis suis ait illis: Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinet me, nec habent quod manducem. Gratias

age Domino tuo pro hac commiseratione: Adora cor eius Sanctissimum, tali charitate plenum. Et perpende, quā bonum & utile sit, Christo D.adhādere, etiam ad pauculos dies. Confirmā igitur te inuocatiōnē tuā, in quā tot annis Christo D.adhāres, & spera nunquam tibi defutaram misericordiā eius, nisi ipse peccatis eam impediā.

Tertium Punctum. Considera Christi D. in Eucharistia manentis piū erga nos affectū. Nam qui SS.Eucharistiae afficiuntur, & instar pie turbā aliquā horū certis diebus Christo D.assistent, procul dubio experintur misericordiam eius. *Quia non derelinquit querentes se* vt ait Psalmita. Tu an sis ex eorum numero vide, & si forte assistis ei, sed cum offensā eius, sed te pīdē, sed oscitante, emenda te.

Quartum Punctum. Considera necessitatem Sanctissimae Eucharistiae verbis illis Christi D. spiritualiter intellectis significatam: *Si dimiseris ieiunium in domum suam, deficient in viā.* Ideo enim multi deficient, quia ita sumunt Eucharistiam, ac si non sūtnerent, quia effectus eius vix in se experintur. Examina te quōmodo sumas, quo fructu, an te meliorem quolibet anno lentiā, & si quid sit corrīendum, corrige.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam sextam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera multis nostrum conuenire illa Christi Domini verba: *Quidam ex eis* (scilicet qui Christo Domino per tri-dūm adhārebant) *de longe venerunt.* H̄i sunt in duplice differentia. Quidam tantum ratione status secularis erant elongati à Christo D. status religiosi auctore & idea. Alij præter statum, erant elongati per peccata mortalia in seculari statu commissa. Pondera hanc longam tui olim à Christo D. distantiā, deplora eam, gratias age, quod qui eras longe, vt loquitur Apostolus, *sicut es prop̄e*, & ora, vt etiam per eminentiā sanctitatis & gloriā, in cœlo sis prop̄e Christum Dominum.

Secundum Punctum. Considera seculatibus conuenire illa Discipulorum verba: *Vnde iſos poterit quis hic saturare panib⁹ in solitudine?* Nihil enim est in seculari statu, eius status proprium, quod animam nostram satiare possit. Ideo nullus secularium contentus est suis honoribus, suis voluptatibus, suis diuitiis. Detestare igitur hanc splendidam seculi miseriā. Age Dominum gratias, quod te in suorum numerum copitat. Pete perseverantiam, & gratiae Domini Dei cooperare, & obligationi Religiose satisfacere semper stude, quā non est alia, quā sancte vivere.

Tertium Punctum. Considera tanquam nobis Lanicij Opifc. Tom. 2.

dicta à Christo D. illa verba: *Quot panes habetis & responde cum Discipulis: Septem: scilicet Sacra menta, Pondera quantam gratiam, quā multiplicem in iis D. Deus dederit sua sponsæ Ecclesiæ: gratias age.* Vide quomodo eam haurias ex iis Sacramentis, quæ sunt tuo statui accommodata. Confundere quod parum haurias, & te emenda.

Quartum Punctum. Considera benignitatem D. Iesu, qui turbam cibo miraculoso parato refocillatur, vult commode illum percipit ideo enim non dedit ambulantibus, non stantibus, sed præcepit turbæ discubere super terram: Contemplare hīc filiali affectū, cot tam benignum Domini tui. Gratias age pro hac charitate. Adora tam paterna viscera. Et vide quid tibi sit sperandum ab illo, quando ita etiam de honestis suorum commoditatibus est sollicitus, tantum reddere te dignum eius benignitate, per vitam bonam, & similem charitatis affectū indure erga proximos.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam sextam à pentecoste.

Primum Punctum. Considera modum quo Christus Dominus tractabat manibus panes & pīsculos, dum eos turbæ distribuebat, & ex eo disce, quomodo te inter edendum gerere debeas, à quibus defectibus cauere, quos hīc in memoriam reuoca, & ob eos confundere, ac eos fuge.

Secundum Punctum. Considera modum quo Christus Dominus gratias egit, cibum distributurus: quo scilicet affectū interno, quo externo sit membrorum; & hinc proficere stude.

Terrium Punctum. Considera frugalitatem turbæ, cuius numerus erat quasi 4000, quā non devoravit omnia sibi data, sed reliquit septem spumas fragmentorum, è septem panibus & pauculis pīsciculis. Hæc trutina, & ad tuam instructionem converte.

Quartum Punctum. Considera causam, cur nulla fiat mentio manducatiōnis ipsius Christi D. & Apostolorum, sed tantum distributiōnis panum & pīscium. Item cur nulla sit mentio exhibiti potus etiam simplicis aquæ, & quia res non caret mysterio, tu illud indaga, & ditige ad tuorum morum reformationem, & stabilendum mortificationis studium magis quam rudes credant, D. Deo gratū in siti mortificanda, & gulâ frenandâ, circa quantitatem & qualitatem potus.

V V V FERIA

FERIA QVARTA.

Post Dominicam sextam à Pentecoste.

Primū Punctū. Considera causas, ob quas Christus Dominus miraculose satiaturus turbam tantum panem & pisces adhibuit, non carnes, non alia obsonia, aut condimenta: & hinc disce sapientiam magnam Sanctorum omnium eximiorum, quam ostenderunt in fugā oblectationum gustus: circa quas quomodo te geras vide, & statue, quid tibi sit faciens, ne sis degener Sanctorum.

Secundum Punctū. Considera causas, ob quas & Christus Dominus & eius servi ac serui imitatores, adeo vitarunt & quidem ingeniosè ac studiosè gustus delicias, tum in quantitate, tum in qualitate, tum in mōra temporis, circa vīlū ciborum ac potū, & resecati sī qui sunt in hoc tuis defectibus, imaginare te Christum Dominum st̄tientem aspicere, & vide quid ei st̄tienti offerre debeas, vt eius exemplo te conformes.

Tertium Punctū. Considera causas, ob quas Christus Dominus non per se ipsum, sed per Discipulos suos, panes & pisces distribuebat turbæ. Ita nimurū vult pendere homines ab hominibus: ita Superiorum autoritatem stabilit, vt per eos, non per se immediatè suos velit instruere. Disce hinc, quo loco iū sine habendi, quibus vices suas Dominas Deus committit.

Quartum Punctū. Considera formulam paupertatis Euangelicæ, in illâ turbâ expressam, postquam satiata fuit. Non reliquit quæ superfluerant fragmenta, sed septem sportas illis implevit & sustulit. Agnosce hinc, quid te deceat facere in Christi Domini domo, non abiicere res modicas, quæ videntur quædam fragmenta, sed tanquam res Domino tuo caras, eiuque supellestilem Sacram, pio affectu trahare, non destruere, sed custodire illasam stude. An id facias vide, & si quid corrigendum sit, corrigere.

FERIA QVINTA.

*Post Dominicam sextam à Pentecoste.**Matth. 5.*

Primū Punctū. Considera patientiam, quā a suis exigit Christus Dominus: *Si quis te percussit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.* Si hoc a secularibus quoque Christus Dominus exigit, quanto magis a te. Reuocare nunc in memoriam omnes tuas iniurias, minorētes hac inuenies. Cur ergo non eo fers illas animo, quo Christianum, non dico Religiosum decessit? Confundere mundi titulotenus contéptor, & disce & quo animo aduersa pati.

Secundum Punctū. Considera Christum Domini non restringere patientiam hanc ad causas culpabiles, sed absoluē velle, ut feras iniurias, etiam sine tuā culpā vel causā illatas. Quod an facias examinare te. Et causas inquire, quæ tibi persuadebunt, debere omnes, etiam eas tolerare, quas meritus non videris, quia nunquam sine causa Domino Deo saltem notā, tibi accident, & quidem cum causa culpabili ex parte tua, quan iusto iudicio D. Deus vult punire.

Tertium Punctū. Considera quomodo velet Christus Dominus corda nostra esse a nobis, ab viu & possessione rerum: *Qui vult tecum iudicio contendere, & tunica tuam tollere, dimittit & pallium.* Examina hic effectum tuum ad res quibus vteris, si non contra Regulas acquisitas, faltem superfluas, & prætextu ficta necessitatis acquisitas. Et vide quomodo te vivere decet in domo paupertatis, voto oblitum paupertatis, Christi Domini pauperis imitatorum.

Quartum Punctū. Considera quām charitatem commendet Dominus Deus suis, in iunctando proximo nostrā operā indigente: *Quinque te angariauerit mille passus, ducum te & alia duo.* Disce hinc quomodo iuvare tuis laboribus debebas fratrem. Vide quomodo te geras erga commembare tuum. Vīnam caput (scilicet Ordinem vel Superiorē tuum) iuvans, dum operam tuam exposcit, pro quā tot excusations obtendis frīolas, iusto D. Dei iudicio damnandas.

FERIA SEXTA.

*Post Dominicam sextam à Pentecoste.**Matth. 5.*

Primum Punctū. Considera causas, ob quae debeat vti Christus D. præscriptis, diligere inimicos nostros: scilicet Dei & Christi Domini & Sanctorum exemplum, Dei voluntatem, coniuncta &c. & accende ad amorem hunc heroicum.

Secundum Punctū. Considera ea in quibus sita est interna dilectio inimicorum. Quod agnosces ex iis, in quibus sita est dilectio amicorum, & nobis carorum. Et examina te, an in te sit talis erga inimicos dilectio. Quod si non est, erubescere, dole, & propone emendationem.

Tertium Punctū. Considera effectus externos dilectionis internæ: *Benefacit his qui obravos.* Quid sit benefacere, quibus modis id fiat, & fieri debeat, perpende, & ita vivere stude, præsettum erga domesticos.

Quartum Punctū. Considera eis te debet signa dilectionis internæ qui maximè tibi sunt contrarij. Tales sunt iū, de quibus Dominus ait: *Orate pro perséguentibus & calumnianis.*

tibus vos. Calumnia enim maximè omnium conturbat vitos spirituales non mortificatos. Hoc quam sit magnum beneficium Domini Dei, perpende, & eius desiderio accendere, & propone quām magno charitatis affectu tales prosequi debeas.

S A B B A T O.

Post Dominicam sextam à Pentecoste.

Tulit esse tuus.

Primū Punctū. Considera primum modū quo Christus Dominus erat Beatissimæ Virginis. Erat enim eius tanquam verus & naturalis filius, ex eius purissimo sanguine, opere Spiritus Sancti, quoad suum corpusculum conceptus, sine viri operā, ac proinde totaliter eius Patri terreno nil debens, & sine temporis incremento conceptus, & statim animatus: quomodo nō concipiuntur vñli homines. Ideo nullius matris erat ita vñlus filius, sicuti fuit Christus Dominus Filius Matris. Gratulare ergo ei talem filium, & cogita, quām magna sit hęc eius felicitas, & pete ab ea, vt suo modo illum faciat esse tuum.

Secondū Punctū. Considera secundū modū quo Christus Dominus erat Beatissimæ Virginis, scilicet per gratiam iustificantem, quā semper fuit illius. Nullum enim fuit instans temporis, quo Christus Dominus non fuerit Beatissimæ Virginis: siquidem nullo instanti fuit in peccato mortali, per quod Christus Dominus desinit esse noster, & hic gratulare Sanctissimæ Virginis; gratias age Sanctissimæ Trinitati pro beneficio ei collato, & cum dolore ac pudore recogita, quām sāpē Christus Dominus non fuit tuus, forrē etiam in Religione, toties nimirum, quoties eū pectato aliquo mortali, ex animā tuā expellebas. Delle hoc, & pete, vt deinceps semper sit hoc modo tuus per gratiam.

Tertiū Punctū. Considera tertium, modū quo Christus Dominus erat Beatissimæ Virginis, scilicet per similitudinem morum, quia inter nullas creaturas puras fuit tanta similitudo Sanctimoniarū, quanta inter Christum Dominum & eius Matrem, sive species carētiā peccatorum, sive habitus virtutum infusos & acquisitos, sive actus virtutum, sive formis resūtationem, omni motu inordinatio carentem. Hęc quātuor ubi ponderaueris, confessuos mores cum morib⁹ Sanctissimæ Matri, erubesc, delle eos, & te excita, vt ei quām simillimus vita sanctimoniarū per D. Dei gratiam evadas.

Quartū Punctū. Considera quartum modū quo Christus Dominus erat Beatissimæ Virginis, scilicet per vicinatatem cultus. Nam

Lancij Opus. Tom. 2.

in Ecclesia Catholica, nulla rationalis creatura pura, tantopere colitur à fidelibus, & tali hyperdulęe cultu, quali colitur Dei Mater, ob intrinsecas quas in se habet pfectiōnes & dona, beneficio huius filij. Ta ergo excita in te gaudium, ob talem eius in vniuerso orbe terrarum cultum, & omnibus hominibus eam colentibus per totum mundum, te in spiritu adiunge, & tuum cultum vñi cum eorum cultu, & pete à Beatissima Matre, vt te efficiat carum filio suo per gratiā, perque omnia eius dona, vt tandem in celo velit esse tuus.

DOMINICA SEPTIMA.

Post Pentecosten. Matth 7.

Primū Punctū. Considera qui sint falsi Prophetæ, venientes in vestimentis ouium interiorius autem habentes rapacitatem laporum: qui scilicet exterius videntur boni, astimantur boni, non sunt tamen intus tales quales videntur. Tu an sis eorum ē numero, & quas ob causas sis, vide, & causas amouere stude.

Secondū Punctū. Considera certum indicium homines agnoscendi: *Frustris eorum; Ex fructibus eorum agnoscetis eos.* Fructus sunt verba, & opera. Per hęc alij nos agnoscent. Tu examina fructus tuos, & vide, an ex iis possis pro bono Religioso agnisci. Si mali sint fructus, vitio tuo mali sunt. Nam nil tibi deest ad hoc, vt sint boni, ideo confundere, & te emenda.

Tertiū Punctū. Considera quantum Domino tuo gaudium præberes, si cum sis spinis & tribulis limilis, dulces bonorum operum fructus proferres, tanquam vuas & fucus. Cōpatere Domino tuo, qui vt ait Prophetæ, non inuenit botrum ad manducandum, & cum magna sit penuria p̄fectorum virorum, accendere ingenti desiderio magnā pfectiōnis, vt perfekte vivendo famem & siti Domini tui explere possis.

Quartū Punctū. Considera vim multiplicem quam SS. Eucharistia tñē sumpta præbet ad ferendos bonos fructus etiam in iis, qui antea instar spinatum & tribulorum viuebant, & crescebant in horto Domini Dei. Cur ergo toties eam sumens, proportionatissim succo & pluvia cælesti Eucharistiæ, non profers fructus? Causas inquire, & te emendare stude.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam septimam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera an merearis bona vel mala dici arbor in Christi D. horito. *Omnis enim arbor bona bono fructus facit, mala malos: & hoc est signum primum bona vel malae arboris, fructus eius.* Introspice tuas potentias internas, tuos sensus, membra corporis, & fructus eorum, & hinc agnosces, qualis arboris nomen merearis.

Secondum Punctum. Considera ad bonitatem plenam arboris, bonos fructus satis non esse, sed praeterea requiri quandam moralem impotentiam, malos fructus producendi. Non potest arbor bona (inquit Dominus) malos fructus facere. *Talis fuit impotens in Iosephi castitatem, qui ab impiā Domina ad peccatum sollicitatus respondit: Quomodo possum (id est non possum) hoc malum facere & peccare in Deum meū. Tam fui natus in bono an sis, vide, & quomodo esse possis cogita.*

Tertium Punctum. Considera periculum eorum, qui etiā mali non sunt, beriles tamen sunt in bono: *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.* Hoc quam malum sit cogita, & ne tibi conueniat, stude.

Quartum Punctum. Considera verba illa Christi D. & ex illis fructum spiritualem deruppe quem à te exigunt: *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem Patri mei, qui in cœlo est, intrabit in regnum cœlorum.*

FERIA TERTIA.

Post Dominicam septimam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera magnam commendationem eorum, qui diligunt inimicos in que benefacunt: sic enim sunt filii Dei. *Vt si tu filius Patri vestri qui in cœlo est: quæ quanta sit dignitas perpende, ex similitudine filiorum Regis, vel alterius Principis, & ex priuilegiis quæ habent filij Magnatum, ed quod eorum sint filii, & ita accendere desiderio dilectionis inimicorum, ut filius Dei esse possis.*

Secondum Punctum. Considera primum modum quo debemus factis ostendere amorem erga inimicos nostros, expressum similitudine foliis quem Pater cœlestis facit oriri super bonos & malos &c. *Quod ergo sol oriens præstat hunc præstare debes, tum amicis tum inimicis. Quid illud sit cogita, tibi applica: si talis non es dole, & talis esse efficaciter stude.*

Tertium Punctum. Considera secundum modum exhibenda dilectionis inimicis, alia similitudine declaratum à Christo D. Et pluit super iustos & iniustos. Debes ergo id præstare amicis & inimicis, quod præstat pluvia rebus quas humectat & rigat. *Quid illud sit vide, quomodo id præstes cogita, & præstare stude.*

Quartum Punctum. Considera causam cur nos debeamus esse contenti sola dilectione amicorum, quia (inquit Dominus) & publicani & Ethnici hoc faciunt, qui diligunt & salutant amicos. *Vnde disce, quæ sacerdotes faciunt, debere te facere, immo multa plura & pessima. Talis an sis examine, & eos in omni opere bono & functione virtutis superate stude.*

FERIA QVARTA.

Post Dominicam septimam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera amorem magnum Christi Domini erga nos, qui capitos esse perfectos, sicut Pater cœlestis perfidus est. *Hoc agnosces ex magnitudine amoris in Rege, si suos subditos vellet esse ita diuersi, portentes, felices, sicut est ipse. Id pondera gratias ei age, admirare eius benignitatem & alpria ad hanc gratiam quæ tibi offertur.*

Secondum Punctum. Considera primam perfectionem Domini Dei in quæ ipsum imitari potes, esse impeccabilitatem: *hæc omni excepto in te esse non potest, potest tamen esse talis: Primò, ut caro idque levissime pecces. Secundò, ut ita sis auersus à peccatis gravius, ut quadammodo moraliter loquendo, peccare non possis, illo sensu quo S. Ioannes ait: Qui natus est ex Deo peccare non potest. Hanc petitionem habeas inquire, si non habes humiliata te, & excita te aliquibus motiuis, ad eam desiderandam & querendam.*

Tertium Punctum. Considera secundam Domini Dei perfectionem imitandam tibi, esse in rectitudinem in omnibus operibus. *Omnia enim rectè & sanctè facit. Tuan talis sis vide, & corrigenda corrige.*

Quartum Punctum. Considera tertiam Domini Dei perfectionem imitandam, esse perpetuam suæ diuinitatis contemplationem & amorem. *Hæc quomodo in te vigent, quomodo vigere possunt in statu vita prætentis considera, & quantum hæc habere stude.*

FERIA

FERIA QVINTA.

Post Dominicam septimam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera quartam D. Dei perfectionem, fecunditatem & efficiaciam omnium eius operum internorum & externorum. Non enim sunt otiosa nec inania, sed cum fructu cognitione sua producit Dens Pater verbum aeternum: amore Spiritum Sanctum vna cum filio, tanquam unum principium spirans: omnia alia extra se producit voluptate sua, quæcumque producit. Hoc imitaberis, si proposita tua bona, non erunt inania, sed cum executione iuncta item, si sermones tui proderunt audientibus; si operationes tuæ erunt utiles Communiatari, & frustra tempus non consument. Talis an sis, vide, & emenda emendanda.

Secundum Punctum. Considera quintam D. Dei perfectionem imitatione tuâ dignam, perpetuam pacem internam, quæ nec aliorum peccatis, nec propriis passionibus quibus caret, minuitur. Confer te cum illo, humiliata te, & ad talém animi tranquillitatem aspira.

Tertium Punctum. Considera sextam D. Dei perfectionem, stabilitatem in suis Decretis absolutis, & ab aliorum cooperatione non pendebus. Tu quoties res benè & meritò constitutas, accedente aliqua tentatione vel perturbatione, immutas, & à bonis propositis resili? Hoc quām sit turpe, quām noxiū, quām D. Deo iniuriosum, perpende, & vitare stude.

Quartum Punctum. Considera septimam Domini Dei perfectionem imitandam, finem perfectissimum, quem spectat in omnibus & singulis operibus suis, scilicet seipsum & gloriam suam. Talis an sit finis operum tuorum, examina, & quām multorum operum iacturam facias ob prauum finem, vide, & te emenda.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam septimam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera octauam D. Dei perfectionem imitandam esse attentionem ad omnia quæ facit talem, vt vni attendendo, attendat omnibus aliis ac singulis non minus ac si vni soli attenderet. Admirare hanc capacitatem Diuini intellectus, & cautè procede in omnibus, sciens D. Deum perfectissimè videre omnia opera tua, eumque imitare, ita opera vitæ actiæ exercendo, ne contemplatiæ preiudicent, & è contra. Quod an facias, vide, & facere stude.

Lanicij Opus. Tom. 2.

Secundum Punctum. Considera nonam Domini Dei perfectionem imitandam, in rebus contrariis summam rectitudinem. Nam etsi infinitè est iustus, infinitè tamen etiam est misericors & benignus, nec opera misericordiæ impedit opera iustitiae & è contra, quia æquissimè facit omnia, & diuersos & eodem pro meritis tractat. Hoc imitaberis, si affectus tui non deprauabunt rectum iudicium, si amor erga aliquem, non impedit iustum severitatem, & causa non erit ob humanos respectus D. Deum offendendi. Examina ergo te, & si quid est emendandum, emenda.

Tertium Punctum. Considera decimam D. Dei perfectionem imitandam, omnium rerum malarum, rectum usum, nam & peccata permittit ob finem bonum, & ea facit professa conuersis, quia dat occasionem doloris, humilitatis, cautelæ, & D. Deo ipsi occasionem ostendenda misericordiæ tuæ, dum ea remittit, & iustitia dum ea punit. Ita tu omnibus culpe & poenæ malis vitare ad D. Dei gloriam. Quod quomodo prædictè facere possis, considera, & exequi stude.

Quartum Punctum. Considera undecimam perfectionem D. Dei imitandam, amorem naturalem & supernaturalem inimicorum suorum, quem multis beneficiis, vario modo ostendit. Hunc quomodo debeat imitari considera, & desletis tuis defectibus, Domino tuo te conforma.

S A B B A T O.

*Post Dominicam septimam à Pentecoste.**Virgo singularis.*

Primum Punctum. Considera Mariam fuisse Virginem singularem, quia prima omnium vovit Virginitatem suam D. Deo. Hoc quām sit excellens, tum ratione voti, tum quia prima omnium vovit, tum quia votum perfectissimè omnium seruavit, perpende, & agnolce felicitatem tuam, quod ad statum tamē vocatus sis, in quo castitatem sectari debeat. Gratias age D. Deo, pete gratiam ad votum hoc adimplendum, & vide ne quid sit quod reservandum sit.

Secundum Punctum. Considera Mariam fuisse Virginem singularem, propter privilegium Maternitatis saluā integratam Virginali. Gratulare Virgini hanc prærogatiuam, maiorem multis aliis miraculis gratiæ, superadditis naturæ: simulque pondera id quod narrat Sanctus Augustinus, felicius esse exequi Domini Dei mandata quām esse Matrem Dei. Agnosce ergo & tuam felicitatem, qui id Domini Dei ope præstare possis, sed vitrumque Mariæ concessum, gratulare,

V V 3

lare, & ut sit Mater tua per adoptionem parte, & quid ad hanc sit necessarium inquire & habere stude.

Tertium Punctum. Considera Mariam fuisse Virginem singularem, quia singulari perfectio- ne coluit Virginitatem, caruit enim cogitationibus, temptationibusque fædis, malo magis omni defactu contrario castitati, & ad eius amorem suo aspectu excitabat. Hæc pondera, & ex omnibus ad te applicatis, piam aliquem affectum decerpere.

Quartum Punctum. Considera Mariam fuisse Virginem singularem, quia cum singulari Virginitate & maternitate, habuit singularem Filium, id est omnibus filiis in mundo unquam genitis, meliorem, digniorem, potentiorum, &c. Hinc concipiēs magnam spem multiplicitum D. Dei auxiliorum per hunc Filium, Matrem tuā id procurante percipiendorum. Quid enim negabit filius Matri carissimæ poscenti, tantum da operam, ut sis carus valde huic Matri, que procul dubio multa imperatur tibi à filio suo. Cogita ergo quā ratione possis tibi demereri validè hanc Matrem, ut per eam bonis filij innumeris replearis.

DOMINICA OCTAVA.

Post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera te esse villum cum D. Dei, cui sit commissa dispensatio bonorum naturalium, ac corpus & animam tuam pertinentium intrinsecè quoad membra, sensus, potentias. Examina ergo quomodo ea hactenus dispensaueris, an iuxta Domini voluntatem vel fecis, & quia inuenies te in multis infidelem, dole, veniam pete, & te emenda.

Secundum Punctum. Considera quomodo dispensaueris bona supernatura, quæ animæ tuæ & per baptismum & per alia Sacra menta ac operum bonorum merita intrinsecè infunduntur, scilicet habitus Theologicarum virtutum, & morales, & ut in primo puncto ob errata dole, & te emenda.

Tertium Punctum. Considera quomodo dispensaueris bona extra te posita, tum naturalia, scilicet creaturas, quorum tibi usus est permisus vel vetustum supernatura, ut sunt bona exempla, pœnæ, beneficia varia, Sacramenta, indulgentiae, monita, Conciones letationes &c, & similiter ob errata dole, veniam pete, & te emenda.

Quartum Punctum. Considera quomodo beneficio SS. Eucharistiae usus sis, & illud vel tibi, vel etiam aliis, si Sacerdos es, dispensaueris, quæ deuotione, quo fru-

tu, & prout in primo puncto, ita & hic pente- pendit omnia, & ad fractum spiritualem con- uerte.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam octauam à Pentec.

Cur Deus dicitur homo diues?

Primum Punctum. Considera primam cau- sam, ob quam D. Deus tuus merito vo- catur homo diues, quia habet in se omnes ha- ius mundi diuitias, idque infinito modo ma- jores, & sine illa imperfectione. Vnde sequitur, debere à te ardenter queri D. Deum, quia soleant huic mundi diuinæ Hoc an facias vi- de, confundere, & te emenda.

Secundum Punctum. Considera secundam can- sam, ob quam Dominus tuus vere dici debet homo diues, quia ipse est fons, ex quo proma- nant in alios omnia bona huius vita. Vnde se- quirur, debere te magis ambire illius gratiam, quam soleas eorum, à quibus bonum aliquod speras. Quod an facias, perpende, & proficeret stude.

Tertium Punctum. Considera tertiam cau- sam ob quam Dominus tuus est vere Homo diues, quia solus ille esse pauper non potest, solus ditando alios, nihil perdit, quod nulli alteri conuenit, etiam diuissimo mortalium. Vnde sequitur, fletem te esse, qui talen habeas Dominum quemlibet nullus secularium habet è Regibus seculi. Vide igitur an tam fideliter, tamque assiduò seruias Domino tuo, sicut seculares seruunt Dominis suis pe- diuitorum & præmiorum allecti, & constite quid te facere deceat in hoc diuino fa- mulatu.

Quartum Punctum. Considera quartam cau- sam ob quam Dominus tuus iure opimo vo- candus est diues, quia omnes eius creatura, ci- iam peccata ipsa, quorum author non est, pol- sunt ditare hominem, si ipse velit bene viribus creatis, & peccatorum occasione & tentatio- nes fugere, & ex illis sumere occasionem iusti doloris, penitentie, satisfactionis, emendatio- nis &c. Examina ergo te, quomodo his via- tis, & practicè delibera, quid te oporteat fac- re, vi pro honore Domini tui difescas in cu- ria eius.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam octauam à Pentec. Luc. 16.

Primum Punctum. Considera quantum opere lo- liciti esse debeamus, ne diffamemur a- pud D. Deum, sicut villicus ille Euangeli- cus fuit diffamatus apud Dominum suum, qualis

XXI. DE PIIS ERGA DEVUM ET SS. AFFECTIE. 797

quasi dissipasset bona ipsius. Quiquid enim timeri potest ex diffamatione apud homines quoluis, id multò magis timeri potest, ex diffamatione coram Domino Deo. Hic perpende quantum opere vites, & sentias malam apud homines existimationem, apud D. Deum verò non ita. Confundere, agnosce tuam stultitiam, & te emenda.

Secundum Punctum. Considera quale sit iudicium de te Domini tui, ne forte sis vnius ex illis, quibus conuenire possunt illa verba: *Quid hoc audio de te?* Hoc D. Dei de te iudicium agnoscet, ex modo viuendi tuo, cui alterna veritas, qua selet esse conformis obiecto, se se accommodat. Ideò si speras iudicium de te Domini Dei, fauens tibi, gratias age, sin minus, pete veniam, & mores corrige.

Tertium Punctum. Considera quā cautelā debetas omnia opera tua péragere, quia ante omni imaginari debes promulgatam illam sententiam: *Redde rationem vilificationis tue.* Ita enim viuere debes, ac si in fine operis, moriendum tibi esset, & reddenda ratio vilificationis tue. Talis an sis considera, & proficer stude.

Quartum Punctum. Considera incertitudinē diuturnitatis vita, semper enim etiam dum sani sumus, timere possumus, ne nobis contingat illud audire: *Iam non poteris vilificare.* Cur ego differit necessariam penitentiam & emendationem, &c. Hec perpende, & ad talēm virtam te instrue, ut quovis momento, paratus sis ad motiendum, sine exterritis auxiliis. Hoc quām sit vtile considera, & ad hoc te accinge.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam octauam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera modos, quibus possis consulere rebus tuis, ne in D. Dei iudicio damnaris: *Quid faciam, quia Dominus meus auferat à me vilificationem?* & hos modos tempestive adhibere stude, ut iudicium D. Dei praetervenias.

Secundum Punctum. Considera duo impedimenta, quae faciunt ne ita fauentem nobis experiamur iudicem D. Deum, sicut experiri possemus, scilicet fugam laborum in obsequio D. Dei, præfatum difficultum, seu iactoram temporis per otiosas occupationes, & propriæ existimatōnis & honoris appetitum, per hanc sententiam expressum: *fodere non valeo, mendicare erubescio.* An autem in te sint hæc duo, inquire, & si sint, deplora, & te emenda.

Tertium Punctum. Considera varios debitos, quibus satisfacere debes, ne in D. Dei iudicio quidquam patiaris. His sunt D. Deus ipse, homines quibus malo consilio, vel exemplo nocuisti; conscientia tua, Ordo tuus, si tui causa male audit aliquando, corpus quod peccatis fecisti, similiter & anima, Angeli, Sancti

tutelares, quos contrastasti. Vide ergo quomodo iis satisfacere debetas, & statim incipe.

Quartum Punctum. Considera quibus in rebus sæculi homines filios lucis vincant, tum in aperiendis malis suis, tum in bonis acquirendis: & confundere eorum exemplo, ac te excita ad similem diligentiam adhibendam, in rebus ad gratias & gloriæ augmentum spectantibus.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam octauam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera ob quas causas mali, vocentur filii huius sæculi, iusti vero, filii lucis, & ex hac consideratione proficer stude.

Secundum Punctum. Considera causas, ob quas deberes esse prudentior filii sæculi in generatione sua, & ita accendere vehementer desiderio, ad acquirendam & opere exhibendam, hanc prudentiam Sanctorum.

Tertium Punctum. Considera primum in quo maximè prudentia filiorum huius sæculi cluet, quia omnes internas potentias externas que actus suos occupant in querendis, conservandis, augendisque rebus huius sæculi, scilicet diuitiis, honoribus, commodis, voluptatibus, &c. Examina te, an talis sis, in quietendis, conservandis, augendis donis gratias & gloriæ, & confundere ac te emenda.

Quartum Punctum. Considera secundum in quo prudentia filiorum huius sæculi cluet, quia bonus sæculi inhiant summo affectu, contentu & labore indefesso, tolerando aduersa grauissima & periculosis, ut patet in fabris, nautis, mercatoribus, militibus, aulicis. Tu, vide an tali conatu, labore, tolerantiâ aduersariorum, &c. incumbas rebus quibus alterna præmia sunt promissa, & confundere vehementer, atque te excita ad ingentem feruorem.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam octauam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera causas, ob quas diuitiae sæculi vocentur Mammona iniquitatis felicet, quia ut plurimum iniquè acquirentur, vel quia ad iniquitatem viam sternunt; vel quia ab iniquis non à iustis vti videmus, tanti sunt, & rebus æternis anteponuntur. vel quia ipse iniquitas quædam sunt, dum id quod D. Deus fecit commune omnibus, unus habet, alter non habet, unus abundat, alter eget; quæ omnia ponderando excita in te odium diuitiarum, & gratias age D. Deo pro vita paupere, & in ea te ad mortem conservari opta.

Secundum Punctum. Considera primum modum quo potes facere tibi vtile mammomonam iniquitatis, scilicet per Eleemosynam. Hanc sæculari-

culatibus cæteris dedisti maiorem, dum Christo Domino omnia donasti, pro quo omnia quæ habebas & habere poteras, reliquisti. Gratias age pro hoc beneficio, & vide ne adhuc in paupere domo, sit affectus in te erga res relictas. Examina te, & si quid sit huiusmodi, quamprimum resecare stude.

Tertium Punctum. Considera secundum modum quo potes tibi utilem reddere mammonam iniquitatis per fugam commodorum huius sæculi, quæ-hac mammona parari solet, in victu, vestitu, habitatione, otio, delectationibus externis sensuum, &c. Hic recognita Sanctorum exempla in rebus huiusmodi, & deplorata dissimilitudine vita tua, eorum paupertati & Christi D. ipsius inopia te conforma.

Quartum Punctum. Considera tertium modum, quo mammona iniquitatis potest tibi utilis esse, si & exemplo, & verbo, & precibus, & meritis tuis coopereris ad conuerthendum diuitium seculi, vel ad vitam Religiosam, vel ad rectum usum diuitiarum in sæculo. Et ad hoc vocatus es in Societatem. Ideo vide quid tibi & nunc & suo tempore sit faciendum: & vt hac in re Societatis sis utilis, maturè necessaria ad hunc finem para.

S A B B A T O.

*Post Dominicam octauam à Pentecoste.
Inter omnes mitis.*

Primum Punctum. Considera Beatissimam Virginem fuisse inter omnes mitem animo, quia in animo suo nullas habuit cogitationes, nullos item affectus voluntatis mansuetudini contrarios, siquidem ob singulare D. Dei priuilegium, habebat frænatum perfectè concupiscentia somitem, ideoque nullos inordinatos motus rationi contrarios patiebatur. Hanc tranquillitatem mitissimæ animæ Virginæ animo spectans, admirare eam, extolle laudibus, gratias age Domino, qui tam rarum priuilegium ei concessit. Gratulare Virginî hanc tranquillitatem, & ab ea parte, vt tibi quoque impetrat hanc mentis mitissimæ quietem.

Secundum Punctum. Considera motus animæ internos mansuetudini contrarios, quos in cogitationibus tuis, & in actibus voluntatis, rationi repugnantibus sèpè experiris, quibus tanquam mare turbidum fluctibus exagarris. Agnoce peccati originalis effectus & prauorum actuum deinde habituum quæ tuorum reliquias, erubescere quod sèpè exurgant sine illa vera causa, vel leuem ob causam, & annotatis præcipuis occasionibus talium motuum, præpara te ad eas, vt refrænes exurgenres, & præuenias, ne quantum fieri potest, exurgant.

Tertium Punctum. Considera quomodo Beatisima Virgo fuerit inter omnes mitis mansuetus, quia nullum unquam verbum protulit contrarium mansuetodini, immo nec ipsa vox inflexione, & sono vehementiori quidquam immiti præterulit. Confer tu impetus tuorum sermonum & acrimoniam cum mansuetudine Virginis, confundere, agnoscere quād sit hoc indecorum homini sanctitatis studioso, & te emenda.

Quartum Punctum. Considera quomodo Beatissima Virgo fuerit inter omnes mitis operæ, quia nihil unquam fecit quod mansuetudinem non saperet. Tu confer contrarios mores tuos & ad similitudinem mansuetissimæ & clementissimæ Matri ac Dominæ tuæ, eos componere stude.

D O M I N I C A - N O N A.

Post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera D. Iesum apopinquantem Hierosolymam, & eam visi flentem, compatere flenti, & admirare videra pietatis eius, quæ malorum futuorum apprehensione, has in se lachrymas excitat. Ex altera parte vide quād magnæ sint etiam in te casæ, ob quas Christus Dominus si nunc posset, lacrymatetur, felicitate peccata vite seculari, peccata præsentis status, maximè lapsus in ea, & contemptus parvorum lapsorum & ingratitudinē erga D. Deum post tot beneficia.

Secundum Punctum. Considera præcipuum causam Christi dexterum, quia scilicet ea vobis non agnouit felicitatem, quam offerebat ei Dominus suâ doctrinâ, à quâ refugiebat, & à bonis quæ fides in illum poterat adserere. Vbi deploret magno sensu pietatis tot verbium hereticarum cœcitatem, quæ doctrinam Catholicam reiecerunt, & cum ea, tot alia bona Ecclesia vera finu inclusa. Ideo ora ex animo celestem Patrem, vt agnoscant tempus visitationis suæ.

Tertium Punctum. Considera ne forte & tu sis unus ex iis, qui non agnoscunt tempus visitationis Dominicæ, dum scilicet & per interna lumina, & per motiones voluntatis, & per externa monita, exempla, flagella, beneficia, visitantur à Domino eo fine, vt se porgent à defectibus, & bonis impleant, & deploratis tuis defectibus, propone emendationem.

Quartum Punctum. Considera Christum Dominum in Eucharistia, quād sàpè (spiritualiter intelligendo) flet ob peccata varia, que committuntur in vsu malo Eucharistie. Dole & tu eandem ob causam, examina ne fortè & tu tuâ distractione, irreuerentia, somnolentia, socordia, ariditate, cu sepe offendas, & causam prebeas lacrymarum. Ideo veniam pete & emenda.

FE-

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam nonam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera Christi Domini zelum, qui et si mansuetissimus esset, & linum fumigans non extingueret, & arundinem quassatam non confringeret, tamen ut videt in templo vendentes & ementes, eiecit eos: Disce hinc, quomodo saluā charitate debeas te opponere iis, quos vides non recte viuentes, nec dissimilare eorum peccata, quos corrigerem pote. Quod an facias vide, & si quid sit emendandum, emenda,

Secondum Punctum. Considera modum quo hos negotiatori exclusit. Nam mensas nummulariorum, & Cathedras rendentium columbas euerit, eieci vero vendentes & ementes: quod stultis censoribus videri posset iracundia, & impatientia grauis. Hinc disce non scandalizari, sed omnia in bonum sensum trahere, & vide quomodo te hac in parte geras.

Tertium Punctum. Considera reuerentiam quam Dominus haberi voluit templo suo, qui non sinebat, ut quisquam transferret vas per templum. Hoc pondera, & agnoscere, quantopere sint vitanda alia grauiora, quae in templo quandoque à te fiunt; & si quid tale repieres, deplora & caue.

Quartum Punctum. Considera Christi D. verba: *Domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus: Si omnibus gentibus, quanto magis omnibus Religiosis, qui sunt ad D. Deum colendum vocati. An autem tibi, templum Domini, melius illo Salomonico, sit dominus orationis, vide, & corrigenda.*

FERIA TERTIA.

Post Dominicam nonam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera primum motuum, ob quod vita tua in Religione, debuerat esse talis, ut possit vocari ex parte tua *Domus orationis*, scilicet orationis gemebundæ ob admisla in seculo peccata, quae in Religious cognoscis melius, & ad quæ purganda satisfactio, vocatus es ad Religionem. Vide itaque quomodo te geras hac in patte, & fac domum istam domum orationis.

Secondum Punctum. Considera secundum motuum eiusdem rei beneficia naturalia quæ etiam melius cognoscis in Religione, & plura percipis, quan̄ percipiāt etiam Reges in mundo, saltēm quietem vitæ, vacuam à sollicitudine, curis, angoribus, timoribus nimis, &c. meliores noctes, dies iucundiores, sanitatem minus perturbatam escis ac poribus superfluis, & alia huiusmodi: hæc ponderans, agnoscere beneficium multiplex, & orationem gratiarum

actionis perpetuò funde, & fac domum tuam domum orationis.

Tertium Punctum. Considera tertium motuum eiusdem rei, beneficia supernaturalia, quæ sapientia, copiosius, & præstantiora hic percipiuntur, quam in seculo. Discurre per pacem, & ob illa, ita viue, ut Dominū Deum pro iis laudans, verè reddas domum hanc domum orationis.

Quartum Punctum. Considera quartum Motiuim, eiusdem rei paucitatem hominum, bonam vitam in seculo (qua est quædam practica oratio) D. Deum laudantium. Compatere Domino tuo, quod paucos habeat sequaces, dole quod demon plutes in mundo habeat, & ita excita in te feruorem ad viuendum sancte, ut quodam modo compenses aliorum malitiam, & ipse viuendo sancte, facias tuā vitā perfectā, domum hanc domum orationis.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam nonam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera illos tempora facere speluncas latronum, qui ad tempora se recipiunt, post factas aliquas rapinas, ut latrones ad speluncas solent, vide ne id tibi quaque conueniat. Conuenit, si vnguam famam proximi tui lingua tuā lassis: quia melius esse nomen bonum, quam diutias multas, ait Sapiens: idē talis prædatio maior est quam pecunia. Dñe ergo talia lingua tuæ & aliorum virtutia, & ab ijs deinceps caue.

Secondum Punctum. Considera secundū illis quoque tempora esse speluncas latronum, qui post perpetrata homicidia, ad tempora confluunt, ut solent latrones ad suas specus. Hoc conuenit ijs qui post admissum aliquod peccatum mortale tempora aduenti (et si adeundo illa non peccant, & a dite debent, sicut nec primi peccant) grauius est enim Christum Dominū crucifigere, quam hominem trucidare, illud fit per quodvis peccatum mortale, cuius si conscius es aliquando patrati, confundere, deesse illud, veniam pete, & adhibe condignam satisfactionem.

Tertium Punctum. Considera tertio illos quoque esse in templis tanquam in speluncas latronum, qui angoribus conscientia cronicantur ob commissa sceleris non emendata, vel pro quibus vere non satisficerunt. Talis enim anima status, est latronum in speluncis. Hoc tibi conuenit, si te tua mordet conscientia, vel ob confessiones male certò peractas, vel non adhibita tam talem emendationem, que solet afferre gaudium & quietem animi, ornari serpili, metu carentem. Vide ergo, quid facere debeas, ne cum talibus angoribus in templo ores.

Quartum Punctum. Considera quantum peccatum sit irreuerentia in templo etiam in rebus

bas necessarijs ad templi usum & sacrificij, qualis erat illa venditio & emptio columbarum pro sacrificiis, siquidem Christus D. latrocinis hoc comparauit. Vide autem ne gravior sit irreuerentia, dum circa res non necessarias, sensibus vel mente occupatis: dum D. Deum alloqueris, ita distracte, quomodo non alloqueris tuum aduersarium disputando: dum eum intra te recipis, quomodo non reciperes nobilem simplicem, te causam officij inuisitentem. Hoc si in te sunt, erubet, defle, & propone seriam emendationem.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam nonam à Pentecoste.

Primam Punctum. Considera damnum inanis glorie: Attende, ne insitam vestram facias coram hominibus, ut videamini ab iis, alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in Caelo est. Hoc damnum maius est, omni lucro temporali, & bono temporali sperato sed non acquisito, quia est tactura boni summi & aeterni. Cum ergo homines vehementer doleant amissam lucem magni occasione, vide quantum magis tibi sit dolendum, amissam occasione lucis aeterni. Quod an cures, examina te, & vide quanto pete fugere debetas vanitatem.

Secondum Punctum. Considera finem rectum qui esse debet in occupationibus tuis indifferenteribus, vii sunt studia, disputationes, lectio-nes, &c. Si enim opera iusta & supernatura-lia non prosunt vano fine facta, multo minus ea que non sunt talia ex natura sua. Examina ergo te quomodo ea facias, & corrige corrige. Agnosces enim vel ex hoc finem eorum, si ita diligenter in eis versaris, quando non debes comparere in publico atque versare in publico eorum specimen editarus.

Tertium Punctum. Considera causam, ob quam primum celeste vocetur merces, & hinc discas quam perfecta esse debeat opera tua, ut mereantur talem compensationem, quae merces vocari possit.

Quartum Punctum. Considera cur vana iactantia, tuba a Christo Domino comparetur, una ex causis esse potest, quia sicut in tuba a paruo foramine sonus initium sumit, & per magnum exit ac dilatatur: ita vanus rumor late diffundi solet, ex modico etiam signo vano: Ut hinc discas, etiam minima vitare indicia, vanitatem redolentia, quod an facias vide, & si quid & emendandum est emenda.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam nonam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera primum motuum faciendorum recte omnium operum

& recto fine: quia Pater tuus qui in Caelo est, n. det in abscondito. Oculus enim D. Dei benignus alpientis recte operantem, sine alio premio esse potest causa sufficiens ad excitandum, audi-um ardens recte operandi. Hoc pio affectu perpende, quam sit efficax motuum, maxime in corde Filii, quale esse debet cor tuum. Et an hoc te permoueat, vide & proficer stude.

Secondum Punctum. Considera secundum motuum eiusdem rei primum celeste: Pater tuus reddet tibi: ille qui dat indignis, & quidem vera bona: ille, qui danto, nihil perdit: qui semper dando, ita plenus est bonis, quo dare potest, acsi nihil dedisset unquam, quia infinitos habet thesauros. Ex altera parte vide, quoniam ob minora præmia, ob applausum, ob sensualitatem, gustum aliquem noxiom & facis non facienda, & fugis non fugienda, & omittis non omittenda. Hoc quam dedecet, agnosce, dole, & caue ne humana præmia donia preferas Diuinis utilibus.

Tertium Punctum. Considera modum quo Pater tuus compensat beneficia: Reddi nihil, quasi dicat, mutuo dantur D. Deo que eius causa recte sunt: non perduntur, restituuntur etiam in hac vita, vel eadem vel meliora, vel alia longè præstantiora. Nam pro gulta cibi, quo nos D. Dei causæ sincere pauiamus v.g. in mortificatione gulae (& sic de alijs) D. Deus maiore voluptate nos reficit, & in oratione & alibi. Cur ergo erga D. Deum paci sumus, immo nobis ipsis maiora bona inuidentes? Experi-giscere, & vtere communitate bona seminandi in D. Dei manu fecunda, innumeros fructus.

Quartum Punctum. Considera cui reddit Pater tuus. Tibi hoc est qui nihil meritis, immo qui meritis omnia mala, ob peccata tua: Tibi qui tot capiibus D. Deo teneris obsequi, sine spe præmij: & tamen misericors Pater, vult tibi reddere quodvis suspirium. Gravas age remuneratori tuo, & pete, vt semper in te & per te operetur, quæ digna sint præmio, nique opta non tam propter bonum tuum, quam propter gloriam eius.

S A B B A T O.

Post Dominicam nonam à Pentecoste.

Nos culpis solutos.

Primum Punctum. Considera culpas nostras esse velut vincula quedam respectu demonis, quia mortales culpa ita nos ligant, ut simus mancipia eius, quia Dominus Deus excludit a gratia & gloria sua. Hoc quam ingens sit malum pondera, facta collatione ad mala temporalia, multo minora hoc malo, & generosissimo animo statue potius mori, quam villo peccato mortali Domini Deum offendere, & si quan-

quando ijs te contaminasti, dole, veniam pete à D. Deo, & à Beatissima Virgine, ut hæc tua vincula in te soluat.

Secundum Punctum. Considera culpas tuas veniales, esse etiam vincula quædam, respectu D. Dei donorum, ad qua haurienda non sicut te procedere, tanquam ligatum, eò quod impedit ne tantum ex illis haurias, quantum posses, adeò ut vim Sanctissime Eucharistie, in qua Christus Dominus ipse substantialiter est præsens, impedian, ne omnes eius effectus & fructus recipias. Hoc pondera, quām si magnum malum, & quām sapè id non curas, & te ab his vinculis citò expedi; ac Beatissimam Virginem ora, ut te ab ijs liberet.

Tertium Punctum. Considera culpas eisdem veniales, esse vincula quædam tua respectu cœli, quod nemo etiam Sanctissimus potest ingredi, si vel vno peccato veniali habeat animam maculatam, etiamsi haberet omnia alia bona, quæ habuerunt simul omnes Sancti; quia ut dicitur in Sæcis literis, eo nil coquinatum intrabit. Hoc etiam quām magnum sit malum, saltem in te, conspice; quod si non Regi carissimus, ob rem aliquam excluderetur à respectu Regis, & ad eum admitti vetaretur, omnes colligerent, in causâ esse gravissimam aliquam culpam & offenditam. Ita in casu nostro hoc pondera, & omnia venialia peccata in posterum vehementissimè detestare & vita.

Quartum Punctum. Considera modos quibus soli possimus à culpis nostris, ope Beatissime Virginis, Primi, Dum impetrat remissionem culparum præteritarum, per dona D. Dei qua ad hunc finem D. Deus nobis largitur ob eius preces. Secundi, Dum simili modo liberat nos à penitentia meremur ob culpas remissas. Tertiù, Dum facit, ne in eas relabamur voluntariè & deliberatè. Hoc quām magnum sit beneficium expende, ad illudque consequendum te dispone, & id à Beatissima Virginie ardenter pete.

DOMINICA DECIMA.

Post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera qui sunt illi qui in se confidunt tanquam iusti, contra quos Christus Dominus instruxit parabolam. Hoc agnosces ex modo, quo se gerunt respectu iudicij, ij qui non sunt consej viilius sceleris supplicio digni. E contra, qui ita timent, ita recurrent ad Iudicem, eumque placare conantur modis omnibus, tanquam certò scientes se promeritos sententiam mortis, non confidunt in se tamquam iusti. Tu quorum sis è numero, vide & statue quid tibi sit faciendum.

Secundum Punctum. Considera quām malum sit aspernari cæteros, siquidem & contra hos

Christus Dominus egit. Quibus autem modis soleant alij alios aspernari, discurre, & facta ad te reflexione, te leca quæ videbuntur resecanda.

Tertium Punctum. Considera bonum publicanum pœnitentem, qui suorum peccatorum conscius, corde contrito dicebat, idque à longè stans, nec volens oculos ad cœlum levare, sed percutiens pectus suum: *Deus proprius esto mihi peccatori.* Hæc pondera, ad te applica, & imitate.

Quartum Punctum. Considera fructum cordis humilis & verè pœnitentis: *Omnis qui se exaltat humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur.* Vide quid tibi conueniat horum dictorum, & Christo Domino humilitatis Magistro te conforma, maximè existenti in Eucharistia, in qua ita existit, ac si iudicio humano non existet, ita nil exterius manifestat.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam decimam à Pentecosten.

Primum Punctum. Considera primam conditionem Orationis seu circumstantiam, quā Dominus oranti prescribit: *Cum oraueris intra in cubiculum tuum: loquitur de oratione privata, quam vult intra cubiculum fieri, tum ut sit magis collecta & attenta, quām si fieret in platea, tum ut sit ferventior, & non impediens respectu personarum aspicientium, liberorum cum D. Deo, & in devotionis lacrymas, aliquaque etiam exteriorum actus, ex ardore animi in corpus redundantes effusa.* Tu cum in cubiculo oras, vide an habeas has duas conditiones, & deploratis si qui sunt defectibus, eos vitare stude.

Secundum Punctum. Considera secundam orationis conditionem. Non satis est orare in cubiculo, sed ora in tuo, non alieno; quia qui in alieno orat, sollicitus est, ne inueniatur orans ab eo, in cuius orat cubiculo. Ita vult omnem solicitudinem rerum aliarum etiam bonarum abesse. Dominus ab orantibus animo, ut cum omni libertate, candidè explicet Creatori ac Redemptori suo, inflammatus puræ mentis, & nihil in hac vita præter D. Dei gloriam querentis, affectus. Talis an sis orans vide, & talis esse stude.

Tertium Punctum. Considera tertiam conditionem orationis, quām Christus Dominus vult fieri, etiam *ostio clauso*, ne orans videatur ab alijs, ut ita præcidatur omnis occasio etiam remota distractionum. Quantò ergo magis internas, & personales externas distractionum causas, vult esse longè à nobis Dominus nostor, qui etiam eas, quæ retro nos sunt vult allegatas. Tu quomodo te geras hac in parte inquire, & statue quid tibi sit faciendum.

Quat-

Quartum Punctum. Considera quartam conditionem orationis: *Ora Patrem tuum*: id est, ora cum affectu tali, quali solent orare filii Patrem suum. An eum habeas, vide, si non habes, cur non habeas, discute, & ad acquirendum tales affectum, modis omnibus nitere.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam decimam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera quintam conditionem Orationis, quām Dominus vult fieri in abscondito, hoc est, tanquam thesaurum pretiosum vult esse, dignum qui abscondatur a dæmons, ne eripiat: ab hominibus, ne vano applausu vim eius tollant: à te ipso, ne distractio nes eum dissipent, sed ut Dominus Deus solus sit eius postessor securus. An autem Oratio tua sit talis, quā mereatur nomen absconditi thesauri, vide, & tales semper Domino Deo offerre stude.

Secundum Punctum. Considera sextam conditionem Orationis, quām inducit certa fides, de Domini Dei videntis orantem præsentia: *Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* Hic Domini Dei intuitus, exigit externam reverentiam, nam & intuitus viri grauis id efficit. Vide ergo quā reverentia ores, in situ corporis, in sensuum & membrorum actibus, deplora defectus & absconde, si qui sunt in te.

Tertium Punctum. Considera septimam conditionem Orationis, quām præsentis Domini Dei eadem persuadet, scilicet mentis attentionem. Nam si dum fratrem præsentem alloqueris, non distraheris ab alloquio, quantum magis dum D. Deum (qui te videt) alloqueris, quem & timere, & amare magis debes, quām fratres. Quomodo autem te hac in parte geras, inquire, & si quid sit corrigendum corrigere.

Quartum Punctum. Considera octauam conditionem Orationis, considerationem & materię gravitatem: *Orantes nolite multum loqui.* Non est mala longa oratio, sed præcepsero & inconsideratus, qualis esse solet in multiloquio. Hoc examina, quomodo in te sit, & ahsuee ad compositam sine affectatione orationem, & exquisita verba, ubi sermo est cum Diuinis Personis, & hoc ipso die, has conditiones executioni mandare stude.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam decimam à Pentecoste.

Pater noster.

Primum Punctum. Considera causas ob quas Christus D. non alio titulo ē tot titulis, Dominum Deum appellari in Oratione voluerit, quām titulo Patris, & ex hac consideratione proficere stude.

Secundum Punctum. Considera Patri debet obedientiam à filijs, idque iure naturæ magis quām vili homini puro. Tu quomodo cum & in sacculo & in Religione detuleris, discute, & agnoscos deles defectus, deles, ac propone emendationem.

Tertium Punctum. Considera Patri debet à filijs amorem, si Pater sit benevolus, si diues, si nullam habens causam amoris perfectioni obstantem. Tu vide quomodo eum haec tenus amaueris. Id agnosces ex signis amoris erga homines; & si quid sit erratum, deles, & remedium.

Quartum Punctum. Considera Patri debet studium eius existimationem & gloriam & omne bonum acriter promouendi. Hoc quomodo præstes verbis, exemplis, disquisitione, & veniam pete negligenter, & viscera boni filij induce. Quod ut asequaris, eorum exemplo in memoriam reuocato, qui hac in parte formentur à Christo Domino æterni Patris Filio, gloriam pro hac re pete.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam decimam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera primam causam ob quām Dominus Deus verè est Pater noster, quia nos produxit perfectius, quām pater carnis, qui animam non produxit, & in substantiâ corporeâ, saltem materiam primam, non produxit. Vnde sequitur talen saltem debere habere affectum erga Diuinam Matrem, quamlibet filij habent erga Parentes ob sui generationem. Talem an habeas, vide, confundere si non habes, & acquirere stude.

Secundum Punctum. Considera læxitiam quā debes habere ob hanc causam, quia ei opus manuum D. Dei, magis quām sunt opera artificata, opus manuum artificum. Hoc quām sit excellens, pondera, & vide quām perfecte vivere debeas, qui ē manus infinita sapientia & potentia prodisti ne (loquendo humano mortale) moribus tuis, pudorem, quantum est in incutias Authori tuo.

Tertium Punctum. Considera singulas tuas actiones, quas etiam in te Pater tuus quoadelese materiale earum producit, peccatum tamen non causando in ijs, & vide an sint dignæ productione D. Dei, quantum est ex parte tua. Detestare maculas quibus eas tua culpâ fecisti, & ablue, & mundas eas in posterum habete stude.

Quartum Punctum. Considera quā obseruantia & amore debetas prosequi proximos tuos omnes, sciens eos esse filios Patris celestis: quomodo honorates & amares præfatem filium Regis? quomodo caueres, neminem te eum offendentes & contristares? Hoc

XXI. DE PIIS ERGA DEVVM ET SS. AFFECTIB. 803

an Domini Dei filii facias vide, & delle defensos, & emenda.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam decimam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera te debere maiori affectu amoris obseruantia, gratitudinis, &c. ferri erga Diuinam Majestatem, quam fertur erga aliquem Sanctum, si te suscitat a morte ad vitam: siquidem maius beneficium contulit in te D. Deus, producendo ex nihilo animam tuam in tui generatione, quam concilias Sanctus te suscitando a mortuis, quia non produxisset ipsam tuam animam substantiam, sed tantum unitiois eius cum corpore causa fuisset. Vide ergo quo affectu animi prosequeris illum Sanctum, a quo te crederes esse a morte suscitatum, & an simili affectu prosequaris Dominum tuum: & statue quid tibi tu faciendum, & quibus in rebus debeas ostendere affectum, erga Dominum & Creatorem tuum.

Secondum Punctum. Considera quem affectum debetas habere erga Patrem tuum cœlestem, quia te creavit sine defectibus naturalibus, non cœcum, non surdum, non claudum, &c. Vnde sequitur, debere te horum sensuum potentis & actibus, tam internis quam externis vti, ad magnam D. Dei gloriam. Quod an facias, vide, si non facis, dole, confundere, & emenda.

Tertium Punctum. Considera quibus modis externis prodat se affectus noster erga nostros parentes & benefactores, tum quoad amorem & obseruantiam erga eos; tum quoad laetitiam de illorum proliquo successu & nominis eorum propagatione: tum quoad tristitiam de rebus contrariis: tum quoad gustum in cœrum memoria: tum quoad alios affectus internos: Et facta ad te reflexione, proficer stude in similibus erga D. Deum & res Diuinas affectibus.

SABBATO.

Post Dominicam decimam à Pentecoste.

Mites fac & castos.

Primum Punctum. Considera necessitatem mitis animi nobis omnibus, propter tam assiduum conuersationem cum variis ingenii & complexionibus, domi & foris: propter varias occasiones. Ex altera parte considera, an mitis sis in affectibus & resolutionibus internis, an in verbis, an in gestibus, an in factis, & agnitione seu necessitate tua seu defectibus, peste à Beatissima Virgine, ut te faciat mitem.

Secondum Punctum. Considera modum quo Beatissima Virgo facit homines mites. **Primum,** Lancij Opus. Tom. 2.

suo exemplo: **Secundum**, Christi Domini filij suorum exemplis & doctrinis: **tertium**, precibus protectoris, **quartum**, inspirationibus tibi impletatis: **quintum**, tot filiorum & seruorum suorum exemplis: & vide quomodo iis utatis ad imitationem, id est reprehende te, veniam pete, propone emendationem, & pete, ut te faciat mitem.

Tertium Punctum. Considera necessitatem Angelice castitatis in Societatis ministerijs & occasionibus necessariis, praeterea consideratis tuis vel malis præteritis actibus, vel tentationibus, vel saltē propensionibus naturæ, vel saltē externis occasionibus & periculis. Inquire autem, quomodo te armes hac virtute, quomodo item utatis mediis ad illam consequendas, quomodo obstacula eius remoueas, & proficer stude.

Quartum Punctum. Considera & repete tertium punctum, præsertim, quomodo te armes castitatem, quomodo media ad illam adhibeas, quomodo obstacula remoueas, & te emenda, si qua in te delinquis: & quia nemo potest esse continens nisi id Dominus dederit: ve det, adhibe mediaticem castissimam Virginem, ut nos omnes faciat mites & castos.

DOMINICA UNDECIMA.

Post Pentecosten. Matth. 7.

Primum Punctum. Considera charitatem eorum, qui ad Dominum tuum adduxerunt surdum & mutum ut sanaretur, quo facto expressum habes typum boni Religioli, cuius officium est ad Christum D. adducere, medica eius manu indigentes. Hoc, an affectu saltē accenso, nunc facias, examina te, & quas occasias hoc zelo feruere debeas, perpende, & talen zelum comparare stude.

Secondum Punctum. Considera fidem eorum qui adduxerunt surdum & mutum: sperantes enim Iolo Christi D. contactu sanandum, nondicunt petuisse eius sanacionem, sed deprecabantur eum, ut imponeret illi manus. Ta vide an tantam fidem habeas de Santissimæ Eucharistia præsentâ, non solum Christi D. manum contactum, sed ipsum Christum D. idque per modum cibi adferentis. Cuius valore ponderato, accedere ad desiderium eius ardens, & dignam susceptionem.

Quartum Punctum. Considera modum quo Christus D. sanauit hunc surdum & mutum: Expansus tenet linguam eius, & in auriculam eius digitos immisit, sufficiens, in caros ingemuit, ac ait illi: Epheta, quod est adaperire: quæ spiritualiter explicans, & tibi applicans, proficer stude.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam undecimam à Penteoste.

Primum Punctum. Considera secundam caritatem ob quam Deus omnipotens meritò vocandus in oratione præcipitur, *Pater noster*: quia scilicet nos educavit & educat hucusque. Hæc educatio duo complectitur. Primo, viatum corporis. Secundo, morum institutionem. Quoad viatum corporis, perfectius eum præbet quam Pater carnalis præbeat filii. Primo, quia ipse vel creat vel producit omnem viatum tuum, & omnia ea quæ ad eum parandum spectant & remotè & proximè: ipse conservat omnes causas, ex quibus vietus tuus oritur, Pater autem carnalis tantum emit viatum, vel de loco transfert, substantiam vero eius non producit, & ita continuò D. Deus te edueando, famem à te arcessit, idque præstantius, quam si quis pauperem fame morientem, semel passando à morte liberaret. Vnde sequitur, debere te magis amare & obseruare cœlestem Patrem tuum, quam faciant filii, erga Patres suos, vel quispiam à fame vel morte liberatus erga benefactorem suum. Hoc an facias vide, si non facis confundere, & te emenda.

Secondum Punctum. Considera Patrem tuum cœlestem, magis immediate, & magis perfectè viatum à se pro te productum parare, quam illum paret cocus vel ignis, vel etiam terra, quia magis ad eum, quam ista concurrit. Admirare hanc dignationem summae Majestatis. Exardescere in talem Ministrum tuum, & vide quomodo debeas servire ei, qui tibi in rebus tuis utilibus seruit magis quam creature.

Tertium Punctum. Considera Patrem tuum cœlestem, viatu à se producto & præparato pro te, magis te nutritre, quam nutriant Parentes filios suos, quia illi tantum proponunt cibum, illo vero intus non nutritur, relinquendo hoc officium calorū naturali, cum quo Dominus Deus ipse & quidem ex parte sua perfectius concurrit ad tuu nutritionem. Vnde sequitur, deberet te valde & Domino Deo gratum esse, etiam ob hanc causam, & valde sobrium ne Domini Dei offendas oculos ingenerando inconvenienter cibum, vel quoad substantiam, vel quoad qualitatem, vel quoad auiditatem &c. siquidem illum ipsum cibum ipse debet magis concoquere in corpore tuo ob tuu nutritionem, quam calor naturalis. Examina ergo te, quomodo te hac in parte geras, & corrigere corrigensta.

Quartum Punctum. Considera Patrem tuum cœlestem, non ad certum tempus, vti faciunt Patres terreni, sed tota vita te alere, & vitam tuam sustentare etiam extra correctionem.

Quod cum faciat propter suam gloriam sequitur debere te ita perfectè vivere, vt quodammodo, in omnibus instantibus meritorie operari eum glorificando. Quod an facias vide, & proficere stude.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam undecimam à Penteoste.

Primum Punctum. Considera alteram partem paternæ educationis, sitam in morum institutione, quod Pater tuus cœlestis praefuit. Primo, exemplis, bonis propositis, qua imitari, ideo tot Santos tibi imitandos dedit, denique filium proprium in carne. Aspice hæc exemplaria. Vide quomodo ea moribus tuis exprias, erubefce quid longè distes ab iis, & præcipios defectus nota, & caue eos quæ illi dissimilem faciunt.

Secondum Punctum. Considera secundum modum: quo Dominus Deus nostros mores instituit, per bona monita tam interna quam externa, per Scripturam, Regulas, Superiores, æquales &c. Tu facta reflexione ad hæc omnia, vide quam parum proficias, veniam pete, & promitte in aliquibus rebus præcipuis emendationem.

Tertium Punctum. Considera tertium modum quo te Pater cœlestis instituit in bonis moribus, alliciendo te, tot munieribus beneficiorum ingentium naturalium & supernaturalium, & cum iis dando tibi tot auxilia interna & externa. Vide quomodo iis variis, incusa duritiem cordis tui, & præbe cor tuum dilecti Patri tuo.

Quartum Punctum. Considera quartum modum quo educaris in bonis moribus à Pace tuo, immissione peccatorum, vel metu earum proposito, & spe præmiorum æternorum. Hæc quantam vim habeant ad te bonis moribus imbuendum, & sanctum efficiendum, pondera, & simili quam parum proficias. Ideo dolere, confundere, & excite te ad seriam emendationem, vt ita mutatione morum facta in melius, exhilaras benignissimum cor Patri tui cœlestis.

FERIA QUARTA.

Post Dominicam undecimam à Penteoste.

Primum Punctum. Considera tertiam causam, ob quam Dominus Deus verè est Pater tuus, quia vix faciunt Patres terreni, collocant te in certo vitæ statu, primo quidem in statu fidei, quia te Christianum & Catholicum fecit, nō reliquit inter infideles vel hereticos. O quam magna est hoc beneficium gratias age Patri tuo, roga nō ut pluribus errantibus id beneficium conferas.

conferat, sed quia in hoc statu debes perfectius vivere, quam hæretici & Ethnici: Vide an id facias. Ideo reuoca in memoriam exempla multorum Ethnicorum heroicam, omni genere virtutum moralium, nam inuenies amplam materiam confusionis, & excitandi te ad vitam Christianam nomine dignam.

Secundum Punctum. Considera secundum statum, in quo te constituit Pater caelitus: **Statum gratiae:** quia noluit te esse è numero Catholico-rum talium, qui benè credunt sed impie viuunt. Huius beneficij magnitudinem pondera, gratias age, & ita viue, ne ex hoc statu excidas; quod fit ordinariè per negligentem custodiem oculorum & lingue. Vide ergo quomodo te geras, & consule itacui animæ tuæ.

Tertium Punctum. Considera tertium statum in quo te collocauit Pater tuus: **Statum perfectionis:** & quidem non vulgaris sed Apostolice, immo statum ipsius D. Iesu in carne viventis. Institutum enim tui Ordinis Christi D. statum representat: gratias age pro hoc beneficio. Vide quomodo ei correspondas, an viuas ita ut perfecio huius status exigat, & corrigere corrigenda.

Quartum Punctum. Considera causas, ob quas in hoc ultimo statu perfectionis, ad quem vocatus es, nec ita perfectè viuis vti viuebas cum ellen in primis fernoris tui, vel si ita viuvis, saltem non es ita perfectus, uti esse potuisse, per tot annos Religionis, & post tot percepta auxilia. Has causas desle, veniam à D. Deo pete, & promitte emendationem.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam undecimam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera quartam causam ob quam Dominus noster, merito est dicens, **Pater noster,** quia more Patrum terrenorum reliquit tibi amplam hæreditatem, eamque quadruplicem. Primo, creaturas omnes, tam varias, tam multas ubique, idque propter tuum bonum vsum creatas, non tantum ad necessitatem, sed etiam ad honestam oblationem & recreationem tuam: obstupescet viscerum horum paternorum benignitatem, & vide quomodo iis vti debeas, ne Patrem tuum contristes, si male vesus es vel vteris, dole, veniam pete, & benè deinceps vti incipe.

Secundum Punctum. Considera secundam hæreditatem tibi à Patre reliquam, **Dona & virtutes,** quibus si vasis, plenus esse potes, & valde diues. Quomodo autem iis per Sacraenta infusis utris, quomodo de augendis labores, vide, & sancta auaritia accendere, ad eas in magna copia congregandas.

Tertium Punctum. Considera tertiam hæreditatem tuam **Sacraenta,** præstitum duo ordi-

Lancicij Opus. Tom. 2.

naria, **Penitentia & Eucharistia,** & efficaciam eorum, præstantiam ac utilitatem. His quomodo utratis perpende, & proficere stude.

Quartum Punctum. Considera quartam hæreditatem in cœlis patamat, **Gloriam eternam.** Huius præstantiam pondera, & quantopere deceat te omnia mala vitare, omnia aduersa tolerare & expetere, omnia bona secati, spe huius gloriae, cum spe minoris premij, seculi amatores, plura quam tu patientur & faciant. Confundere & te emenda.

FERIA SEXTA.
Post Dominicam undecimam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera primam filij proprietatem, naturæ saltem similitudinem, si non identitatem, cum paterna. Tu eriam ob animam & corpus tuum, quoad esse naturale, verè es filius Dei: Es enim ab eo producetus, quam ob causam Scriptura vocat Deum Patrem pluie. Præterea ob libertatem arbitrij & rationis vsum, verè es imago & similitudo D. Dei. Vnde sequitur, debere te ita corpus tuum & animam tuam tractare in omnibus actibus eius, vt ij mereantur dici *actus filij Dei*, digni hac filiatione naturali, nil indecens admittentes. Hochum prætes examine te, & corrige corrigenda.

Secundum Punctum. Considera secundam proprietatem filiorum Dei, sitam in supernaturali filiatione; id est participatione gratiae sanctificantis, ob quam à S. Petro vocamus *Consortes Divinae nature.* Hæc gratia num in te prodat se illis argumentis, que probabilem opinionem faciant, vide. Item quomodo coneris augere in te hanc gratiam per opera meritaria, & defletis defectibus tuis, tuos emendare stude.

Terrium Punctum. Considera tertiam proprietatem filiorum Dei, sitam in amore inimicorum: *Diligite inimicos vestros, vt sitis filii Patri vestri;* &c. Hoc an in te sit, diligenter discute, & D. Deum Patrem tuum hac in re imitate.

Quartum Punctum. Considera quartam proprietatem filiorum Dei, que maximè eluet eo tempore quo homo primum spiritualiter nascitur per baptismum, qui eum facit putum ab omni culpa, & obligatione poena. Hoc quam sit excellens, quam D. Deo gratum, quam tibi necessarium, pondera, & ad tales puritatem aspira, vt quantum fieri potest, sis semper sine macula vlla peccati non remissi, & sine ruga penae, operibus satisfactoriis non deferte. Hoc an procures vide, & te excita ad procurandum.

Xxxiiij capitulo. *Concordia in fratres.* *Capitulo xxiij, in mortuorum missione.* *Capitulo xxvij, in obitu.* *Capitulo xxxij, in obitu.* *SAB.*

S A B B A T O.

*Post Dominicam undecimā à Pentecoste.
Vitam præsta puram.*

Primum Punctum. Considera tibi primò esse necessariam puritatem essentialem, qua sita est, in carentia omnis peccati mortalis, cuius rei consideratà necessitate multiplici, excita affectum ad desiderium ardentissimum huius puritatis, deploratà si quæ vñquam talis impuritas fuit in animâ tuâ, & practicè cogita, quomodo eam semper vitare, possis: quod ut assequaris, pete ardenter à purissima Virgine, vitam præster puram & tibi & alijs.

Secondum Punctum. Considera multiplicem necessitatē alterius puritatis: sita in munditia animi à peccatis venialibus plenâ deliberatione admitti, aliusque quantum cum D. Dei gratia fieri potest. Simul perpende, quām pulchra, quām D. Deo Sanctisque Spiritibus sit cara: anima ita pura. Vnde ardens desiderium huius puritatis concipe, media ad illam consequendam inquire, & adhibere stude, & à purissimâ D. Dei Matre instantē pete, vitam ut tibi impetrēt tali puritate nitidam.

Tertiū Punctum. Considera tertiam puritatem, ad perfectionem vitæ Apostolicæ ad quā aspiramus omnino necessariam, ut scilicet mūdissimus ab inordinatorum vehementer motuum graui commotione & perturbatione, etiam involuntariâ, qua quām dedebeat hominem mortificatione studentem, & quibus vijs acquiratur contraria impuritas, perpende, & proficere stude.

Quartum Punctum. Considera quartam puritatem, familiarem magis D. Dei seruis, quæ, ut notat S. Thomas Aquinas, sita est in hoc, ne homo ad res etiam non malas in se, nimiq; affectu feratur, sed quantum fieri potest; priuete se etiam D. Dei causa vñ illarum: qualis est, mortificatio in remouendis, se etiam licet oblectationibus sensuum, & animi ipsius. Quæ res quām sit nobile, & D. Deo carum nostri Sacrificium, pondera, adiutusque desiderium te excita, & à Beatissima Virgine Matre pete ferventer, ut & hanc tibi impetrēt puritatem.

DOMINICA DVODECIMA.

Post Pentecosten.

*Beati oculi qui vident, quæ vos videtis.
Luc. 10.*

Primum Punctum. Considera primam Beatitudein oculorum nostrorum, qui vident in hoc regno tam latè dilatum splendorem Ecclesiæ Catholicae, cum D. Dei eximio cultu

etiam per hunc Ordinem tuum. Exulta pre gaudio, gratulare Diuinæ Majestati, eius gratia hoc attribue, nomine Ordinis tui, te humilla, referendo hunc successum in D. Deum, & vide quomodo te deceat, & modò suis modis, & postea, eundem D. Dei cultum propagare.

Secondum Punctum. Considera secundam Beatitudinem oculorum nostrorum, qui vident tot creaturas, ex amore D. Dei erga nos creatas, eo fine, vt nobis seruiendo, nosque etiam obiectando honestè, excitaret ad perpetuam D. Dei dilectionem & cultum. Hoc an præstet in te creatura iste, vide, & defectus circa hos tuos deplora & emenda.

Tertiū Punctum. Considera tertiam Beatitudein oculorum nostrorum, qui vident tot variarum virtutum exempla, & in secularibus bonis, & in domesticis, vt iis exciteris ad credendum in Diuina gratia, & magnos gloria futuræ thesauros accumulandos. An autem iis exéplis hoc assequaris, vide, & proficere stude.

Quartum Punctum. Considera quartam Beatitudein oculorum nostrorum, qui vident Christum Dominum, speciebus SS. Eucharistie velatum, verè in ea præsentem: hoc quantum sit & beneficium & solatium animæ Dominum Deum amantis, pondera, gratias age Domino, & statu quibus modis possis declarare factis gratitudinib; tuam, pro tam excellenti beneficio, & quadam beatitudine tua in hac vita.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicā duodecimā à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera primam causam, ob quam coelestis Pater merito in oratione vocandus est noster, quia est Dominus noster, & nos omnes serui eius sumus, titulus Creatoris & Redemptionis. Quoniam verò hi ruit sunt in eo multò maiores quām sicut iuria ullius Domini in serum, immo mancipium suum vilissimum; ideo necessariò tenetur D. Deo seruire, & esse subieci perfectius, quām sine villa mancipia Dominis suis. Examina ergo an id ostendas factis erga hunc Dominum tuum, & vide quid tenearis facere.

Secondum Punctum. Considera secundam causam, ob quam D. Deus est Noster, ratione amicitiae, & fauoris erga nos: quo sensu petit lofue ab Angelo: *Noster es, an aduersoriorum: Pondera, quorū modis Dominus Deus, verè amicitia satisfaciat magis, quām ullus amicus tuus. Gratias ei age, quod tanta Maiestas dignerū tecum amicitiam colere, quod cum D. Deo fieri posse, olim negabat Aristoteles. Cur ergo tu non ita libenter, nec tam diu cum tali amico conuersari cum gustu soles, vt̄ soles cum misero homuncione, cum quo vnius horæ, immo & plurium colloquia sunt sibi instar quadran-*

tis? Cur sèpè mavis offendere hunc amicum cœlestem, ne offendas socum, à quo pertraheris ad Regulam aliquam violandam? Erubesc, veniam pete, & seriò te emenda.

Tertium Punctum. Considera tertiam causam, ob quam Dominus Deus est Noster, scilicet ratione affinitatis, quam contraxit ob desponsatam sibi hypotheticè nataram nostram, cum persona verbi. Quid Domino pro hoc tāto honore retribues? exulta misericordiam tantam, & vide quām decenter, quām sancte oporteat te in tua humanitate vivere, ne affinem tuum, moribus inurbanis inhonores. Discute ergo eos, & reformat.

Quartum Punctum. Considera quartam causam, ob quam Dominus Deus est Noster, ratione donationis, *Omnia enim nobis*, vt loquitur Apostolus, *cum Christo donauit*: creavit omnia secundariò propter nos; conservat omnia & auget propter nos, opera Redemtionis editæ propter nos in cœlo, sedet glorioſus propter nos, vt nos in æternum recreet suo vultu & aspectu, factus est nobis omnia. Cur ergo & tu titulo gratitudinis D. Deo te non facis omnia? Cur plures partes & tui temporis, & tuarum cogitationum, & tuorum desideriorum, & tuorum sermonum, aliis donas non D. Deo, ac si Dei non es? Erubesc, & seriò muta te in vi-
rum alterum.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam undecimam à Pentecoste.

Qui es in cœlis.

Primum Punctum. Considera Dominū Deum esse in cœlis, tanquam in patria nostra ad quam peregrinatur, extra quam, vt in via contingere solet, multa nos pati necesse est, quoad vietum, habitationem aliaſue iniurias & labores. Vide ergo, an tu tali modo & desiderio festines ad hanc patriam, quali solent exiles & peregrini ad suam, & statue quid te oporteat facere, vt factis ostendas, te cœlum habere pro patria, & hic verè esse peregrinum.

Secundum Punctum. Considera Dominum Deum esse in cœlis, tanquam in loco thesaurorum suorum. Ibi enim habet & ostendit diuitias suas, quæ nunc sunt absconditæ ab oculis nostris, multò vtiliores & prestantiores omnibus terrenis diuitiis. Vide ergo an tu saltē tali conatu, labore, & indefesso studio, queratas has diuitias incorruptibiles, quali viles querunt mudi sectatores, & erubesc, & incusa cœcitatatem tuam, & sanctæ avaritiae ardorem in te accen-
de propter gloriam Domini tui.

Tertium Punctum. Considera D. Deum tuū, esse in cœlis, tanquam spectatorem pugnæ tuę,
Lancij Opus. Tom. 2.

cum internis & externis hostibus tuis coronam tenentem & præparantem, si strenuè certes. Tu quomodo pugnes inquire, & confundere vehementer, quod sèpè leui verbulo alterius, minimo nutu non boni socij, te Dæmon tanquam stramineo gladio vincat, dū pertrahit ad varios desectus; quid faceret, si gladiis vteretur validioribus! hinc agnoſces, quid facere debeas.

Quartum Punctum. Considera D. Denū tuū, esse in cœlis tanquam finem seu scopum seu terminum, ad quem debent tendere omnes tuæ actiones, internæ & externæ, quia te propter se creavit: discire per singulas actiones tuas, quot earum D. Deus sibi vendicat, quot earū digna sunt D. Deo: & tunc aduertes, posse fortassis D. Deum de te dicere, quod olim dicebat per Prophetam Michæam: *Non es botrus ad comedendum.* Hoc ne dicat de te, da operam.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam undecimam à Pentecoste.

Sanctificetur nomen tuum.

Primum Punctum. Considera primum modū sanctificandi nomen D. Dei esse, per modū viuendi Sanctum, id est talem, qualem legitimus de Sanctis. Tuus an sit talis, & cur non sit, cum tot habeas auxilia, vide, & accédere efficaci desiderio sanctitatis, sine quo Sanctus non eris.

Secundum Punctum. Considera moxiua quæ habes ad sancte viuendum, & opponendum te tot malè & imperfecte vinclibus, & quomodo erit possibile, vt quis D. Deum noſcens, ferat, plures esse qui ita virgunt uti vult dæmō, quām eos, qui ita sancte viuant, uti vult D. Deus.

Tertiū Punctum. Considera secundum modū sanctificandi nomen D. Dei, esse per ferventē hominum provocationem ad D. Deū glorificandum, ob vitam nostram sanctam. Talis sanctificatio D. Dei nominis, pendet à prima, & supponit primam in gradu excellenti, quæ non potest se non prodere, homine etiam inuito & renidente. Tales ah sint tui mores, an potius contrarij intropisce, & relecta ea, quæ & externos & domesticos ostendunt.

Quartum Punctum. Considera tertium modū sanctificandi nomen D. Dei, per sanctificationē aliorum, scilicet ardentī studio & conatu alios iuuando, vt Sancti efficiantur. Ad hoc vocati sumus, quia non tantum nostra perfectio, sed etiam aliorum, vniuersitatisque statui accommodata, finis est Ordinis tui. Hoc quomodo procures, cogita, & accensus magno desiderio Diuini honoris, exuiscera te, vt per te & per alios quām plurimos, sanctifices his modis nomen Domini tui, quod adeo inhonatur à tot peruerſis & ſecularibus, & Regularibus.

FERIA QVINTA.

*Post Dominicam duodecimā à Pentecoste.**Adueniat Regnum tuum.*

Primum Punctum. Considera Regni cœlestis durationem æternam, & cum ea bona omnia, bonorum omnium, terrenorum generibus maiora & meliora, sine illius mali administratione & periculo, tam intensa & perfecta, ut corde humano non possint in hac vitâ comprehendendi. Cur ergo non tam exactè peragis opera, quæ scis directè prodeesse ad concludendum hoc Regnum, ut peragis alia, quæ id vel non merentur, vel non ita proximè & immediatè. Erubescere, & tuis rebus consule.

Secondum Punctum. Considera nullum unquam Regem terrenum, tanto desiderio; & tantâ mensurâ liberalitatis, dare aulicis suis, Regni sui partem, quemadmodum facit D. Deus, planè quodammodo, obrudens nobis Regnum suum, & beneficij, & pœnis, & misericordias, ut omni modo nos eleuet ad illud. Agnosce felicitatem tuam, & D. Deo noli amplius oblistere, sequere trahentem, & tibi dictum puta: *Amice, ascende superius: & loco infimo contentus esse noli*, ut ita D. Deo gustum afferas maiorem, qui de maiore bono tuo gaudet magis.

Tertium Punctum. Considera modos, quibus possumus D. Dei ope consequi locum altissimum, in hoc Regno cœlesti, nimisrum si conscientia mundâ ab omni peccato mortali, omnia opera nostra ordinaria faciamus ob finem supernaturalem, nulloque peccato veniali eorum bonitatem destruamus, deinde si eadem faciamus cum ardenti & intensissimo affectu, vel erga D. Deum, vel erga virtutem aliquam, aut rem ordinatè amatam propter D. Deum. Quod si accident adhuc alia opera supererogationis, quæ nec ex præcepto D. Dei & Ecclesiæ, nec ex præscripto Regulæ possumus facere, maximè si pœnalia sint, & valde sensibus carnis molesta, tanto melius. Examinate, quomodo procedas hac in parte, & vide quid tibi deficit.

Quartum Punctum. Considera alterum Regnum quod D. Deus habet in hac vita dum regnat in anima nostra per gratiam suam & iustitiam. Hoc regno, quia in multis impis caret, opta ut illud multiplicetur, & ex parte tua iusta precibus, exemplis, monitis, pro condicione status tui, & si in te est tale Regnum, age gratias, & da operam, ut illud perpetuò retineas.

FERIA SEXTA.

*Post Dominicam duodecimā à Pentecoste.**Fiat voluntas tua, sicut in celo & in terra.*

Primum Punctum. Considera primum modum, quo D. Dei voluntas fit in celo, quia nullum peccatum ibi contra eam admittitur. Tu quomodo hac in parte te geras, vide, humiliare, veniam pete, & resolute te, ad tam caute viuendum, ut quantum fieri potest, quam ratificare, & quam leuissime pecces.

Secondum Punctum. Considera secundum modum, quo in celo fit D. Dei voluntas, quia à cœlitibus nil omittitur, quod sciunt D. Deum ab ijs velle. Hic quoque te gete ut in primo puncto, & proponere emendationem, resolviendo te ad ea exequenda, quæ scis D. Deum à te existere frequentius per internas inspirationes.

Tertium Punctum. Considera tertium modum, quo fit D. Dei voluntas in celo, quia sine illa interruptione perpetuò cœlestes occupantur, in rebus D. Deo gratis, & immediate D. Dei gloriam & gustum spectantibus. Tu vide, quomodo id exequaris, & quid te oporteat facere, pro statu huius vite.

Quartum Punctum. Considera quartum modum quo cœlestes faciunt Domini Dei voluntatem in celo, quia nil, nec pro se, nec pro aliis volunt, nisi quod vult D. Deus, nil nec ipsi nec pro aliis detrectant, quod sciunt D. Deum velle, & contenti sunt, etiam si videant amicos suos pati aliqua, vel puniri, &c. Tu practicè hoc imitare, in enim enades multa peccata, quæ committis, non conformando te in omnibus dispositioni & modo agendi Superiorum, per quos & tibi & aliis amicis mis, D. Dei voluntas indicatur.

S. A B B A T O.

*Post Dominicam duodecimā à Pentecoste.**Iter para tutum.*

Primum Punctum. Considera iter nostrum ad cœlum, non esse tutum propter inimicos inuisibilis dæmones, variis modis tentationum impedientes nostrum progressum. Te quibus modis impediunt, vide, & in illis cautes esto, & quia vis eorum est magna, invoca Reginam Angelorum, ut hoc iter redditum. Tutum autem erit, si primum ingressum & egressum horum hostium excluderis, sensum custodi, & cogitationum malorum repulsione, qua in re quomodo te geras, vide, & tibi consule.

Secondum Punctum. Considera secundos hostes, qui nostrum iter multi impediunt, scilicet

XXI. DE RIIS ERGA DEVVM ET SS. AFFECTIB. 809

culares; nimis tamen suis vel lenocinlis, vel iniurias, quae nobis dant occasionem multorum defectuum, & contra hos inuoca Dominam tuam, & vide quam debes esse oculatus in conuersatione cum externis, ne noceant.

Tertium Punctum. Considera tertios hostes iter cœli infestantes, scilicet eos domesticos, qui suis vel exemplis vel sermonibus, occasio tibi sunt, & per humanos respectus, & aliis modis, variatum imperfectionum. Contra horum tela specie amicitiae testa, præcipue opem Virginis implora, quae aderit, si tu quoque ex parte tua, pluris feceris consolationem Deiparæ, quam percipit ex vita tuâ bonâ, quam consolacionem sociorum, quorum causa D. Deum offendis. Quod an facias, vide, & agnosce quam stultum sit, maiores offendere amicos, propter minores.

Quartum Punctum. Considera quartum hostem in cœli itinere te inuadentem, scilicet te ipsum, cuius caro concupiscit aduersus Spiritum, Spiritus vero recalcitrat D. Deo, & vitetur naturalibus affectibus, in tuam perniciem, & abutitur creaturis, in tuum damnum, & non vitetur tam multis mediis ad peragendum hoc iter vilius & melius. Inuoca ergo eandem Matrem tuam, contra hunc hostem, qui quia à tua voluntate pendet totus, si volueris, D. Dei auxilio fretus, nihil damini parieris, sed reportabis cum tentatione prouentum.

DOMINICA DECIMATERTIA.

Post Pentecosten. Luke 17.

Primum Punctum. Considera humilitatem & discretionem 10. leprosorum, qui agnoscentes fiduciam membrorum suorum leprâ infectorum, occurrentes Domino Iesu, à longè steterunt. Gratias eis in spiritu age, pro hac reverentia Domino tuo exhibita, & hanc humilem discretionem in eis ama, & factâ ad tua peccata, etiam sola venialia, reflexione, vide quam sedatus sis, & quam longè te oporteat stare à Domino tuo, præsertim, si aliquando cum vel uno peccato mortali offendisti, ob quod etiam infra Luciferum te demittas, qui non ita grauitate offendit D. Deum, sano modo rem intelligendo, quia nec tam sapere, nec post tot beneficia, præsertim Christi Domini mortis ad abolenda peccata suscepimus peccatum.

Secundum Punctum. Considera affectum, quo clamabant & verba eorum: Iesu Praeceptor miserere nostri. Cur non Dominum, sed Praeceptorem vocant, pondera, & ex omnibus proficie stude.

Tertium Punctum. Considera Christi D. ad eos responsum: Ite, ostendite vos Sacerdotibus: quam eis fuerit salutare: Nam dum irent, mundati sunt. Quia in re tum Christi D. humilitatem

agnosce, qui eis non teneretur, temisit eos ad Sacerdotum iudicium, quorum erat de leprâ iudicare, tum fructum recursus ad Superiorum tribunal, ex quo optatam mundationem sunt affecuti. Idem cuenire in recurso ad moderatores nostros cogita, & quomodo in hoc procedas, vide.

Quartum Punctum. Considera leprosi & quidem Samaritani gratitudinem, qui solus ut se videt mundatum, regressus est cum magna voce magnificans Deum & cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens: amplectere in spiritu tam piam gratitudinem, que ita Christo Domino placuit, ut dixerit: Nonne decem mundati sunt, & non unum ubi sunt: non est inueniens qui redire, nisi hic alienigena &c. Vide quomodo singula ponderat Dominus, sui causâ facta, & accendere ad eum liberaliter colendum.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam decimam tertiam à Pentecoste.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Primum Punctum. Considera causas ob quas Christus Dominus res temporales quibus egemus, non tantum pro viatu, sed etiam pro aliis necessitatibus abigendis, panem appellari, siue vt iis non plus utatur, quam opus est, vt pane vitetur; siue vt communibus contenti simus, vt solemnis communii pane esse contenti, siue ne illis ipsis modicis & facile parabilibus utamur, cum nimio ad illas affectu, sed vt pane vitetur. Inquire tu quomodo te habetas circa rerum visum, & iuxta paupertatis statum vivere.

Secundum Punctum. Considera pronomen *Nostrum*, quo docemur contentos nos esse debere rebus nobis attributis, aliis debitas vel conuenientes, non expetendo, multò minus nobis usurpando, præsertim modis indebitis, & si quid hac in parte delinquis, corrige.

Tertium Punctum. Cur quotidianum Dominus vocet panem? scilicet ut abigit a se solicitudinem de crastino, & doceat sano modo, in dies vivere, non discurrendo quid de te fieri, non ambiendo illa speciosa officia, nec propter hoc quidquam faciendo. Quod an præstes, vide, & vi decet, procede.

Quartum Punctum. Considera cur pro hodierna die nos iubeat petere, scilicet vt amputet spem vitae longioris, & malam securitatem, quae inde nascitur, sed moneat, ita esse viendum & vivendum rebus huius vitae, ac si cras essemus morituri: quod si fieret, Deus bonus quam à multis malis abstineremus; quam bonis multis vacaremus: & quia non es certus de

vita crastinâ, ita viue, vti cras moriturus viuet
res, si id scires; non timore pœnæ, sed D. Dei
more excitatus.

FERIA TERTIA.

*Post Dominicam decimam tertiam à Pen-
tecoste.*

Et dimitte nobis debita nostra.

Primum Punctum. Considera debita quæ in
seculo contraxisti, propter peccata admissa
tam graviæ, & numerum capillorum superan-
tia. Quibus, in memoriam, saltē in genere re-
vocatis, deſle ea, ac confundere, & ſapē arden-
ti dolore reiterato, ea deplora, veniam pete, &
ſtatue quid te facere oporteat pro Domino
tuo, qui te ab his debitis, iam liberauit per bonā
confessionem.

Secondum Punctum. Cōſidera noua debita, quæ
in Religione contraxisti & contrahabis, idque
(quod ſeculareſ nulli faciunt) ſine graui ſaltē
apprehenſa necessitate, fed merē cauſa & tem-
pore tantum quia liber incautē viuere.

Tertium Punctum. Considera quia mala, &
in hac vita & in altera ſcaturiunt ex his debitis
non persolutis, vt ita magis caueas, ne ea tam
magna & tam ſapē contrahas.

Quartum Punctum. Considera modos, qui-
bus potes hac quotidiana tua debita tollere,
tum ab Ecclesia, tum à Religione tibi offerri
& pœnè obtundi ſolitos. Vide ergo quomodo
iis utaris, & quantopere vti debebas, ne cum ma-
jori incommodo tuo, & minore lucro, aliis vti
cogariſ in vita ſequenti post mortem.

FERIA QVARTA.

*Post Dominicam decimam tertiam à Pen-
tecoste.*

*Sicut & nos dimittimus debitoribus
noſtris.*

Primum Punctum. Considera indignos eſſe
eos, quibus D. Deus suas iniurias condonet,
qui non condonant aliis suas, & contra ſe ta-
lein ferre ſententiam hiſ Orationis Dominicæ
verbiſ. Examina ergo te, num quid offenſæ nō
condonatæ proximo reſideat in animo tuo, &
eam quantocius excute.

Secondum Punctum. Considera primam con-
ditionem quæ debet eſſe in condonanda pro-
ximo offenſâ tuâ, ne vindictam propterea que-
ras, ſicut nec D. Deus viſ propter grauiora
peccata tua, à te vindictam exigere. Hoc quām
æquum fit, & quām à te practicetur cogita, &
omnino habere ſtude.

Tertium Punctum. Considera ſecondam con-

ditionem condonanda proximo offenſâ, vt
nec in animo geras affectum, ab eo vel leviter
abhorrentem. Id enim à D. Deo tecum ſeruati
cupiſ: hinc quoque excute omnes angulos con-
ſcientiæ tuae, circa omnes personas & ſtatu
quid faciendum sit.

Quartum Punctum. Considera tertiam condi-
tionem condonanda iniurię proximo, vt etiam
beneficiis afficias eum, qui tibi dedit occaſio-
nem meriti & humilationis, & docuit te, ne id
alteri faceres vel diceres; quod ab altero factū
vel dictū, te pupungifſet. Ita etiam & à Do-
mino, quem toties offendisti, & expetiſ &
percipiſ affida beneficia. Hunc imitare, & ora
pro perfequentibus te, & benefac illis, viſ ſu-
miſimis Patri tuo celeſti, qui pluit ſuper bonos &
malos.

FERIA QVINTA.

*Post Dominicam decimam tertiam à Pen-
tecoste.*

Et ne nos inducas in tentationem.

Primum Punctum. Considera quantopere ſint
tibi metuenda omnes tentationes etiam e-
xiguæ, tum quia ſapē expertus, à pauiſad
maiores, in te progressus, & in illiſ lapsus: tum
quia audisti & legiſtigraues lapsus, etiam mag-
norum Sanctorum, ex partu & non malis a-
peritè initii inchoatuſ: tum quia tecum gens
ſeminarium & nutrimentum & augmentum
tentationum ferè omnium, carnem tuam ad
mâla procluem, & tot affectionum inordinato-
rum motuſ, & tot occasioneſ extrofiecas ma-
lorum. Ideo puta te constitutum in medio ho-
ſtium & laqueorum, & caute ambula, nec
parui facias res quæ videntur paruſ, ne vi-
caris.

Secundum Punctum. Considera te viribus na-
turæ non poſſe graues tentationes ſuperare,
immo ne leues quidem, ſine ſpeciali beneficio
D. Dei, ſine quo ne cogitare quidem potes
quidquid boni. Hoc agnoscens intimè, humili-
tibi te, & time ne cadas, & Dominum Deum
tibi propitius redde, ne vnuquam tibi defi,
auxilio ſuo efficaci te confortans & adiu-
vans.

Tertium Punctum. Considera eas tentationes
eſſe periculofiores, quibus ipſi damus vel oc-
casionem vel moram in nobis, tum māla ſen-
tium cuſtodiā, aſpiciendo, legando, audiendo,
loquendo, tangendo res periculofas, & ſi non
ex le malas; tum non repellendo ſtatiuſ inie-
ctas. Hac in parte quomodo te geras vide, &
uti opus eſt, cui curam gere.

Quartum Punctum. Considera modum, quo
ſe præparate ſolent mundani, dum ſeuim ho-
ſtium aliquem potentissimum inhiare ad iipo-

tum perniciem : cum ergo potestas cuiusvis dæmonis maior sit omni humana, & experientia in pugnando maxima, & frequens eius victoria, & pugna s̄pē insensibilis, & specie virtutum recta, vide quid tibi imbecilli & rudi sit faciendum, ne hoc certameu ineas, & iniens vincaris.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam decimam tertiam à Pentecoste.

Sed libera nos à malo.

Primum Punctum. Considera primum malū, à quo liberari nos necesse est, esse malum culpæ multiplicis. Cuius mali grauitatem pondera, conferendo illud, cum malis huius vitæ præcipuis, ut agnoscendo maiorem eius grauitatem, summo illud odio prosequaris, & tanquam à facie colubri, immo magis, quam ab aspectu dæmonis noctu faceres, fugias omne genus peccati.

Secondum Punctum. Considera secundum malum, à quo liberatio optanda est, malum poenæ purgatori, cui quotidianis peccatis nos reddimus obnoxios. Huius mali acerbitatem confes, cum omnibus huius vita morbis & suppliciis, tum Martyrum, tum scelerorum. Est enim omnibus maior, ut Sancti docent. Resolute ergo te ad euadenda hæc mala, quæ iam promeritus es per asperum viuendi genus, & per opera pietatis, præsertim intentæ erga D. Deum charitatis, & doloris ardenterissimi de peccatis.

Tertium Punctum. Considera quomodo in posterum cauenda sint tibi hæc duplicitia mala, culpæ & poenæ, tum per fugam illarum occasionum, personatum & actionum, per quas ea incurrit: tum per seriam animi applicationem ad res Diuinæ, & earum perfectum vsum, qui confert vires, ad illa euadenda cum Domini Dei auxilio.

Quartum Punctum. Considera modos, quibus nos Dominus Deus in Ecclesia & in Religione, tum per seipsum, tum per Superiores, tum per Sacraenta, tum per bona exempla, tum aliis viis liberate solet à malis. Et ideo resolute te ad seriam cooperationem, ponderato exemplo infirmorum, qui ut morbum depellant, tam sollicitè curant, & multa ferunt, amara & aspera, ut quatuorcyz sanentur, cum tamen mala spiritualia sint morbis omnibus graviora.

SABBATO.

Post Dominicam decimam tertiam à Pentecoste.

Ut videntes Iesum semper collatemur.

Primum Punctum. Considera finem omnium operum nostrorum esse debere, ut post mortem videamus D. Iesum, tam in Divinitate eius, tum in humilitate post resurrectionem, ad quod necessarium est, tum ut opera nostra nullo sint peccata sedata (hoc enim dum est, etiam minimum, reddit opus inmeritorum pro eo tempore dum est) tum ut homo tunc operans, sit D. Deo gratus, scilicet existens in gratia. Hæc pondera, & quid sit necessarium agnoscere, ad hoc ut videoas D. Iesum.

Secondum Punctum. Considera ita appetas visionem D. Iesu; quemadmodum rerum curiosarum aspectum appetis, & in eas oculis ferris. Quod si forte non ita appeteres, pondera quā sit turpe & execrandum hoc in uno Christiano, & multò magis in Religioso, qui fide diuinâ, & D. Dei illustratione agnoscit, quantum bonum sit Dominus Iesus, eiusque clara visio. Ideo prout in te inuenieris, tales affectus excita, ad desiderandam ardenterissime hanc claram D. Dei visionem.

Tertium Punctum. Considera fines humanos breues, transitorios, s̄pē etiam tibi noxios, quos spectas in operibus tuis, & tamen quā multa propter illos & pateris & facis, eos ut assequaris: nonne Dominus Iesus est dignior, eius causâ saltem ut tantum patiaris & agas, quantum poteris, & facis pro rebus aliis vilissimis. Hæc pondera, & proficeret stude.

Quartum Punctum. Considera desiderium SS. Trinitatis, & Christi Domini hominis, & Sanctorum omnium, quod habent, ut post mortem videoas D. Iesum, & aggregeris beatæ eorum societati, hanc enim ob causam D. Deus tam multa dedit media & auxilia ad salutem. Hanc ob causam Filium suum nasci & mori voluit, & tam multis gratia sua fontes in Sacramentis, & bonorum exercitio reliquit. Æquum ergo est, ut & tu coopereris tam intensè Domini Dei desiderio, & his ad salutem mei utraris. Quod an facias, vide, & emendanda emenda.

DOMINICA DECIMAQUARTA.

Post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera Christi D. verborum veritatem, & causas cur *nemo possit* duobus Dominis servire, præsertim sibi contrariis, quales Domini sunt, Christus D. & mundus, quorum

qñorum & doctrinæ sunt discrepantes, & omnia: & quæ mundus amat & amplectitur, comoda, fūnum, honores, Christus D. contempñis. Tu vide cui adhæreas Domino: non Christo D. si Regulam Christi D. non seruas.

Secundum Punctum. Considera motiuā, ob quæ debes potius Christo D. seruire quām mundo. Sunt enim & nobiliora & maiora in obsequio Christi D. quām in mundano: quæ vbi ponderaueris, incula cæcitatē tuā, qui mundum reliquisti, & tamen in Christi D. domo mundum magis queris quām Christi D. imitationem, ac proinde ita viue, vt factis ostendas te Christi D. seruum esse.

Tertium Punctum. Considera variōs gradus seruorum Christi D. alios alii sanctiores, & exemplo secularium qui aspirant quantum possunt ad altiora obsequia Regis, excita te ad maiorem in dies profectum, vii par est querendum. Cur ergo contentus es loco & gradu infimo? Vnde hæc in appetentia: causas inquire & reseca.

Quartum Punctum. Considera paucitatem eorum qui Christo D. seruunt tam perfectè vt solent multi mundani Dominis suis, ob spem lucis terreni. Ideo sancta compassione motus da operam, vt quodammodo compenses hanc paucitatem D. Dei seruorum perfectorum, viuendo perfectè, ac pro te aliisque necessariam ad hoc D. Dei gratiam implora.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam decimam quartam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera curam quam Dominus habet necessitatū seruorum suorum, quos non tantum vult non esse sollicitos quid mendicent & quo inducuntur, sed etiam id probat, tum exemplo avium quæ eis non ferant neque metant neque congregent in horrea, tamē Pater caelestis pascit illastrum quia pluvis, inquit; eis̄ vos illi: tum exemplo litorium agri, quomodo crescant, neque laborant, neque nem̄i, & tamen nec Salomon in omni gloria sua, cooperiū est sicut unum ex iſi. Si autem sanum agri quod hodie est, & cras in cibarium mititur, Deus sic vestit, quād magis vos modica fidei & quæ omnia pio affectu ponderans, exarcesce filiali charitate erga dulcissimum cor Patris tui caelestis, & illum totā vitâ retinere & augere stude.

Secundum Punctum. Considera aliam probationem dīcti Saluatoris, hoc nobis persuadere volentis: Scit enim Pater vester caelestis, quia his omnibus indiget: & piē inuestiga quomodo hęc copia nostrarum necessitatū, moueat Patrem nostrum caelestem ad succurrēndum noī bis: scilicet, vt seruis, vt filiis, vt clientibus, vt amicis, vt sponsis, vt membris, vt fratribus: simul in-

quirendo, an te talem Domino exhibeas seruum, clientem, filium &c. qualis eis debes: & quod deest ad horum officia, supplete stude.

Tertium Punctum. Considera quid causa est, cum Pater tuus caelestis sciat spirituales necessitates tuas, scilicet frequentes tuos defectus, & quām multa defint ad perfectionem, & tamen nec illas auerterit, nec ista confert ira, vt facit aliis perfectioribus: & quoniam ex te causa pertenda est, & forte non una, eam agnitis deſt, & quantocūl amouere stude.

Quartum Punctum. Considera rectum ordinem quem tenere debemus in occupationibus nōstris, non tantum quoad prioritatem temporis, sed etiam quoad mensuram diligentia, & animi applicationem seriam: *Quarite primum Regum Dei & iustitiam eius, & hec omnia;* (scilicet profectus in literis, auxilium in necessitatibus omnibus quantum satis erit, & quantum ad tuum bonum oportebit) *adiucentur ratiō, & ex hoc proficete stude, ad inducendum constantem morem, magis attendendi rebus spiritualibus, quām non spiritualibus, eis bonis.*

FERIA TERTIA.

Post Dominicam decimam quartam à Pentecoste. Matt. 7.

Primum Punctum. Considera primum motiuū non iudicandi temerē fratrem, nec condemnandi eum, quia qui hoc facit, incurrit & hominum & D. Dei iudicium & condemnationem, sape si non finalem, saltem temporellem, & quām sit hoc charitati contrarium, & vniōni membrorum eiusdem corporis cognoscē: quando enim manus alteram manus vel pedem condemnat eius ira factus, etiam contingat cadere vel inclinari ad lapsum non prouisum, & reseca si quid hac in parte temerari in te aduerteris.

Secondum Punctum. Considera eos quos iudicas, eis̄ charos Domino tuo, euilicē amicos, filios, sponsas, & forte magis te placentes illi, saltem non scis de illis tot mala, vi de te scis atque ita ipsum Dominum eorum, iudicis petis, qui dixit: *Quod vni ex minimis mei fratribus, misericordia tua spectat, ei detrahere, irridere, indecēte carpere.* Hoc si facis, deplora, & corrige.

Tertium Punctum. Considera temerē iudicibus dicta illa verba: *Hypocrite, cuicē primū trahim de oculo tuo, & tunc perspicias, vi educas festucam de oculo fratris tui.* Reuera enim quivis nostrum, prius sibi prodeesse tenetur quām alius, non tantum aliis modis, sed etiam cognitione, improbatione, censurā, & emendatione defectuum. Quando ergo tuos omnes ciicies, tunc licet ad

ad vicinum pergere, cum mente & lingua censoria, idque nō nisi in rebus manifesta censurā dignis, ut eum iuves.

Quartum Punctum. Considera luctum quod in celo acquiritur, tum fugiendo propter D. Deum ea quae illi dispergunt, tum quae placent faciendo, verbis his expressis: Date (scilicet D. Deo) & dabitur vobis: quali mensura & mensuram bonam, & confortam, & coagitam, & supererfusum, dabunt in finum vestrum. Quae ponderans, astuec viuere, ut quantum fieri potest, omni temporis momento, per meritaria opera, tales congreges mensuras; quod quomodo coneris vide, & desle tam multas te perdere meritorū occasiones.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam decimam quartam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera multorum etiam Religiofórum cæcitatē & stultitiam, qui quod Christus Dominus vetabat, dicens: Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, non certant. Qui enim opera sua D. Deo non senes cotiscreata, & membra sua, & potentias suas, cum actibus, occupant in ludicris rebus & obiectis quam ipsi dæmonibus, D. Dei inimici. Horum an sis è numero vide, & statue quid tibi sit faciendum.

Secundum Punctum. Considera fructum ardētis & perfecta orationis: Omnis qui petit accipit, & qui querit inuenit, & pulsanti aperietur. Agnolces autem perfectiones orationis, si trutinaueris sensum verborum trium, petendi, querendi, pulsandi: & factā ad te testificatione, vide qualis sit, & esse debet oratio tua.

Tertium Punctum. Considera quo argumento Christus Divatur, ut persuadeat nobis exauditionem subsecutaram bonas orationes nostras. Quæ est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porrigit ei? aut si piserit, nunquid serpentem porrigit ei? Si ergo vos cum sitis mali, nos bona data dare filiu vestro quando magis Pater visiter qui in celo est, dabit bona petentibus se. Hæc omnia grato & pio affectu masticans, inflamma cor tuum ardentissimā charitate erga tam benigna viscera Diuinæ dilectionis, & si adhibueris ex parte tua, quod potes & debes, spera in eo; quia non derelinquit quarentes se.

Quartum Punctum. Considera causas quæ impediunt ne exaudiāmūr à D. Deo, et si diu petamus ab illo hæc & illa: & quia tandem tibi tui cura incumbit, amoue illas, ut replearis bonis Domini, siquidem is, ut ait S. Chrysostomus, ita vult te suis replete bonis, sicut pannutiens suum vult parum eniti summo conatu.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam decimam quartam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera quām amplius erga alios dilectionis affectum à nobis exigit Dominus: Omnia, inquit, quecumque vultis vivificant vobis homines, & vos facite illi: Hac est enim lex & Propheta: Discute nunc per ea, quæ tibi vis ab aliis fieri, & quæ ni fiant, doles, & facta reflexione ad tuum cum aliis procedendi modum, agnosce ea quæ desiderantur in te.

Secundum Punctum. Considera modum perueniendi certò ad celum. Intrate per angustam portam. Angusta porta, & arcta via est, que ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam: & agnosce quid resendum est, & quid acquirendum, & unus sis è paucis illis, qui arcta ad celum viâ graduntur.

Tertium Punctum. Considera an vita tua sit vita paucorum, de quibus Dominus dicit: Pauci sunt qui inueniunt eam. Et vide, an tuus viuendi modus, in cibo, potu, somno, laboribus, precibus, sermonibus, desideriis, gaudiis, doloribus animi, & omni Regulari obseruantia, redoleat angustiam huius viae, & rebus tuis constile.

Quartum Punctum. Considera viam abducētēm à celo: Lata porta, & spatiovia est, qua ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Compateret misericordia, dole de illorum peccatis, excita zelum abducendi eos ab hac via. Gratias age Domino, quod & te ab hac via abstinxerit, & caue ne in Religione per viam laxam, cœlum quæras.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam decimam quartam à Pentecoste.

Primū Punctum. Considera quām firmus esse debeas in obsequio Christi D. & Regularium obseruantia, illi similis, de quo Dominus ait: Omnis qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro Sapienti, qui edificauit domum suam supra petram. Vbi pondera, cur vita spiritualis perfecta, domui sit similis, & ad eius amorem veheremur ascendere.

Secundum Punctum. Considera inimicos tres, hiūs Spiritualis domus, descendētē pluia, ventienta fluminā, & flantes ventos. Quid ista denotent, perpende, ut eis obſistas valide, & locum non præbeas.

Tertium Punctum. Considera causam stabilitatis huius domus: Irruerunt in domum illam, scilicet pluia, fluminā & venti, & non ecclidit, fundata enim erat supra petram. Quid significat hæc petra,

DOMINICA QUINTA.

Post Pentecosten.

De vidua filio suscitato.

Petra nisi Christum D. qui est petra primaria; inter alia significare potest, resoluta voluntate potius moriendi, quam D. Deum plena deliberatione offendendi. Hanc in te procura, intima cognitione & penetratione peccati, ex cuius cognitionis defectu, ut plurimum nascitur, quod rationibus etiam leuis cedatur.

Quartum Punctum. Considera illa Christi Domini verba: *Omnis qui audit verba mea, & non facit ea, similius erit viro stulto, qui edificauit domum suam super arenam, & descendit pluvia, & venerunt flumina & flauerunt venti, & irruerunt in dominum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.* Et vide ne forte tibi conueniant haec verba. Ideo ne frustra edifices, vide quid tibi sit faciendum.

S A B B A T O.

Post Dominicam decimam quartam à Pentecosten.

Sit laus Deo patri.

Primum Punctum. Considera motiuū, quā omnes habemus communia, & tu propria ad laudandum Dominum Deum, corde, ore, & opere: & examine, an laus D. Dei prout à te procedit, in propriis actionibus ad eius laudem institutis, sit proportionata istis motiuis, & si quid sit emendandum, emenda.

Secundum Punctum. Considera modum, quo practicē est laudandus à te D. Deus, propter illa motiuū, eum disces & ex exemplis Sanctorum Spirituum in cœlis, quomodo ibi D. Deū laudant, & ex vītis Sanctorum: & facta ad te reflexione, vide quid tibi sit agendum, ut his quam proximè accedas.

Tertium Punctum. Considera laudes & honores, quos homines aliis huius benefactoribus, siue ob alium respectum deferre solent, & quidem ex animo & valde accuratè, & in omni occasione, & an saltē tamē te Domino tuo præbeas vide, confundere, & quid emendandum est, emenda.

Quartum Punctum. Considera varios modos, quibus Dominum Deum laudare teneamus, scilicet verbis oris & mentis, & principiū factis: quod practicē quomodo fieri debet pondera, exhibito in consilium propria conscientia lumine, & legibus vitæ spiritualis, & ita omnes tuas etiam minimas actiones, etiam secretas, & soli Domino Deo & Angelo tuo notas institute, ut mereantur agnoscērā D. Deo, pro sui laude, & tota vita tua interna & externa, sit laus Deo Patri,

Primum Punctum. Considera dolorem viduae ob mortem unici filii sui, & causas varias huius doloris: ex altera parte considera dolorem quem mater Ecclesia & Religio percipiunt, si quem ex filiis suis contingat spiritualiter, agrotate cum vita periculo, vel quod absit, mori per mortale peccatum, causasque huius doloris multò maiores confer, cum causis doloris viduae & firmissimo proposito muni cor tuum, ne inquam pericolosè in spiritu egrotes, vel quod absit, spiritualiter D. Dei gratia moraris, quin potius præteritas agitatōtes & mortes amarē desē.

Secundum Punctum. Considera pia visceracionis illius turbæ, quae omitiatur vidua, filium ad sepulturam effarentem, & in modo affectu illius turbæ commiserationem amplectere, & illi in Spiritu gratias age, atque ad hanc virtutem in proximorum tuorum afflictionibus exhibendam accendere, cogitans causas, quibus ad hunc pietatis affectum permaneri debes, eumque in occasionibus ostendere, propter honorem & amorem capitis omnium nostrum Christi Domini Iesu.

Tertiū Punctum. Considera benignissimum cor Domini Iesu, qui non rogatus quidem, visidit cadaver efferrī, misericordia mortis lopet matrem afflictam, dixit illi: *Noli flere: & filium eius imperio suo suscitavit, ac dedit Mati Iesu.* Gratias age Domino tuo pro hac commiseratione & gratia, osculare tam tenerum cor Domini tui, alienā misericordia statim commoti: pete similem affectionem erga alios, & de tua salute magnam concipe spem. Si enim non rogatus bene fecit vidua, quanto magis beneficiari si eum oraueris, & orare non desieris.

Quartum Punctum. Considera modum quo suscitavit filium Vi duæ accessit, tunc loculum, & ait: *Adolescens, tibi dico surge: quia omnia confer cum Domini Iesu adventu ad te in communionem, cum maiore tui contactu, quam fuerit ille loculus cum vocibus interioris, quibus te alloquitur, & causas inquire, cur non resurgas de tuis spiritualibus morbis, quibus deploratis, propone emendationem.*

FERIA SECUNDA.
Post Dominicam decimam quartam à Pentecosten.

De eadem re.

Primum Punctum. Considera motiuū, quā Christus Dominus habuit, ad suscitandum filium

filiū viduæ , & (magnis ei actis gratiis pro hoc beneficio) ex singulorum ad te & statum animæ tuae applicatione fructum aliquem elicere stude.

Secundum Punctum. Considera statum animæ filij defuncti post mortem , scilicet affectus animæ illius in eo statu , eoque potissimum triplices , quid nimurum tunc doluerit à te factum , vel omisum dum esset in corpore : quid desiderauerit facere & non omittere , si ei daretur redditus ad vitam : quid tinxerit , sciens se ad seuerum Iudicem trahi . Et ex singulis factâ ad te reflexione , exemplo illius , corrige in te quæ correctione egerit , & acquirere stude quæ acquirenda sunt , ne & tua anima ad eundem statum deueluator.

Tertium Punctum. Considera affectum illius suscitati erga Christum Dominum , quis , quantus fuerit , & in quibus rebus se prodiceret deinceps . Ex altera parte , perpende maiore beneficio te à bono Iesu non semel affectum fuisse , dum vel à morte animæ liberatus es , in Sacramentis per iustificationem ; vel dum es praeservatus ne in eam deuolueretis . Quo ergo affectu debet ardere cor tuum erga Dominum Iesum , & in quibus rebus debet se prodere is erga tantum Benefactorem tuum affectus .

Quartum Punctum. Considera motum animorum qui fuit in turbâ aspiciente hoc miraculo Christi Domini . Nam : vt ait Euangelista : *Acceptum est timor , & magnificabant Deum , quia Propheta magnus surrexit in nobis , & quia Deus visitauit plebem suam .* Tu hoc audiens , excita in corde tuo filialem lætitiam , eò quod turbâ illa magnificauit Dominum tuum ob hoc beneficium præstitum , & gratias age Angelis Custodibus , qui turbam illam ad hoc excitarunt , & quodammodo compateret Domino tuo , cui à multis non redduntur debitis pro beneficiis gratiae , pro quibus tu eas age , vt satisfacias pro hac ingratitudine , & ne & tu factis ostendas te parum gratum , admitere .

FERIA TERTIA.

Post Dominicam decimam quintam post Pentecosten.

De missis à Ioanne Discipulis.

Primum Punctum. Considera fidelitatem Discipulorum Ioannis , qui auditio Christi Domini miraculo in suscitate filij viduæ patrato , & turbâ sermonibus illud extollentibus statim nunciauerunt Ioanni de omnibus his . Hoc est enim officium boni subditi ac discipuli , significare suo Superiori & Lancij Opus . Tom . 2.

Magistro , res quæ ei vñsi esse possunt . Cuius rei necessitate multiplice considerata , inquire an tu sis ita tuo Ordini & Superiori fidelis , in indicandis rebus sive scandalum , sive ædificationem , sive aliquam vel fratris vel proximi tui necessitatem concernentibus , & si quid in te est corrigendum corrige .

Secundum Punctum. Considera bonum Ioannis animum erga Christum Dominum qui hac occasione vñs , statim duos è discipulis suis ad Christum Dominum misit interrogans , an ipse esset promissus Messias , vt ita (quod prævidebat fore) vñs Christi Domini miraculus , se reliquo , Christo Domino adhaerenter . Hinc disce , quām alienus esse debeat Christi Domini leucus , ab inuidia & proprij commodi vel exultationis affectu , nec se vel sua querere , sed aliorum commoda , etiam si futurum sit cum suo aliquo incommode , & in posterum caue , ne te quæras in villa re sive in personatum ad te spectantium delectu , sive aliis in rebus , sed assuefec sequi æquitatem in omnibus , & quod recta dictat ratio , ab omni privato affectu libera . Examina autem te in hac parte , & corrugenda corrige .

Tertium Punctum. Considera humilitatem Ioannis , qui vñ Propheta , eti sciret , quis esset Christus Dominus , tamen mittit ad eum , quærens id ab ipso Christo Domino indicandum : vt tu discas , non tantum non adscribere tibi verè ea quæ non habes , sive naturalia , sive supernaturalia talenta , sed & ea quæ habes , occultate studio honorandi eum , qui quæ videt in abscondito , & hic & in cælo , remunerari solet .

Quartum Punctum. Considera obedientiam Discipulorum Ioannis exactam , qui & ad Christum Dominum statim se contulerunt , vñ iussi erant , & nil aliud ab eo interrogarunt , nisi quod interrogare eos voluit Ioannes , & quidem profus iisdem verbis comedique ordine prolatis vñ sunt : *Tu es qui venturus es , an alium expectamus : nullos addiderunt colores , nullas ceremonias .* Hinc disce quām exactus esse debebas in simplici & cœcâ obedientiâ , considerata huius rei utilitate & necessitate .

FERIA QVARTA.

Post Dominicam decimam quintam à Pentecoste.

De eadem materia.

Primum Punctum. Considera modum , quo Christus Dominus factis ipsis respondit ad interrogationem Ioannis Baptiste , Discipulis eius , ostendens se esse promissum Messiam . Curauit enim in eâ ipsâ horâ multos à languoribus & plagiis , & spiritibus malis , & cœci multis do-

Yyy naue

tauit viſum. Facta enim, sicut omnium optima testimonia, de statu & condizione cuiusque. Tu hinc disce, & coram Domino Deo & eorum hominibus, factis ostendere te esse Religiosum, Christum Dominum Iesum imitari studentis. Inquire an id ostendas in tuo sermone, vietatu, velitu, gestibus, incessu, oratione, studiis, affectibus animi, & ad Christi D. exemplar propositum corrigere, quæ a Christo D. discrepantia inuenieris.

Secundum Punctum. Considera in his Christi Domini miraculis quatuor mala spiritualia, quæ curationem exposcent, Christi Domini nostri Spirituali medici. Alij enim in servitio Domini Delaborant languoribus, scilicet tepiditate quadam, & remissione animi in operibus suis: Alij habent plagas, id est defectus alii notos, & alios offendentes. Alij vexantur a spiritibus malis, scilicet a virtutis puritati nocentibus: Alij cæci sunt, quia ita viuunt, ac si non viderent per fidem oculos, magis quærenda esse cælestia bona quam terrena, magis curandam esse gratiam Domini Dei, quam hominem, magis timendum esse Dominum Deum quam proximum. Tu vide an aliquo horum morborum sis obnoxius: Christum Dominum inuoca, ut te sanet. Sed quia nisi cooperiris libero arbitrio tuo Diuinæ gratiæ, non sanaberis, resolute te ad seriam emendationem.

Tertium Punctum. Considera Christi Domini verba ad Discipulos Ioannis, aliena à fastu, ab exaggerationibus, & copiâ non necessariâ. Eantes renunciate Ioanni que vidistis, quia cœci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, sardi audiunt, mortui resurgent. Tu an abstineas à fastu, exaggerationib[us]que verborum, siue dum narras, siue dum laudas aliquid, siue dum accusas alium, siue dum excusat, siue dum confiteris, & quæ inueneris vitia in sermonibus tuis, ea refecare stude.

Quartum Punctum. Considera signa vera aduentus Messiae in mundum & in animam iusti, ea quæ paulò ante allata sunt. Ex quibus duo decerpere. **Primù** affectuosa gratiarum actionem, quod te Christus Dominus nasci voluerit post suum aduentum in carne, ut factus esset tua salus & perfectio. **Secundū**. Inquire conjecturas de præsencia Christi Domini in anima tua per gratiam. Ex autem sunt, si vides cœxitatem tuam cum progressu ætatis minui, si te sentis validius incedere in via eius, si magis ac magis animam mundari, si obedientiam crescere &c. & prout inuenieris, ita affectus proportionatos erga Dominum Deum exere.

FERIA QVINTA.
Post Dominicam decimam quintam à pentecoste,

De eadem historia continua.

Primum Punctum. Considera illa Christi D. verba: Pauperes euangelizantur: que Christus D. addere voluit, ad signa excellentiis officij suis, scilicet Messiae a Patre missi. Ex quibus verbis duo disce. **Primū**. Quantopere sperandum sit de huius Messiae benignitate, qui non designatur sua dona communicare etiam vilibus personis, quales sunt pauperes, ideoque magnas pro tua Domini tui facilitate age gratias. **Secundū**. Disce non eligere speciosa officia, sed villa Christi D. exemplo, qui personis tam vilibus primum se patetfecit, ideoque & in conueratione, & in Scholis, & in concionibus & alibi libenter, talibus impende, eorum animas iuvando, cum iis agendo domi & foris, ut Christo D. capiti tuo te conformes. Hoc an facias inquire, & superbiā tuam frena ad res & personas & officia speciosa propendentem.

Secundum Punctum. Considera alia Christi D. verba: Beatus es qui cunq[ue] non fuerit scandalizatus in me. Hinc quoque duo disce. **Primū**. Non credere altiorum iudicis sinistris & scandalis, sepe enim homines stulti vel inconsiderati de bonis scandalizantur. **Secundū**. Causa ne tu facile scandalizeris de aliis, quoniam potius omnia in bonam partem interpretare. Et cum hoc facere debes, causas inquire, & si hac in parte eras præcepis, contine te, nolisque aliis facere, quod ubi fieri nolles.

Tertium Punctum. Considera duo q[ue] Christus D. in moribus Ioannis Baptiste laudavit. **Primum**. Quod non esset inconstans, & facile cedens affectuum impulsibus infat arundinum vento agitare. **Secundū**. Quod moilib[us] non reficitur, nec pretiosis vestibus, vi solent qui in deliciis & domibus Regum sunt. Tu relecte te ad tuos mores, an iis quadrant haudenes loannis, & corrigeenda corrigere.

Quartum Punctum. Considera laudes officij Ioannis, quod habuit tanquam Praecor[us] Christi D. Appellauit enim eum plusquam Prophetam, & dixit de eo scriptum esse: Ecce ego muto Angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te. Ex quibus verbis sume occasionem desiderandi pro Christi D. tui gloria, ut in hoc statu Apostolico, ad quem vocatus es, ita semper & ubique vivat per D. Dei gratiam, ut iudicio D. Dei viuas tanquam Angelus, præparans in anima & tua & aliorum, viâ ad ingressum D. Deo sponsorum animam tuam. Quare cogita quæ sint ad hoc necessaria, & ea pete a Domino Deo, & acquirere stude.

FERIA

FERIA SEXTA. Post Dominicam decimam quintam à Pentecoste.

Eadem historia continua.

Primum Punctum. Considera fructum laudum Ioannis, & Christi D. quod profectum. Statim enim omnis populus audiens, & publicani iustificaverunt Deum, baptisnumque suscepserunt Ioannis. Bonum signum, dum anima Christi D. verbis auditis proficit, praesertim dum bona facit, quae expresse Christi D. verba non commendant, sed tantum indirecere, ut continet hoc loco, vbi Christus D. nil de baptismō Ioannis suscipiendo dixit. Tu examina te, quam sepe legis, audis, loqueris Christi D. verba, nec nisi proficias, etiam si verba sint quae direcere & clare requirant te aliqua, sacerdotem etiam non sine minis, Ideo causas huius tuæ daturie inquie & te emenda.

Secondum Punctum. Considera duritatem Pharisaeorum, & legisperitorum, qui sperverunt consilium D. Dei in semetipsis, nec baptizari voluerunt a Ioanne. Mirum est, rudem plebeculam, & ipsos publicanos tam faciles fuisse in suscipiendo Ioannis baptismō, & legis Doctores illum detrectasse. Inquire causas, cur isti Sapientes ita despiciunt, & vide, ne & te politica prudentia faciat alium sapere, & non curare ea pietatis opera, quae simplex & crudis Christi D. plebs frequentat.

Tertium Punctum. Considera Christi D. modestiam, qui volens improbare hanc Pharisaeorum & Legisperitorum duritatem, etsi posset, non est vobis acerbitate verborum, nec ullis aculeis, sed tantum similes esse dixit pueris sedentibus in foro & loquentibus ad iniucem &c. Si ergo Dominus eorum, ita modeste eorum vitium descripsit, quanto magis decent te & equalum tuorum minores defectus relinquerre intactos, nec acerbè perstringere aut commorare. Examina te an ita facias, & sermonis acrimoniam tempera, religiosā moderatione.

Quartum Punctum. Considera malignitatem iudicij, maleuolo affectu depravati in Pharisaeis, qui Christo D. teste, Ioannem, neque manducantem panem, neque bibentem vinum, dicebant habere demonium, & filium hominis, manducantem & bibentem, dicebant esse deuoratorem, & vini potatorum, amicum publicanorum & peccatorum. Ex altera parte te introspice, ne forte sis facilis in taxandis alienis motibus, & causas cur id facere non debeat conquire, & si ante haec in te fuiti precepis, frena deinceps & iudicij tui, & lingua audaciam, & erratorum a D. Deo veniam pete.

Lancij Opusc. Tom. 2.

ATTA SABBATO.

Post Dominicam decimam quintam à Pentecoste.

*Sit laus Deo patri, Summo Christo decus,
Spiritu Sancto, tribus honor unus.*

Primā Punctum. Considera causas, ob quas Patri aeterno a nobis laus debetur, tum ob omnia opera eius quae sunt communia cum aliis Divinis Personis: tum præcipue ob creationis beneficia extrinseca, scilicet mundum hunc, cum tot cibis cuiuscausa conditum; & intrinseca, quae sunt corpus & anima tua, cum omnibus naturalibus bonis quae habent, quibus multi homines carent. Hæc bona pondera, accendere ad gratiarum affectum & eo motus, gratias age Creatori & Conseruatori bonorum omnium tuorum.

Secondum Punctum. Considera causas, ob quas debetur laus & decus Christo D. Iesu, tum ob omnia alia, tum ob beneficia Redemptionis, quae in se includunt eius Incarnationem, Nativitatem, vitam tam longam, tot bonis exemplis, doctrinis, meritisque plenam, denique mortem pro tua salute suscepit. Horum donorum ponderata magnitudine, illa estima magis, gratias age, & Christum D. ama tanquam fontem eorum, maiore amore & intensio magis, quam ames villam creaturam.

Tertium Punctum. Considera causas, ob quas debetur honor Spiritui Sancto, tum ob alia omnia, tum ob dona quae per Sacramenta & alios modos fidelibus largitur, quibus & animam sanctificat, & potentias anima perficit supernaturaliter & ornat, & corporis membra ac sensus purifcat. Perpende huius beneficij magnitudinem, amplitudinem, utilitatem, & accendere desiderio horum donorum maiore quam sit in mercatoribus erga lucrum, in militibus erga victoriam, in ambitiis erga honores, in mendicis erga sustentationem sui.

Quartum Punctum. Considera modos, quibus declaranda est laus & honor erga Diunas Personas; laus quidem, mente & mentis applicatione, per orationem vocalem qua Dominus Deus laudatur verbis; honor factis, scilicet virtute pia, exemplari, reverentia in omnibus locis in quo Dominus Deus est praesens, praesertim in templo, quod quomodo praestes, examina te, & si quid delinquis, desle, & emenda.

Y y 2 DOMI-

DOMINICA DECIMASEXTA.

Post Pentecosten.

De sanato Hydroptico.

bus. Quod ut diligentius caueas, inquire cū
fas, quæ ostendant, quām pernicioſum sit hoc
vitium in omni Communitate, non tantum
Religioſaſed etiam mundana.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam decimam sextam à Pen-
tecoſte.

De vitando primo accubitu Lue. 14.

Primum Punctum. Considera malitiam Phariſeorum, qui Domini Iesum ingeffum ad manducandum Sabbato panem, obſeruabant, lo, quo factō dōo detestare. **P**rimo. Inſinceritatem peruersa mundane politice, dom ei ſpecietenſus benevolentiam exhibent, excepie-
dū eum conuiujo, & tamen malignum erga eū animū ſouent, malitiōſe obſeruando eius fa-
cta, vt eum calumniarentur. **S**econdo. Detestare, auſum temerarium iudicandi Dūcem, Autho-
rem, & Magistrum omnis Sanctitatis. Ac pro-
inde hæc duo vicia valde caue, ne doplex & in-
ſincerus ſis, etiam in minimis rebus, & ne altos
obſerues ad carpendum cogita autem quām
hoc dedeceat hominem Religioſum, & li quid
antea hoc in re à te peccatum eſt, corrige.

Secondum Punctum. Considera Christi D. be-
nignitatem, qui non rogatus, viſo ante ſe Hy-
droptico ſtatim de eo ſanando agere cœpit, cū
legiſperitis. Gratias igitur age benignissimo
Domino tuo pro tacta eius charitate & com-
miferatione, & ſtatim to ante Diuinos oculos
eius, cum spiritualibus morbis tuis, oſtendens
eos illi tenero affectu, & petens curationem;
adductis eius Diuinæ Mieſtati cauſis que poſ-
ſint Diuinum cor eius ſe cetera, ad te ſanandum
facilius, quām ſanari illum. Hydropticum. Iu-
dæum, non baptezatum, in Christum D. forte
non credenter.

Tertiū Punctum. Considera Christi D. pru-
dentem in agendo ſuauitatem, qui eti posſet
tepenē ſanare Hydropticum, noluit tamen; ſed
quia præuidebat malignitatem Phariſeorum,
cœpit quartē ab eis: *Liceret ne Sabbatho curare,*
& id licet, oſtendit alia ſimilitudine de ani-
malibus, quæ ſolerent Iudei etiam die Sabbati
è puto extrahere, ſi in illū eſſent delapsa. Hinc
diſcipli quocunq; taſdem ſtatu fueris, non
agere ſe imper ſummo iure, ſed ita procedere in
omnibus, vt nihil fiat eum offenſione (quācum
fieri poſteſt) illius, ſed quām ſuauiflē; & vt
appareat, res non temerē, ſed cum ratione fieri.
An ergo ita haec tenus processeris in rebus tuis,
cogita, & ſi quid emendatione opus habet, e-
menda.

Quartum Punctum. Considera modetiā Phariſeorum, eti alioqui elatorum, & Christo D. non additorum. Audit̄ enim Christi D. ſimi-
litudine, quā oſtendebat līcero curare Sabbatho,
tacuerunt; quippe ratione Christi D. conuicti.
Hinc diſcipli à malis iſtis, fugere contentiones,
& pertinaciam in agendo, quā plerique imbuti,
audient agnitus veritati ſelē opponere, & alter-
cari, ſive in publicis ſive in priuatis congrega-

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam decimam sextam à Pen-
tecoſte.

De vitando primo accubitu Lue. 14.

Primum Punctum. Considera Christi D. mo-
destiā, qui volēs corrige Phariſeos, pri-
mos accubitus eligentes; non viſus eſt acerbā
obiurgatione, eti id poſlet, ſed ſuavi admone-
tione, cā non perſtrigens ſuperbiā eorū pre-
teritam, ſed præmonens in posterum fugienda.
*Cum inuitatus, inquit ſueris ad nuptias, non diſpar-
bas in primo loco, ne forte honoratio te ſi inuitatus
&c.* Hinc diſce, abſtinere quantum viſas eſt, ab
acerbitate sermonis, præfertim ſi agendum ſit
cum perfonis in aliqua dignitate vel officio il-
lustri conſtitutis, vii erant iherſai, neque id
eſſe reſpectum perfonatum culpabilem, ſed
potius Christianam prudentiam. Hoc an tu
obſeruaris inſpice, & quid in posterum te fa-
cere oporteat, propone.

Secondum Punctum. Considera Christi D. pri-
udentiam, qui ad terribilios Phariſeos à primi
accubitus cupiditate, viſos eſt mortuo humano
& eorum affectibus ad ſuperbiā proibitus,
accommodato. Ne forte, inquit, honoratio te ſi
inuitatus ab illo. & veniens is qui te & illum rea-
uit, dicat tibi: *Da huic locum, & tunc in ipsius cum
rubore nouißimum locum tenere.* Hinc diſce
prudentiam. **P**rimo. Non spiritualibus tantū
mortuis te vel alium excitare poſſe ad bo-
num aliquod, ſed humanis etiam. **S**econdo.
Non caro quodam modo & temerario pro-
cedendum eſſe cum omnibus & qualiter, ſed
accommodatè ad captum & ingenium cu-
iusque: ita enim res ſuccedūt felicius. Taquo-
modo te geras hac in parte, inquire.

Tertiū Punctum. Considera Christi D. pru-
dentiam, qui ad terribilios Phariſeos notaue-
rat, & quātū magis dedeceat Religioſum, fo-
derat cauſis, ob quas turpe ſit, hoc locorum
ambitu laborare. Et introspectis tuis hac in te
moribus, statue quid tibi ſit, in posterū faciēdū.

Quartum Punctum. Cōſidera verba illa Chri-
ſti D. *Omni qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe
humiliat exaltabitur, & in his verbis cum exem-
pla, iom cauſas, quæ veritatem horum Chriſti
D. verborum conſirmant, vi in te excites ma-
gnum ſuperbiā odium, magnum humiliatis-
mōrem, annotatis virtuſisque aſtibus, quos vel
fugere vel frequentare debes.*

FERIA

FERIA TERTIA.

Post Dominicam decimam sextam à Pentecoste.

De Fratribus Christi D. Mat. 12.

Primum Punctum. Considera modum quo Spiritus S. appellat Christi D. cognatos vocans eos, *Fratre eius*, qui tamen fratres propriè dicitur non erant, cum ipse unus esset filius Virginis Matri. Hinc disce, nūquam aliorū sermones dannare tanquam mendaces, vel inconsideratos, vel æquioce obscurè dicos, aut minus prudenter; quandoquidem vides, si malignus censor esse velis & blasphemus, nec D. Dei ipsius verba, eo dictante scripta, posse evadere malitiam censuram, tanquam locuti a littere, quām esset in re, & non iuxta communem verborum significationem & intellectū hominum. Quocirca si hac in parte delinquis, te emenda, & frena lingua tuam.

Secondum Punctum. Considera humilitatem Christi Domini Matri, quæ eti⁹ Christo Domino esset Superior, in quantum erat eius filius, seque ei voluntariè subdebat tamen stebat foris, volens cum alloqui, nec se intrudebat presumptuose ad alloquium filii. Quod si tibi id contingere cum æquali, immo forte cum Superiore, ut eius alloquium foris, id est, extra domum, in platea expectare cogeris, maximè sciente id Superiore, vel æquali, vel inferiore (vt Christus Dominus sciebat se à Matre expectari) quātupere excedentes, immo forte abscedentes cum indignatione! Hinc ergo disce, quomodo te debeas præmunire contra superbia impulsus, ne in occasionibus eis cedas.

Tertiū Punctum. Considera charitatem vniuersitatis, qui visā necessitate, quam habebat Mater Christi Domini alloquendi eum, Christo Domino id vltro, nec rogatus indicavit. Ecce fiant querentes te. Gratias age in spiritu illius hominis anima, ubiquecumque sit, quod succurrerit Deipara Matri, in hac necessitate eius, & osculate ac gusta spirituali osculo & gusto, hunc pia benevolentia affectum, & vide an illum ostendas, dum vides alicuius spiritualem necessitatem, vel corporalem, eam iis, qui iuvare possunt, indicando, non expectando vt rogeris, vel interrogaris, & corrugenda corrige.

Quartum Punctum. Considera puritatem affectus Christi Domini qui eti⁹ amaret Matrem suam ob eius virtutes tenerimē, tamen vt Matrem suam non amabat, carnali affectu, more immorticatorum hominum, qui plus æquo diligunt cognatos. Ideo dixit ad tui exemplum: *Qua est Mater mea, qui sunt fratres mei?*

Lanciū Opusc. Tom. 2.

quasi diceret: Cognatos carnales non habeo, affectum carnis non sentio. Tu examina affectus tuos erga sanguine iunctos, aliosq; an tales sint, an non particulares, an ob virtutem, vel potius ob formam corporis, & teneros annos, aut complexionis similitudinem excitari soliti. Et quod noxiū est, ciid amputa.

FERIA QUARTA.

Post Dominicam decimam sextam à Pentecoste.

De Consanguineis Christi D. Spiritualibus.

Primum Punctum. Considera quo gestu corporis, quā membrorum compositione ac sensuum custodiā, quo animi affectu, Mater Domini Iesu, foris expectabat Christi D. alloquitur: quæ omnia, in ea tenero affectu considerans, & cum gusto mentis tuae, saporem eius exemplorum percipiens, confer tuos gestus, motus, affectus, dum ante Orationem, vel in ea expectas alloquium Domini, & visā multiplici via diuersitate, ab exemplis sanctissimis Deiparæ, propone quæ in posterum cauere debas.

Secondum Punctum. Considera sanctam Christi Domini iurbanitatem, qui eti⁹ audiisset se à Matre expectari, tamen non prospexit se ad eam aduocandam vel adducendam, sed alio sermonem dierit, vt discas hinc non condemnare alios, tanquam iurbanos vel elatos, vel contemptores aliorum, si non aduocent, si non occurant, si non statim admittant ad se eos, à quibus queruntur. Multæ enim occurrere possunt & graues cause, huius in admittendis ad se alii moræ. Atque disce & prudenter necessariam, & assuefet nil improbare quod manifestè malum non sit, & te corrige, si hac in parte delinquis.

Tertiū Punctum. Considera piissimi Domini tui charitatem diuinam, qui extendens manum in Discipulos suos dixit: *Ecce Mater mea, & fratres mei.* In quibus verbis, mentis oculis intraspice, benignissimum cor Domini Iesu, & ex eo prosilientem affectum teneræ dilectionis erga Discipulos suos, quos Matrem suam & fratres suos, appellare dignatus est. Vnde sancta quādam inuidiā accensus, desidera, vt & tu eius gratia dignus reddare, qui ab eo pro fratre eius haberi queas, & gratulare Discipulis hanc felicitatem consecutis, eosque pete, vt id tibi à Christo D. Iesu imperent.

Quartum Punctum. Considera dulcissima illa verba Christi Domini: *Quicunq; fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælo est, ipse meus frater, & soror & Mater est, duo in eis ponderans.* Primo. Quid sit facere voluntatem Patris cælestis. Secundo. Quanta sit felicitas, esse matrem, fratrem, & sororem Christi D. Et examina te an & quomodo Domini Dei voluntatem facias, an

hos

Yy 3

hos titulos merearis, ut defles tua errata, & coneris ad scribi in numerum fratrum spirituum Domini tui.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam decimam sextam à Pentecoste.

De thesauro abscondito. Matt. 13.

Primum Punctum. Considera causas, propter quas vel Christus Dominus, vel vetus & nouum Testamentum, iuxta variam SS. Patrum expositionem (electa pro tuo gusto vñā istarum) vocetur Regnum coelorum simile thesauro. Et ex singulis decerpere profutura tibi documenta.

Secondum Punctum. Considera cur iste thesaurus, quicunque ille sit, dicatur *absconditus in agro*: non in horro, non in arce, non in palatio, non in ciuitate: & fructum ex singulis collige, pro morum tuorum emendatione.

Tertium Punctum. Considera quām merito qui quis inuenio hoc thesauro illum abscondere debeat, ne perdat, & quid sit abscondere hunc thesaurem; quomodo, quibus in rebus abscondatur, & applicando ad te, vide an hanc thesaurum habeas in corde oreque tuo absconditum, vel certe patentem & omnibus per-
uium, & corrigeanda corrige.

Quartum Punctum. Considera quām æquum sit, pro hoc thesauro abscondito, inuenio in agro, cum gaudio vendere vniuersa, & emere a grum illum, in quo hic thesaurus intentus est. Vnde increpa te, qui hunc thesaurum contemnis, non queris, se ingerenrem non accipis, & manus retinere tua, tibi noxia, quām illis priuare te, pro inueniendo hoc thesauro; quo inuenito, Dominum Deum ipsum inuenis fontem omnium honorum.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam decimam sextam à Pentecoste.

De Margarita inuenta.

Primum Punctum. Considera causas, ob quas Euangelij doctrina per Regnum coelorum à Christo Domino intellecta, timilis est homini negotiatori, conferendo occupationes negotiorum cum effectis, quos Euangelica doctrina quærat in animabus nostris. Et inuenire here in duritiam tuam, qui Domino Deo per hanc margaritam te sibi lucrari cupient, & te ad multiplicem perfectionem conducere volenti, renitatis & obsistens, ideoque te in posterum emenda.

Secundum Punctum. Considera quām merito animæ Christi D. sanguine redemptæ esse debant, margarita, ponderatus margaritarum perfectionibus, & facta collatione cum anima tua, an illa in conpectu Domini Dei tui si existodi, ut mereatur titulum & nomen margarita, & quidem ut Euangelista loquuntur *Margarita bona*: & si quid reprehenderis, quod impedit, ne tua anima hoc digna titulo videatur, illud quām citissime & quām efficacissime remove.

Tertium Punctum. Considera quibus modis Euangelica doctrina per negotiatorum hoc loco adumbrata, emit hanc animæ tuae margaritam, & quidem à te. Vix enim modi sunt in iuriis emptionis. Emit eam in lectione, in oratione, in concione, in tribulationibus, in beneficiis optatis, in bonis exemplis, & in aliis rebus, ut Christo D. tradat. Tu ergo vide, an te faciem præbeas emptorem, & quod emendandum est, emenda.

Quartum Punctum. Considera quibus modis Christus D. ipse, qui à nonnullis hic per Regnum coelorum intelligitur, vendidit omnia quæ habuit, ut emeret hanc margaritam animæ tuae: & ex altera parte, collatâ tua pacitate, cum Christi D. liberalitate, tuā malitia cum Christi D. emere propter bonum tuum voluntatis benignitate, incusa tuam duritiam & te emenda.

SABBATO.

Post Dominicam decimam sextam à Pentecoste.

Magnificat anima mea Dominum.

Primum Punctum. Considera modum quo Beatisima Virgo Dominum Deum magnificabat, perpendendo in hac magnificatione intentionem seu ardorem affectus vehementissimi, finem purissimum, seu intentionem, verba interna & externa, quæ ex hoc vehementi affectu promanabant, & facta ad te reflexione, desle contrarios defectus tuos, & eam imitare.

Secundum Punctum. Considera titulos seu causas, ob quas teneris ardenter Dominum Deum magnificate seu extollere, tum verbis, tum cogitationibus tum benefactis, tum omissionibus malefactorum: ex altera parte vide quomodo id præstes, & si quid est corrigitendum corrige.

Tertium Punctum. Considera D. Deo deberi non qualemcumque magnificationem, sed talē, quā ipsa anima nostra tota, cum omnibus suis potentis & actibus, eum extollat. Hoc an tua anima faciat, vide, & ut faciat, da operam.

Quartum Punctum. Considera causam, ob quam Beatisima Virgo D. Deum nomine volens

volens & magnificare , non vocet Patrem aut Creatorem , aut Deum , aut alio titulo , sed Dominum , & ex hac consideratione proficere stude .

DOMINICA DECIMASEPTIMA.

Post Pentecosten.

De dilectione Dei & proximi. Matt. 22.

Primum Punctum. Considera audaciam Pharisaei , qui et si sciret Christum D. esse prædictum dono Prophetæ , & dono miraculorum , quæ vulgus tanti faciebat , tamen ausus est ad Christum D. accedere tentandi causâ , & dicens : Magister , quod es mandatum magnum in lege : Sciebat vel scire poterat , Christum Dominum id non ignorare & notâ esse Christo Domino eius insinceritatem , quod non discendi studio , sed calumniandi , vel tentandi Christi D. sapientiam , & legis intelligentiam , id ficeret ; & tamen maleuolo contra Christum D. affectu imbutus , id non aduertit , sed ausus est tentare , et si aliqui non esset vulgo & rudit , sed Doctor legis , excitatos habens sensus internos , & intellectum ac rerum experientiam . Hinc disce , quâm sint cauendi diligenter affectus contrarij charitati , auerionem rancoremque souentes , qui quandoque sapientissimos & religiosissimos quoque depravant , & ad res indignas impellunt . Execute ergo conscientiam tuam , an tali aliquo affectu , vel erga maiores , vel erga æquales , vel erga minores te , vulnerata sit , & serio eum excludere conare , ne te ad graviora mala protrudat .

Secondum Punctum. Considera Christi D. mansuetudinem , qui malitiam temerarij legis Doctoris probè cognitam habens , nec facto , nec dicto villam offensionis speciem præsetuit , sed ita placide & facile ac liberaliter ei respondit , ac si optimo animo , & discreti audo id , quæsiuisset . Confer hic tuos in responsionibus tuis acoleos , acrimoniam affectus , & gestum & dictorum , quando aliquo alterius dicto offenderis , & quâm bellè Christi Domini membrum existens , imiteris benignitatem Capitis tui , & Ducis tui , & annotatis occasionibus in temporibus , in quibus ita delinquis , propone emendationem , & interim veniam delectorum à manu etissimo D. Iesu pete .

Tertiuum Punctum. Considera prima verba illius mandati , quod Christus D. appellavit maximum & primum mandatum : Diliges Dominum Deum tuum ; perpendens iuxta secundum orandi modum in Exercitu à S. Patre Nostro traditum significacionem sensumque dictorum verborum , eleiendo ex illis varios affectus erga D. Deum , & documenta pro vita tua instructione .

Quartum Punctum. Considera reliqua verba

eiusdem mandati : Ex toto corde tuo , & in tota animâ tua , & in tota mente tua , perpendendo , quid sit D. Deum totâ animâ diligere , & quomodo id in te præstet , vt si quid notaueris in re huic D. Dei mandato contrarium , vel nunc , vel in vita anteacta , detesteris intimè , desreas , satisfacere proponas , & te in posterum emendes , immo Seraphicâ , & si fieri potest , ipsius Beatisimæ Virginis vel Christi D. Humanitati quâm simillimâ D. Dei dilectione , præteritos lapsus compensare contendas .

FERIA SECUNDÄ.

Post Dominicam decimam septimam
à Pentecoste.

De dilectione Proximi.

Primum Punctum. Considera quis sit ille Proximus , & ad quos se extendat hoc nomen , vt cognoscas quem diligere debeas . Hoc autem cognoscas ex his . **P**rimo . Quem D. Deus habeat pro tuo Proximo . **S**econdo . Quis eorumdem beneficiorum D. Dei sit particeps , quantum & tu . **T**ertiù . Quis ad eundem finem creatus sit ad quem & tu creatus es . **Quarto** . An & te tu velis haberi pro proximo ab aliis omnibus iis præsertim , qui tibi aliquâ ratione prodest possunt . Hinc enim agnoscas quemvis hominem , nullo excepto , esse proximum tuum .

Secondum Punctum. Considera quid sit diligere Proximum . Hoc autem cognoscas , ex dilectione quæ cernitur in amore sincero nobis charorum , sive Consanguineorum sive Amicorum , sive aliorum . Nam prodit se vera dilectio , in amouendis a dilecto male , in conferendis eum beneficiis , in eo promouendo , in latitudine bono successu rerū ipsius , in motore de successu male , idque eo nec rogante , nec cogitante sentiant in se & faciunt , qui verè eum amant . Vnde sequitur , debere te habere talen erga omnes profus , quâtu Proxi mi censemur , affectum .

Tertiuum Punctum. Considera modum dilectionis , quem Christus Dominus præscriptis erga Proximum quemvis fecit : Diliges sicut ui ipsum . Examina ergo te , quomodo te diligas , scilicet non omitendo villam occasionem declarandi erga te tuam amorem , idque magis factis quam verbis . **S**econdo . Querendo etiam occasiones te amandi . **T**ertiù . Declinando omnia molesta & noxia . **Quarto** . Magis tua quâm aliena commoda & bona curando . Vnde sequitur , si simili dilectione , quâ te amas amandi sunt etiam alij , quid faciendum tibi sit erga Proximos , quidve vitandum , vt huic præcepto satisficias .

Quartum Punctum. Examina te nunc diligenter , tanquam coram iudice D. Deo , an aliquem vel aliquos habeas , quibus dilectionem

Y y 4 debet

debitam non ostendas: Secundū. An ita sicut te eos diligas: & deploratis multis hac in parte tuis defectibus præsertim ex Christi D. exemplo, quæ indignū magis adhuc amauit quām se, cum tamen iuxta huius præcepti præscriptum, si obligatus fuisset te amare saltem ut se ipsum, non amplius amare debuisset. Confundere ergo, emendationem promitte, & affluece præticè procedere in omnibus, iuxta illa natura dictamina: *Quod tibi vis fieri, alteri feceris;* *quod tibi nos vis fieri, alteri non feceris.*

FERIA TERTIA.

Post Dominicam decimam septimam à Pentecoste.

De Sagenā. Matth. 13.

Primū Punctū. Considera causas, ob quas Regnum celorum scilicet Ecclesia, vel doctrina Euangelica, comparetur Sagenā, seu reuti misso in mare, non hamo aliye instrumento, quo pīces capiuntur, & pīos aliquos affectus inde elicias, tum ad gratitudinem erga D. Deum spectantes, pro beneficio tuā ad Ecclesiam vocationis, tum ad morum tuorum emendationem.

Secundū Punctū. Considera intra hanc sagenam omnis generis pīces congregari, bonos & malos, idē time, quia non est satis ad salutem, esse intra Ecclesiam, sed opus est, esse è numero bonorum pīscium, præsertim sub tempore mortis. Tu ergo diligenter considera mores tuos, an sint eiusmodi, ut sperare possis te in horā tuā mortis, bonum pīscem Christi D. forē in cœlestia vala transferendum.

Tertium Punctū. Considera causas, ob quas non semel Spiritus S. per os Christi Domini, homines ad fidem & salutem vocatos prædicatione Euangelij, pīces appeller, vt Prædicatores Euangelij, pīseatores: & ex singulis frētū aliquem spirituale decerpere.

Quartū Punctū. Considera Angelorum ministerio fore in hora mortis, & die iudicij, separationem bonorum pīscium à malis; horum in interitum, illorum in vitam aeternam: idē tempestiuē danda est opera, ut Angelos Sanctos habeas tibi addictos, tibi vt fauant, Deumque reddant benevolum. Cogita ergo quibus rebus possis tibi eorum conciliare favorem, & eas comparare stude.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam decimam septimam à Pentecoste.

Primū Punctū. Considera primam causam ob quām vita præsens meritō appellatur mare, scilicet ob varios ventos, tempesta-

telque quibus perturbatur, & homines concurvit, ac in pericula submersione adducit, unde disce, quibus mediis obsistere debeas huius maris fluctibus, ne mergaris.

Secundū Punctū. Considera secundam causam eiundem appellationis, quia sicut mare à nemine potest transiri sine extrinsecō auxilio vel nauis, vel pontis, ita nec vita præsentis statutū securè potest trāigi solus natura viribus, sine auxilio D. Dei subleuitatis. Vnde cogita, quomodo quāras hæc D. Dei auxilia, & oblatas à D. Deo vtaris, & si quid culpe hæc in parte aduerteris in te, fuge eam in posterum.

Tertium Punctū. Considera tertiam causam, quia sicut mare auroras haber aquas, ita vita præsentis plena est afflictionibus. Vnde sequitur, non esse adhærendum nimio affectu, vita præsenti, sed vt in celo nostra fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia. Quod an in te sit, vide, & habere stude.

Quartū Punctū. Considera quartam causam, quia sicut ī qui versantur supra mari superficiem securi sunt quāndiu ita versantur, secus si intra mergantur, ita qui se immergent in negotia sacerularia, exponunt ī periculis latutis. Tu an horum sis ē numero, vide, & causē procede.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam decimam septimam à Pentecoste.

De Margaritis.

Primū Punctū. Considera causas, ob quas Christus Dominus vel eius doctriṇa, comparetur homini negotiatori, querenti nō alias res, quām Margaritas, & fructū aliquem tom amoris tenetimi erga Christum Dominum, qui te adēt audēt quārit, vi mercator Margaritas, tum aliquem alium decerpe.

Secundū Punctū. Considera quamlibet animam rationalem, meritō vocari posse Margaritam, causis huius rei adiuncentis, ex colore, pretio, virtute, vsu, estimatione Margaritarum petitis. Et conceptā magnā de anima tua existimatione ita eam tractandam esse agnosce, quemadmodum meretur multiplex eius excellētia. An verò haec tenus ita illa tractaueris vidē, & quid in posterū te facere oporteat, statue.

Tertium Punctū. Considera Christi D. benignitatem, qui vt emeret hanc Margaritam, vendidit omnia qua habuit, & emit illam. Hic emerita, quid & quores Christus Dominus tui causā vendiderit, seu pro te emendo dederit, & hinc magnum etiā eum amorem concipies, & magnum desiderium correspondendi tanto amori & verbis & factis.

Quartū Punctū. Considera si Margarita aliqua pretiosa esset ratione prædicta, & leger

se quæti à Creatore suo , eo fine vt in regiā & diademate collocaretur diuino , quid non moliretur, eo vt pertingere posset, quæ non impedimenta auferret & Hoc tibi applica , te enim manet maior felicitas, quam esse in diademate D. Dei. Cur ergo nihil arduum molitis & idque nil videris curare, confundere, & emenda te.

FERIA SEXTA.

*Post Dominicam decimam septimam
à Pentecoste.*

De Scribe docto.

Primum Punctum. Considera quemlibet nostrum pro suo modulo debere esse similem Scribæ docto in hoc Regno cœlorum , scilicet Ecclesiā , cuius prima conditio est , quod sit Scriba , cuius proprietatisbus, obligationibusq; consideratis, & ad te applicatis, agnosces quid tibi desit, vt ea in posterum habere studeas.

Secondum Punctum. Considera alteram conditionem Scribæ, quæ est, vt sit doctus, vt verè mereatur hunc titulum. Hic etiam considera, quantopere Religio tua egeat in omnium misterio, hominibus solidè doctis , ne & alios & se in præcipitum detrudant. Ex altera parte examina te, an eo conatu, labore , assidue profectu in doctrinā attendas , quod si non attendis, quantopere es iniurius D. Deo & Religioni tuæ, quæ te tanto sumptu & labore , eo fine alit , vt doctus euadas Diuinæ gloriæ propagator.

Tertium Punctum. Considera tertiam conditionem Scribæ , quæ est , vt habeat talen doctrinam , quæ mereatur vocari thesaurus , ex quo deputat noua & vetera. Tu introspicie tuam, an hac digna sit appellatione , & deliberas, quænam tibi desint ad hoc , & quibus viis id possis consequi, & iis insistere stude, pro D. Dei honore & Religioni tuæ vbi.

Quarum Punctum. Considera neminem esse in Religione, tam exigui ingenij , tam attritæ valetudinis, qui non possit in suo gradu consequi, si non omnimodam, saltem suo statui convenientem eruditioñem & doctrinam , eamque solidam, quæ satis est vinciri que dum modo otium fugiat, & rectum in certa aliquæ disciplinæ addicendâ ordinem, majorumque directionem sequatur, id est animus assumendus est, ardens desiderium concipiendum solidæ doctrinæ consequendæ, imploranda à Spíitu Sancto & Angelo Custode benedictio, hoç ut allequare;

S A B B A T O.

*Post Dominicam decimam septimam
à Pentecoste.*

*Et exultauit Spiritus meus in Deo
salutari meo.*

Primum Punctum. Considera quali & quanto gaudio fuerit plena anima Beatissimæ Virginis, tum antea , tum maximè post concepcionem in carne Filium D. Dei, gratulare ei; D. Deo gratias age, quod hac eam lætitia repleteurit ; & ora, vt te saltem in altera vitâ replete vero gaudio, quandoquidem in hac vitâ , tua illud non merentur peccata, & saltem merendi occasio exigit, vt viuas in perpetuâ cruce & defolatione, propter amorem, & gloriam Domini tui.

Secondum Punctum. Considera causas, ob quas danda sit nobis opera , vt non carnis & mundana gaudia queramus, sed spiritualia , quibus noster Spiritus recreatur. Tu an ea queras videlicet, & deinceps querere stude.

Tertium Punctum. Considera damnata, quæ secum affert lætitia de rebus transitoriis, non spiritualibus ac Divinis percepta, præsertim immoderata & nimia : Quam an in te experias vide, eatneque in posterum vita.

Quartum Punctum. Considera fontem veræ & plenæ exploitationis, esse solum D. Deum, in quantum est salutare nostrum , seu causa nostræ salutis. Talem an erga te habeas D. Deum, & quid necessarium sit, ad hoc habendum inquire & acquirere stude , vt semper verbis & factis exultet Spiritus tuus, in Deo salutari tuo.

DOMINICA DECIMA OCTAVA.

Post Pentecosten.

De sanato Paralytico. Matt. 9.

Primum Punctum. Considera modum quo potissimum Dominus Iesus & modestissimus ascendit in nauiculam, in eā sedet, & transfretauit, ascenditque in Cœlum suum. Et collatis modis, quibus iteris in ascendendo, ambulandoque; & notatâ non unâ immodestia, consideratique nominibus, quæ suadeant tibi fuggiendam omnem indecentiam & immodestiam, annota quæ ob reverentiam Christi D. Iesu, te è cœlo spectantis cum Sanctis Angelis suis, cauere in posterum debeas.

Secondum Punctum. Considera fidem Iudæorum , qui Domino tuo sanandum offerebant Paralyticum, in lecto iacentem , quæ ex re excta in animo tuo, affectum gaudij , ob tam bonam opinionem, de potentia Christi D. in mentibus Iudæorum excitaram. Ex altera parte, argue defectum fidei in te, cum quo ad Communione, ad orationemque accedis,

ideo-

ideoque cum exigua utilitate discedis, causalique huius defectus inquire, & tolle.

Tertium Punctum. Considera modum, quo Christus D. sanare voluit paralyticum, primitendo prius remissionem peccatorum: *Confide fili: remittuntur tibi peccata tua.* Vnde agnoscet, sapè ob peccata morbos diuinitus immitti, sapè nos in morbos delabi, ob aliquem excessum nostrum, in vnu creaturarum, maximè cibū & potus. Examina ergo te, & si quid est emendandum emenda.

Quartum Punctum. Considera te magis esse infirmum in animo, quam fuerit paralyticus ille: siquidem ille, si non membra saltem, oculos mouere potuit, eisque res spectare, gustare percipere, auribus exaudire, tu vero quoad animæ functiones supernaturales spectat, nec dicere quidem mente potes D. Iesus, sine Spiritu Sancti ope, nec esse sufficiens ad aliquid boni cograndum, præterea tot morbis peccatorum es plenus. Statue ergo te cum magna humilitate ac fide coram Sanctissimo Altari, tanquam coram throno, ex quo cœlestis medicus, sui Filij dilectissimi carnem & sanguinem distribuit, ad sanitatem multorum, eamque auide ac reuerenter fulcipe, plagas tuas & morbos ostende, & remedium pete.

FERIA SECUNDA.

*Post Dominicam decimam octauam
à Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera modum quo Christus D. reuersus est in Nazareth patriam suam, locum inglorium & ignobilem: de quo olim dicebatur per contemptum: *A Nazareth potest aliquid boni esse?* Ita humiliimus D. Iesus, nihil omittit, quo se tui causâ humiliare queat. Tu vero quā sapè declinas tui humiliandi occasiones, sive patria, genitve, sive alia commemoranda sunt, cum tibi aliquā humiliatio ne coniuncta, & tamen vis haberi membrum & seruus Regis tui, adeò se demittentis. Inclusa ergo vanissimam superbiam tuam, & vide quomodo deinceps te gerere debeas.

Secundum Punctum. Considera quid Christus D. in suam reuersus patriam fecerit. *Dosset eos in Synagogis eorum: Inuestiga quid eos Christus D. docuerit, quæ præcepta tradiderit, prœcul dubio non alia, quām quæ in Catechismo explicantur. His enim indigebant Indæi, ad aliora capienda non idonei.* Te vero an non pudeat in pagis præsertim & hospitiis, talia rudi bus explicare Mysteria, quæ adeo utilia & necessaria sunt. Agnosce ergo hac in re sive zelum tuum & D. Deo age gratias pro eo, sive superbiam & temorem, & te emenda.

Tertium Punctum. Considera modum, quo Christus D. docuit in Synagogis, plenum scili-

cet modestiæ, zelo, animi moderatione, compositione membrorum, circumspetione let monis, ab omni ostentatione & in alieni, id est enim mirabantur audientes, & dicebant: *Vnde huic sapientia hec & virtutes?* Tu an ita te grata in publicis congregatis, examina te, & ea quæ à Christi Domini exemplo sicut aliena, remode.

Quartum Punctum. Considera illa ludorum verba de Christo D. *Nonne hic est fabri filius, & fratres eius & sorores, nonne omnes apud nos sunt?* Vnde ergo huic omnia ista? Vnde apparet quantopere Christus D. occultatus etiam in partia sua quis esset, & quem haberet Patrem, & tamen venerat, ut id manifestaret, ad fidem veram in generadum. Deplora ergo tu superbiam tuam, qui etiam falsa de te iactas, vanissime, & nullo scis occultare bonum, & disce te humiliare.

FERIA TERTIA.

*Post Dominicam decimam octauam
à Pentecoste.*

Luc. 4. Matth. 13. Mar. 6.

Primum Punctum. Considera verba Iacobus, quæ Christus D. docendo ludos ex sacro Codice iis legit: *Spiritus Domini super me, propter quod vixit me euangelizare pauperibus miseri mescare contritos corde, predicare annum Domini auctum, & diem retributionis.* Ex quorum singulorum consideratione, & affe eius spci deceperit, & quid te oporteat facere statue, ut sis particeps eorum bonorum propter quæ Christus Dominus venit in mundum.

Secundum Punctum. Considera causam, ob quam ludis poteritis, Christus D. in patria sua multis miraculis noluerint veritatem doctrinæ quam prædicabat confirmare, sed vita Marcus, non poterat ibi virtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impotitus manibus curavit. Causam autem huius reitres Evangelista dicit fuisse incredulitatem eorum. Hic duo perpendre potes. **Primum.** Forte non deesse causam, cur Dominus, qui in alias Provincias adeo est liberalis, vt per multos seruos suos fidei Catholicae veritatem, signis editis confirmare in solitus, in hoc tamen loco id non faciat. **Secundum.** Quam exosa sit Christo Domino ingrata hominu[m] incredulitas, ob quam dicitur (humano modo loquendi) Christus D. Ne quidem potuisse in Nazareth miracula patrare, & an in te hec impedimenta reperiatur vide, & si sunt, tolle.

Tertium Punctum. Considera illa Christi D. verba: *Nemo Propheta acceptus est in patria sua.* Quod utinam verum non sit in hoc Regno: ubi in multis tanta viget linguae licentia, ut audiant & majorum & æqualium facta & dicta, etiæ bona & utilia & necessaria carpare, iudicare temerè, eleolare, irridere, quod nusquælibi cernitur, ubi & maior viget charitas, monita

XXI. DE PIIS ERGA DVM ET SS. AFFECTIB. 825

commendatio defensioque vniōnem valde
fouens. Tu an ex eorum sis numero vide, &
forte & esse deprehendes, si te penitus in-
spexeris. Cogita itaque quā pernicioſum sit
hac vīperē lingū nulli parcere, etiam occul-
tis aliorum intentionibus, & te feriō emenda.

Quartum Punctum. Considera iniuriam Chri-
ſto D. illatam, dum eum ciecerunt extra Ci-
uitatem, & ex monte præcipitare voluerunt, à
Christo D. tamen modellissimè toleratam &
mente & lingua, tu vero quā sēpē excan-
descis, etiam contra maiores tuos, dum iuste
molestatis, vel propter ea qua in te improban-
tur delicta, vel propter alia, quā impunē tran-
ferunt, & tamen vis haberi Christi D. imita-
tor & discipulus, & eo fine venisse ad Religio-
nem, vt pro Christo D. patiaris, & arcam coeli
viam seceris.

FERIA QVARTA.
*Post Dominicam decimam octauam
à Pentecoste.*

De Christo D. super mare ambulante.

Primum Punctum. Considera Discipulorum
Christi D. obedientiam, qui Christo D. in-
bente, cum sero factum est, ascenderunt in na-
vicularum, & nocturno tempore periculoso licet
navigabant, vt inde dicas, etiam res difficiles,
& cum aliquo periculo coniunctas, si impe-
rentur, atripere. Quod quā glorioſum sit, si
D. Dei causā fiat, quam vtile perpende, & te ad
res ardus anima: & ex alterā parte, quanto
pere vimbram etiam metuas, vide, & erubelce.

Secundum Punctum. Considera Christi Do-
mini charitatem, qui videns nauicularum ventis
iactari, accurrit benignus, & vt citius potum
attingeret efficit, quā occasione caulas inquire,
cut non sentias in te tam velox auxilium diu-
num quo necessitatibus quibusdam tuis sub-
ueniatur, ideoque submouere obstacula quā
inueneris stude.

Tertium Punctum. Considera Petri dubitatio-
nem quā in causa fuit, vt ambulans super ma-
re, tandem mergi cœperit, fidei feruore ces-
fante, vnde dico nunquam fidere viribus tuis,
& timere, ne te tentatio demergat, & adducat
ad ea peccata, quibus alias obnoxios fuisti,
sicut vel te aliás, vel alios incautos demersit.
Cogita ergo quid te facere expediat, ne ad ea
reuolaris.

Quartum Punctum. Considera auxilium à
Christo D. allatum Petro, non anteā sed post-
quam audiuit ardenter prolatum: *Dominē
saluum me fac: Quibus verbis memoria infixis,*
ad frequentem deinceps eorum vsum, ponde-
ra diligenter omnium optimatum & facilissimum
medium ad obtinenda diuina auxilia, & perfic-
tiendum salutis negotium, esse ardenties ad D.
Deū preces, seu orandi ardens studium. *Quod;*

ab in te vigeat vide, & ab aucto torpore tuo, ex-
cita te ad illud, & à D. Deo veniam pete, quod
aded̄ refugias conuersationem illius, ac si ama-
ta esset, & tibi non summè necessaria,

FERIA QVINTA.
*Post Dominicam decimam octauam
à Pentecoste.*

De Comitatu Ch̄risti D. Luc. 8.9.

Primum Punctum. Considera pietatem qua-
rundam mulierum à Christo D. sanatarum,
qua eum prædicantem cum Discipulis Eu-
angelium, comitabantur, eiique ministrabant de
facultatibus suis, inter quas erat etiam Magda-
lena, ideoque tum Christo D. tui causā ad
hanc pauperiem redacto compatere, tum uis
gratias age intimo affectu, quod Christi D ne-
cessitatib⁹ subuenirent, atque ita Christi D. exem-
pli exopta, vt eius causā sēpē contingat te in-
commoda pati in hoc statu paupertatis. Quā
an-libenter toleres vide, & quid te pati de-
ceat expende.

Secundum Punctum. Considera quām hone-
stum & utile fuerit, piis illis fœminis, immo
quodammodo necessarium, saltem titulo gra-
titudinis, ob beneficia maiora à Christo D. ac-
cepta, illius necessitates suis facultatibus pro-
pulsare, ideoque exardescē magno desiderio
Christo D. dandi quicquid ē rebus ab eo con-
cessis dare potes, consideratis & humanis &
Divinis rationibus, quā id persuadeant facien-
dum quām optimo modo.

Tertiū Punctum. Considera quāta cum
honestate & decoro Christus Dominus eius-
que Apostoli agerent, tum cum his pīis mulie-
ribus, tum cum cætero viorū comitatu, vt
tibi non deessent exempla varia, quibus in-
strūctus scires, quomodo sit procedendum,
quando cum sacerdotibus inter sacerdotes ma-
nens versatis, sive in Missionibus, sive in bē-
nioribus colloquiis & congressibus. Examina
autem te, an ita, vti oportere, te geras, & quā
fugienda sunt in posterum fuge.

Quartum Punctum. Considera modum quo
Christus Dominus cum hoc suo comitatu iter
faciebat per ciuitates, quo incedendi modo,
quā festino vel lento gressu, quā sensuum cu-
stodiā, quo manū motu, totiusque corporis
compositione, quā intensione vocis &
figurilibus. Et ex singulis deinceps documenta, pro
reformandis similibus tuis actionibus.

FERIA SEXTA.
*Post Dominicam decimam octauam
à Pentecoste.*

*De Missione Apostolorum. Matt. 9.10.
Luc. 8.9.*

Primum Punctum. Considera necessitatem
multiplicem, quā erat in mundo, exigēn-

à Domino magna auxilia Prædicatorum Euangelicorum, ob quām etiam Christus Dominus dixit: *Messem esse multam, opararios verò paucos.* Ex altera parte considera etiam multiplicem necessitatem quā nunc est in mundo, adēdō in omni ferè statu corrupto, magnis auxilijs Operariorū Euangelicorum indigētem. Unde excita in te ardēs desiderium, iuuandi ministerii tui Ordinis homines mundanos, iuxta finem & modum illius.

Secundum Punctum. Considera quām paucos Christus Dominus elegerit ad tam vastam mundi machinam, tot erroribus vallatam & peccatis, debellandam: quām pauci olim Sancti Viri integra Regna, & Provincias Christo Domino subegerunt sermone. Inquire ergo causas, ob quas hodie tam multi sint Christi Domini adiutores in prædicando Euangelio, & tam paucæ conuersiones & fructus. Et vide, ne & tu sis eorum è numero, qui locum occupant, & vix tantum laboris impendunt pro auxilio mundi pereuntis, quantum ipse victus & sustentatio eorum exigit.

Tertium Punctum. Considera prouisionem cum qua Christus D. expeditus suis ad prædicandum Euangelium: *Nihil, inquit, tuleritis in via, nequè virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis.* Ex altera parte examina prouisiones tuas, quibus te vel instruis vel instrui cupis, in occasionibus facilitioribus, in itineribus hospitijsque commodiорibus, in laboribus & necessitatibus minoribus, & an Apostolorum vestigiis insistas vide, erubefce; præsertim quia agnoscet te maioribus multò in itineribus frui commodiорibus, quām soleant sacerulares, iisque nobiliores & diiores, & tamen vouisti Paupertatem, & ad Christum D. imitandum, mundum reliquisti.

Quarum Punctum. Considera thema primæ prædicationis Apostolicæ: *Predicate dicentes: Quia appropinquauit Regnum cœlorum.* Ideo exulta, quod sub hoc tempore sis natus, quo cœlum est propinquum. Cogita quām facilis sit eius acquisitio, etiam modicā aquā pauperi propinata: Et vide an & quām auarè inhies acquisitioni huius Regni, & in eo loci altioris, num ardentius id expertas & cures, quām commoda corporis, quām profectum in literis, quām otium, quām recreations & alia, vt confundaris coram D. Deo, depletes tuam cœcitatatem, & te emendes.

S A B B A T O.

*Post Dominicam decimam octauam
à Pentecoste.*

Quia respergit humilitatem ancillæ sue.

Primum Punctum. Considera quantopere Domino Deo placeat humilitas seu demissio

voluntaria, quā in Beatissima Virgine, ex D. Dei dono, occasio vel causa fuit mortua ex parte eius, vt Mater Dei fieret, & vera & naturalis. Cuius beneficij magnitudine bene apprehensā agnosces humilitatis præstantiam, vt illius magno amore accendaris.

Secundum Punctum. Considera quibus in rebus Beatissima Virgo ostenderit intus & extra hanc humilitatem, & quibus in rebus tu quoque eam ostendere debebas ad eius imitationem, & opere id exequi stude, deficiens contrarijs defectibus.

Tertium Punctum. Considera proprietatem animalium D. Deum amantium, quæ oblitæ lentorum naturalium & supernaturalium que à D. Deo acceperunt, ita de se sentiunt, ac si ea non haberent, sic Beatissima Virgo, cum esset Dei Mater, ancillam se, non Matrem eius appellauit. Confer tuos mores cum istis, delle contrarios, & emenda.

Quartum Punctum. Considera quām felix es, et anima tua, si verè mereretur vocari ancilla Dei fidelis. Ad quod quid sit necessarium cogita, & adhibere stude, & vt id tibi succedat, hanc ancillarum Domini Reginam inuoca.

DOMINICA DECIMANONA.

Post Pentecosten.

De inuitatis ad nuptias. Matt.22.

Primum Punctum. Considera mitum coelestis Regis erga humanum genos amorem, qui vehementissime optans, (spirituali matrimonio animas nostras coniungi) Unigenito Filio suo, per fidem veram, & vitam charitatem, & dona alia, sapienter mittit seruos suos inuitantes, non tantum ad has nuptias, sed ad contraendum hoc spirituale matrimonium. Ex altera parte examina te, an tali affectu erga hunc Sponsum coelestem feraris, quo homines ferti solet sine ad ineundum matrimonium, sive ad nuptias amicorum adeundas, & erubefce vehementer coram Diuina Maiestate, ac tuam accusa ingratitudinem & cœcitatatem, qui cum esse possis particeps tantæ felicitatis, quanta est esse Spouse Filij D. Dei, eius desiderio non moueris.

Secundum Punctum. Considera impedimenta, ob quæ inuitati ad nuptias venire noleres: *Vnu abit in villam suam, alijs ad negotiationem,* quæ quidem impedimenta, fuerint aliecius momenti: Tu verò nulla habens impedimenta, immò viuens in statu pleno tot adiumentis, libero ab omnibus impedimentis, cur recusas obedire D. Deo, te ad spirituale coniugium vocanti, magnam dotem offerenti, & possessiones amplissimas deliciasque omnibus mundi voluptatibus maiores promittentes?

Tertium Punctum. Considera quorundam in uitatorum impiam ingratitudinem, qui seruos

nos Regis inuitantes, contumeliis affecerunt, & occidetur. Hoc faciunt iij, qui Superiores Ecclesiasticos, excitantes alios, ad Dominum Deo perfecte seruendum, & modis solitis compellentes ad perfectionem, carpunt, condemnant, non audiunt, derrahunt, irascuntur, cetero impetu, non agnoscentes benefactores se ad magnae felicitatis acquisitionem condentes. Detestare ergo hanc ingratitudinem, & si quid est etiam in te errandum emenda.

Quartum Punctum. Considera verba illa, occasione inuitatorum violentium venire ad nuptias dicta: *Multi sum vocati, pauci verū electi:* & diligenter inquire, an in te sint ea ligna, quæ rectâ ratione per fidem & spiritualium virtutum institutionem illustrata, agnoscere potes, esse ligna vocationis: electionem ad gloriam æternam secum coniunctam non habentis, & cum magno timore salutis tua negotium tractans, da operam, ut non tantum sis vocatus, sed etiam unus ex electis.

FERIA SECUNDA.

*Post Dominicam decimam nonam
a Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera primam conditionem Discipulorum Christi Domini his verbis comprehensam: *Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum.* Existima ergo te esse veluti ouem lupis undequaquam vallatam, & cogita quod sit officium tuum, ut te tanquam ouem Christi Domini geras, & quid faciendum sit, ut securus à luporum iniuriis vivas.

Secundum Punctum. Considera secundam conditionem Christi Domini Discipulorum: *Estate prudentes sicut serpentes:* cogitando in quo sit prudenter serpantis, & ad morum tuorum instructionem singula applicando.

Tertium Punctum. Considera tertiam conditionem: *Estate simplices sicut columbe;* & quibus in rebus hæc columbina simplicitas se prodat, ut cam imitere, & contrarios defensus fugias.

Quartum Punctum. Considera Christi Domini monitum valde necessarium omnibus viuentibus in communione conviciu: *Cauete, inquit, ab hominibus:* Discurre autem à quibus, & quando, & quas ob causas cauete debebas, ne experiri in te veritatem illius prouerbij cum danno tuo: *Homo homini lupus.*

FERIA TERTIA.

*Post Dominicam decimam nonam
a Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera prædictionem multarum futurarum aduersitatum: *Tradente Lancij Opus. Tom. 2.*

vos in concilijs, & in Synagogis suis flagellabunt vos, & ad Prelates & ad Reges ducenti propter me. *Adque ita preparate ad falsas accusationes personales, & varias molestias ex lingua iniquitate ortas, adductis incitamentis ad eas organandas, & æquo ac hilari animo tolerandas.*

Secondum Punctum. Considera consolacionem Christi Domini promissam pro tempore aduersitatum: *Cum autem iradent vos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini.* Non enim vos estis qui loquimini sed *Spiritus Patris regnatur, qui loquitur in vobis.* Ex quibus verbis magna fiducia concepta, de adfuturo dimino auxilio, quâdo innocentiam patieris, fide Domino Deo, & causam tuam semper in Domini Dei prouidentiam reice, quia non deerit tibi, serius vel citius adiutabit te, ut patet exemplis Ioseph, Danielis, & aliorum D. Dei seruorum, que tenero affectu expende, & contra futura te armâ.

Tertium Punctum. Considera domestica mala quæ timenda sunt & evienda: *Tradet frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filii in parentes, & morte eos afficiunt.* Ideo diligenter da operam, ne tu quoque deuenias ad talē statum, ut confirgas contra domesticos, murmurando, falsò accusando, exaggerando iniurias, seminarndo discordias, & quia nemo reprehente sit malus, vide ne à minimis incipiás.

Quartum Punctum. Considera magnum beneficium diuinum in veros Christi Domini seruos collatum: *Eritis odio omnibus, propter nomen meum.* Quæ verba dabunt tibi occasionem, Christo Domino gratias agendi, quod te ad Religionem vocavit, quæ est in odio multorum: & simul te excitare debent ad vivendum sine respectu hominum, ubi agitur de offensa Domini Dei, & disciplina Religionis violatione. Has enim ob causas: *Qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patiuntur,* quia nolunt omittere quæ omittere non debent, & facere volunt quæ sunt facienda, quod malos pungit & concitat, ut insurgant in bonos rectè suo officio satisfacientes. An vero tu sis eorum è numero, vide, & quod faciendum tibi est, in posterum facere stude.

FERIA QVARTA.

*Post Dominicam decimam nonam
a Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera Christi Domini verba: *Qui perseveraverit usque in finem, hic saluus erit,* inquiringe in mores tuos an sint eiusmodi, qui spem perseverantem facere possint, quod agnoscere poteris, si certas media illa, quæ ad perseverantiam conductant, vixi sunt, fuga peccati & occasionis eius, sensuum custodia, carnis maceratio, sincera sui manifestatio,

Z Z rectus

rectis Sacramentorum visis ; diligens Medicatio , & magna cum Diuina Maiestate coniunctio.

Secundum Punctum. Considera illa verba : Non est Discipulus super Magistrum, nec seruus super Dominum suum, sufficit Discipulo , ut sit sicut Magister eius , & seruo ut sit sicut Dominus eius . Quibus verbis tantillum ponderatis & impressis menti, sciens te esse seruum Domini Iesu Christi , eiademque Discipulum , examina te, anima velis tractari in viatu, vestitu, habitatione, laboribus, vigiliis, aduersitatibus , alijque rebus, prout ipse per triginta tres vitæ annos, ad exemplum tuum est tractatus , & quod inde sequitur, discere.

Tertium Punctum. Considera verba illa: Nihil est opertum , quod non reuelabitur , & occultum quod non scietur: etiam hunc posse habere sensum manifesta ferè omnia nostra iis, quibus occultamus immitterò, velimus, nolimus, tandem Diuina prouidentia deteget successu temporis omnia , quando minus cogitabimus, modo quo non putabamus , vt docet quotidiana experientia: ideo detestandus est omnis mos occultandi res nostras , sed infirmorum more, detegenda omnia Medicis nostris, ne sanie obducta plaga, putrefeat, & exiuit adferat. Quod si quid peccatum est hac in parte, sincerā manifestatione curetur.

Quartum Punctum. Considera verbis illis: Nolite timere eos qui occidunt corpus , animam autem non possunt occidere, sed potius timete eum , qui potest & animam & corpus perdere in gehennam, doceri nos magis timendam esse offendam D. Dei quam hominum, euisque rei causis indagatis, corrige tuam stultitiam, qui pluris facis humanam quam diuina iudicia , pluris oculos humanos, quam diuinos, occultissima etiam mentium arcana penetrantes , & in posterum te emenda.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam decimam nonam à Pentecoste.

Matt. 10. Mar. 4. Luc. 9.

Primum Punctum. Considera curam D. Dei circa nos miram : Unus, inquit , de passeribus, non cades super terram, sine Patre vestro : vestri enim capilli capitum omnes numerati sunt : Nolite ergo timere , multū passeribus meliores esūt vos . Quibus verbis cum tenero cordis sensu ac gustu ponderatis, gratias age Diuina Maiestati, pro tantā tui curā. Exardeſce amore tantæ benevolentiae diuinae , amplectere & deosculare animo, cor tam benignum Domini tui, & offer illi vicissim animum tuum, resolutum ad curandā eius diuini cultus in te & in aliis propagationē.

Secondum Punctum. Considera efficacia in-

citamenta ad euellendos ex te omnes homines refrectas , quorum causa erubescit quiete omittenda. Omnis , inquit , qui confidit me coram hominibus , confitebor & ego eum erum Patre meo qui in celis est. Qui autem negaverit me coram hominibus , negabo & ego eum coram Patre meo. Vide, resolute te efficaciter, ad attendendum magis gustum D. Dei quam hominum, & tanquam ad Martyrium & fidei confessionem manifestam excita te, ad heroicam reflectum talium mortificationem , propositis libi certis actibus; certo aliquo tempore faciens.

Tertium Punctum. Considera necessitatem mortificandi hos respectus amicorum quorum causā non erubescimus Dominum Deum ipsum offendere : Non veni, inquit, pacem minores, sed gladium : veni enim separate hominum adversus patrem suum , & filium adversus matrem suam , & nurum adversus sororem suam , & inimici hominis domestici eius . In quibus ultimis verbis, gravis est causa praefereendi. Domini Dei respectum, omni humano respectu , tanquam inimico & valde nocivo , praesertim cum vera sint verba Christi Domini sequentia : Qui amat patrem aut matrem , aut filium , plu quam me , non egredi dignus.

Quartum Punctum. Considera utilitatem adversitatum , & datum quod aderit fuga Crucis Christi Domini: Qui non accipi Orem suam & sequitur me , non egredi dignus: Qui inuidit animam suam perdet illam , & qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Ideo resolute te his mortuis excitato affectu, ad amorem molestiarum huius vita, & iacturam pro Christo D. omnis existimationis & commodi.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam decimam nonam
à Pentecoste.

Luc. 9. Matth. 10. Mar. 4.

Primum Punctum. Considera utilitatem beneficiorum erga proximos nostros ostenta: Qui recipit vos , me recipit . Hinc magnum desiderium in te excita , & quandam spiritualem auaritiam , fratribus tuis beneficiendi & gratificandi prout in omnibus quantum conscientia & disciplina Regularis permittit , id que faciendi Christi Domini expreso intuiri, eum in singulis spectando. Quod quomodo feceris haec tenus introspicere , & deinceps fitio exequi stude.

Secundum Punctum. Considera facilitatem admirabilem, omni humanoa facilitate maiorem, assequendi infinitos quoddammodo in celo thesauros & gloriae aeternæ gradus, semper ac semper altiores : Quicunq; potum dederit mihi minimū ista ; calicem aqua frigida tantum in no-

mine Discipuli, amen dico vobis non perdet mercedem suam. Cum ergo affidias habeas occasiones pro Domino Deo faciendo tam multa, & magis ei grata, quam sit calix aquæ frigidæ, agnolce cæcitatem tuam, qui tot occasionses accumulandi præmij non vides nec atripis. Statue ergo in posterum, maximam hac in te diligentiam adhibere, & more mercatorum, perpetuos conquerere in cœlis thesauros.

Terium Punctum. Considera Christi Domini indifferentiam quoad loca, finito enim sermone ad Discipulos, nulli certo loco se alligare volens, nulli certo domicilio, varia Ciuitates adibat, ibique nouis & nouis Auditoribus prædicabat: similiter eius Discipuli circuibant per Castella euangelizantes ubique: ut tu hinc discas, nulli certo loco, vel domicilio adhærescere, sed paratum esse ad omnem mundi patrem.

Quartum Punctum. Considera quid prædicarint Discipuli à Christo Domino digressi, scilicet: *Vt pénitentiam agerent:* vbi inquire causas cur à prædicatione pénitentia ceperint, & vide ne forte & tibi etiæ iam conuerso ad Dominum Deum sit necessaria similis prædictio. Ideoque ne sit necessaria, ita vivere studie, vt potius gratias agendi quam pénitendi sit ex te occasio.

S A B B A T O.

*Post Dominicam decimam nonam
à Pentecoste.*

Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Primum Punctum. Considera primam causam, ob quam Beatissima Virgo meretur dici *Beata*, quia eam Dominus Deus ab æterno respxi prædestinando illam ad gloriam altissimam in cœlo. Gratias age Domino pro hoc beneficio ei exhibito: Adora tam liberale cor Domini Dei erga tuam Matrem & Dominam: Perpende quoniam sit hoc beneficium, & illud desidera modo debito, & roga hanc Domini, ut sis unus ex prædestinatis.

Secundum Punctum. Considera secundam causam, ob quam Beatissima Virgo meretur dici *Beata*, quia sola ex filiabus Adæ modo communis genita, fuit sine originali peccato. Huius beneficij magnitudinem expende, reuocato in memoriam Sanctæ Mechthildis exemplo, qua D. Deo reuelante didicit, id est in sua Nativitate periculissime agrotasse, vt eod citius ob mortis periculum ferretur ad baptismum, & ita gratiam D. Dei citius alijs consequeretur. Tu quia tardè gratiam Domini Dei affecturus es, & forte eam lepè perdidisti, dole, confundere, & à D. Deo per merita B. Virginis

Lancicij Opus. Tom. 2.

pete, vt semper in D. Dei gratiâ viuas & crescias.

Tertium Punctum. Considera tertiam causam, ob quam Beatissima Virgo meretur dici *Beata*, quia sola ex puris hominibus, nullo actuali peccato D. Deum offendit. Confer cum ea vitam tuam, humilia te, desle tot peccata; & vide quâ topere eam debeat imitari, vt conferues animam tuam mundissimam à peccatis.

Quartum Punctum. Considera quartam causam ob quam B. Virgo meretur dici *Beata*, ob plenitudinem omnium donorum gratiæ, eius statu convenientium, quæ enumera & pondera, vt magnam opinionem concipias de eâ, & exardecias desiderio ingenti, habendi multa eximia D. Dei dona, ob purum D. Dei gustum & consolationem, ad quod consequendum quid te oporteat facere & vitare, cogita, & te dispone, inuocato huius Sanctissimæ Virginis auxilio.

DOMINICA VIGESIMA.

Post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera stultitiam tuam, qui more Reguli pro sanitate filii infirmi Christum D. querentis, ardenter es in querendis remedii pro curatione morbi corporalis, quam in querendis modis sananda animæ, variis morbis laborantis, & inuestigatis causis, cur saltem æquæ curanda est animæ falsa, quomodo deinceps sit tibi procedendum vide.

Secundum Punctum. Considera aliam mandatorum stultitiam, qui magis mouentur miraculis, quam solidis virtutibus, vt illi, quibus Christus D. dixit: *Nisi signa & prodigia videritis, non creditis:* cum tamen virtutes maiora sint dona D. Dei, & magis necessaria, & tamen multi mallicant v.g. Christum D. videre, vel Sanctum aliquem quam pati aliquid, maioriisque effectus propensione feruntur in res miraculosas quam in virtutes solidas, quod an in te sit vide, idque corrige, & animum ad virtutum solidarum studium inflamma, causis inuentis, ob quas id faciendum tibi sit.

Tertium Punctum. Considera duritatem tuam, qui tot signis Christi D. & Sanctorū auditis, tamen veritas ad quaram confirmationem facta sunt, tam frigidè apprehendis, tam patim curas, ac si certe non essent, nec divinitus confirmatae. Quod in particolaribus casibus de certitudine peccarum grauissimarum purgatorij, pro quo quis peccato, de praesentia Christi Domini in Eucharistia, alijsque rebus Religiosis Christianæ pœnitentia, & in posterum ita vivere stude, quasi te ipsa & practicè credens iis omnibus, quæ sunt signis diuinis per Christum D. & eius seruos confirmata.

Quartum Punctum. Considera incredulitatem stultæ Reguli, qui etiæ putabat filium à Christo

Zzz 2 Domi-

Domino sanari posse, non creditit tamen statim Christo Domino dicenti : *Vade filius tuus vivit*, donec audiret à seruis, filium esse sanitum. Quoties tu simile quid facis, qui magis credis sociis discolis, quam alteri fide digniori, si illi dicant aliquid quod tibi artideat, quoties matus aliorum mala consilia vel exempla, quam D. Dei instinctus, te ab illis retrahentis, practicè in hoc ostendens, quod credas magis illis quam D. Deo intus studenti contrarium. Erubefce igitur maxime nunc coram Sacramentissimo Sacramento quod suscepturnus es, & veniam pete, eique emendationem promitte.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam vigesimam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera fidem plebi Iudeorum quæ Christi Domini signata, eum tanquam Prophetam magnum fecerunt & colebat; eti repugnante Principi Synagogæ. Et comprobata hac piâ fide populi, te ipsum obiurga, qui meliore fide imbutus, sciens plura Christi Domini miracula, & diuina opera, ac eius excellentiam, & spem præmiorum maiorum habens ab eo oblatam, non eo affectu & constanter fensis erga Dominum tuum in templo Sacramentaliter existentem, & sat brevius tempus, tempore illo quod Iudæi Christum Dominum sequentes traduxerunt, non potes sine gravi tristio, & affectu ad repetenda profana negotia transigere. Quod quam turpe sit & fugiendum, vbi confideraueris, propone emendationem.

Secondum Punctum. Considera causam, ob quam Ioannes coniectus fuit in carcere, quam non alia fuit, quam Herodias vxor fratri eius fæde amata. Vnde disce magnam partem peccatorum nostrorum oriri, vel ex amore rei male, vel ex nimio affectu ad rem non malam ex naturâ suâ. Tu an hoc in te reperiatur examina te, & agnitis magnis periculis quam inde nascuntur, statue refecare omnem nimium affectum ad res omnes.

Tertium Punctum. Considera respectum quo Herodes retinebatur, ne Ioannem occideret, scilicet timorem populi, à quo ut Propheta habebatur. Quà occasione reflecte te ad mores tuos, quam sapè à malo abstineas, propter solum timorem hominum, qui si defesset, non dubitares D. Deum offendere. Vnde considera quam indigna & impia res sit, magis timere oculos, iudicia, molestias humanas, quam oculos, iudicia, & poenas D. Dei, idè confundere vehementer, deprecate Dominum, promitte emendationem.

Quartum Punctum. Considera ipsam decollationem S. Ioannis, quam patienter, quam liberenter, quantâ cum lætitia ad eam se obtulevit vit innocentissimus. Tu verò tot peccatis in seculo & Religione oneratus & fædatus, & ob ea maioriibus dignus suppliciis, etiam ob quotidianos venialesque defectus, quam sapè refugis omne genus mortificationum & mo-

lestiarum, valde imprudenter, quia te ad maiores vitæ alterius poenæ seruas, & magnorum meritorum materiam tibi admis, non cognoscens peccatorum demerita. Ideo te emenda,

FERIA TERTIA.

Post Dominicam vigesimam à Pentecoste,

Primum Punctum. Considera fidem plebi Iudeorum quæ Christi Domini signata, eum tanquam Prophetam magnum fecerunt & colebat; eti repugnante Principi Synagogæ. Et comprobata hac piâ fide populi, te ipsum obiurga, qui meliore fide imbutus, sciens plura Christi Domini miracula, & diuina opera, ac eius excellentiam, & spem præmiorum maiorum habens ab eo oblatam, non eo affectu & constanter fensis erga Dominum tuum in templo Sacramentaliter existentem, & sat brevius tempus, tempore illo quod Iudæi Christum Dominum sequentes traduxerunt, non potes sine gravi tristio, & affectu ad repetenda profana negotia transigere. Quod quam turpe sit & fugiendum, vbi confideraueris, propone emendationem.

Secondum Punctum. Considera Christi Domini solitudinem de pascendâ turbâ illa: *Vnde ememus panes, ut manducemus hi:* In qua solitudine eius per internam animi complacentiam acquiesce, gustans eam spirituali gaudio, & olfaciens odorem eius spiritualiter. Gratus præterea age Christo Domino pro hac solitudine, & magnam spem concepe ad auctuō tibi auxilio ecclœsi, præueniente etiam necessitates tuas. Tuum tantum erit non impedit peccatis tuis, Christi D. beneficentie paratum omnibus influxum, quin potius cooperando ius gratiae, eius accelerationem promoveret, & continuum augmentum, quodan facias vide, & fac facienda.

Tertium Punctum. Considera Christi Domini humilitatem, qui pasceré volens sio, hominem, nec habens panem, nō creavit illos panes miraculosè, eti potuit, sed contentus est miliculo minore, scilicet multiplicatione solum panis naturaliter acquisiti. Disce hinc operem D. Dei dona, quando te obediens, vel necessaria charitas non cogit ad ea per ordinarios actus demonstranda, multò magis disce non efferte te vanè, nec tibi plus adscribere ingenui aliarumque terum. Qua in re quomodo te geras vide, & refescenda refeca.

Quartum Punctum. Considera Christi Domini prudentiam, qui eti sciret vnde nasci posset panes, tamen ac si nesciret, penitus idque non ab aliquo è primis Discipulis, sed Philippo. Quare instruit nos, vi peramus confilia, etiam ab iis qui videntur inferiores esse nobis, nec unquam nobis fidamus. Co-

XXI. DE PIIS ERGAE DVM ET SS. AFFECTIB. 831

ios tei causas conquire, & obiurgatā superbiā tuā, & malis quā inde sequi solent deploratis, propone emendationem.

FERIA QVARTA.

Post Dominicam vigesimam à Pentecoste.

Primū Pundū. Considera Christi Domini finem ob quam dixit Philippo : *Vnde ememus panes* : qui erat, ut expiscatur eius semel. O quam sapè Dominus Deus & pēle & per homines tentat nos, ut experientur quām promptissimus ad amorem boni & suam mali, sicut fecit & cum Abraham filij immolationem imperans. Quodlibet turpe est Dominio Deo etiam tentari morem non gerere, multò magis efficaciter tem aliquam postulant, sive per se, sive per Varios suos. E contra gloriosum est ei patere ad futurū omnem, in omni re. Quod an facias recogita, & in posterum da operam ut facias.

Secondū Pundū. Considera frigilitatem Christi Domini & Discipulorum eius, & ludorum. Christi Domini quidem, quia nonquam alios cibos legitur suppeditante ad expleandū fastuū præter facile patibiles, panem, pisces, &c. Et in turba illa non inventus cibus est exquisitor pane & pisibus duobus. Hinc sumptū occasione, incusa & delicta feedos galaz tua excellus, dum & appetitis res non necessarias, nisi sum delicateas, vel necessariis plus aequo vteris, quod si explorare virtutem gulę appetitum non possis, tristaris, murmurabis. Quod quām indecessus luci, qui specie majoris crucis, mundi renunciare deliciis considera, & statue qua in te eundate debetas.

Tertium Pundū. Considera humanitatem Christi Domini qui pasturus plebem piam, commodè illam reficeret voluit, non stantem, sed discubentem : *Facite, inquit, homines discubere*. In qua te patet Christi Domini vinceret tenero affectu considera, & an in te sit eadem viscerum benignitas, ergo proximi tui necessitates vide, & excita in te similem cordis benigni erga alios iucunditatem, & præteritas morositas, & crudii pectoris inhumanitatem fugere stude.

Quartum Pundū. Considera Christi Domini verecundiam, qui valens discubuisse turbam illam, ad capendum cibum commode, noluit per se id eis imperare, sed per Discipulos, ut suo & illorum pio pudori consuleret. Verecundantur enim honesti homines, altero graui vito præsentē considerare vel discubere, & Christus Dominus vti plenus virginēa verecūdī, ne aspicere quidem volunt membra ad accubitum ciuilem sese inflectentia. Tu invere- cundiam tuam in quām plurimis occasionibus examina, delice, & serio emendare stude, quippe cum sis membrum Christi D. & templum Spiti-

Lancij Opus. Tom. 2.

ritus S. à quo omnis abesse debet perficita frons, oculi impudentes, animus parum pudicus. Et si quid corrīendum est hac in parte, corrige.

FERIA QVINTA.

Post Dominicam vigesimam à Pentecoste.

Primū Pundū. Considera Christi Domini deuotionem, qui panes multiplicaturus, ac distributoris famelicis, id non fecit sine præiuā benedictione, quām gratiatum actionem appellat Sacre textus. Quā ergo reverentia, quo affectu debetas aggredi actiones tuas, quando ipse Filius Dei, suas ita sancte inchaet. Tu iam examina opera tua, vix aliquod inuenies præiuā oratione munitorum, idēc mitum non est, te plenum esse defectibus. Assuece ergo præciplias actiones tuas, conditas brevi saltem sed ardentī prece, offerte Domino in oderi suavitatis.

Secondū Pundū. Considera Christi D. affectum tempore gratiarum actionis, quām fuerit ardens, quām putus in se, & ob finem suum. Et facta reflexione ad duas actiones, examina confessiones, communiones, deinde earum tepiditatem, ariditatem, distractiōnēs, irreverentiam, somnolentiam, tedium, omissiones, & corrige corrīenda.

Tertium Pundū. Considera modum, quo Christus Iesus virgine illa manu distribuebat turba discubentiū panis & pisces fragmēta, quo oculorum intuītū, quo manus mota, quā verbōrum formā, quā vultus constitutio- ne, quā pedū progressionē, quā totius inflexio- ne corporis, & similes membrorum tuorum functiones examina, sive dum mensa accum- buntibus ministras, sive dum in culinā versari, sive dum ambulacra verris, sive dum cum exterris agis, & singula ad Christi D. exemplarib- bi propriū conforma.

Quartum Pundū. Considera amorē pauper- tatis in Christo D. qui iussit colligi omnia fragmēta superflua ne perirent. Hic diligenter te examina, quām multa tuā culpā perirent vel destruuntur, vel distibuantur iis ad quos non spectat, tum ad victimū, tum ad cultum corporis, tum ad alias res & suppellestīlē domus spectan- tia, quibus non tardū nec leviter lēditur, aut es- sentia aut perfectio & splendor Religiosa pau- pertatis. Annotatis ergo defectibus, qui vel per confessionem sinceram, vel per licentiam à Superiore impetrandam, vel per vitrumque corrī- gendū sunt, in posterū cautiū vide.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam vigesimam à Pentecoste.

Primū Pundū. Considera obedientiam Disci- pulorum Christi D. qui iussi colligere frag- mēta panū & pisium, collegerunt omnia, im- pletis

Zzz 3 plētis

pletis duodecim cophinis, idque fecerunt accuratè non oscitantes, non relictis vllis fragmentis, quæ non collegerint. Ex alterâ parte confundere, ob supinam tuam negligentiam, in rebus multis imperatis, vel à Regulis vel à Superioribus, & facto precipuarum actionum tuarum examine, quas oscitantes expedit, se-riò te emenda.

Secundum Punctum. Considera sobrietatem plebeculæ Iudaicæ, quæ eti famelica, non omnem abstulpsit cibum à Christo Domino oblatum, sed adeò sobriè comedit, ut superfuerint duodecim cophini fragmentorum. Tu inquire quām auidè, quātū copiā, & in tua & in aliena inuoles edulia, sine respectu D. Dei, sine pudore, sine conscientiæ curâ & tamen Religiosus es! Iudaicam illam plebeculam superare perfectione obligatus, & tamen Curium simulans, Bacchanalias viuis, vt dicebat ille. Erubefce gulę mancipium, & te emeda.

Tertium Punctum. Considera qualitatem panis, turbæ illi à Christo Domino porrecti: hordeaceum fuisse Euangeliſta testatur. Talem panem Christus Dominus ad suum conuiuum adhibet & quidem miraculosè eum multiplicat, non tamen adhibet miraculum in mutandâ qualitate, & dando triticeo, loco hordeacei. Exquire hoc à te quām effes contentus tali conuiuio, eti velis te haberi pro Christi Domini seruo, pro milite eiusdem, pro Christi imitatore, pro contemptore mundi, pro amatore, & sectatore vita æræ ad cœlos ducentis, pro satisfacierte pro peccatis admissis. Erubefce igitur, & detestare tuam ingluvem in quārendâ quām optimâ ciborum qualitate, & mores corrigere.

Quartum Punctum. Considera Chisti Domini humilitatem, qui prævidens se ab ijs prououendit ad dignitatem Regiam, id maximè declinavit **Primò.** Quia fugit. **Secundò.** Quia fugit in montem, ad quem erat accessus difficultior, & facilior modus le occultandi. **Tertiò.** Quia solus fugit nolens etiam vllū è Discipulis adesse, à quo ex pio affectu possit indicari, & Regni fieri candidatus. Tu vide, an hoc modo declines honores, speciosos titulos, & deploratâ tuâ superbiam, elige aliqua; in quibus solidam demonstres etiam in oculis hominum tui humiliationem.

SABBATO.

Post Dominicam vigesimam à Pentecoste.

Quia fecit mihi magna.

Primum Punctum. Considera magna beneficia, quæ Dominus Deus fecit Beatissimæ Virginis in eius corpore, tum naturalia, vt sunt

sanitas, integritas membrorum, perfectio senuum: tum supernatura, vt sunt perfecta obedientia corporis erga animam, formis singularis ligatio & extinctio, omnium perturbationum inordinatum frenatio, qualis in nullo alio puro homine fuit. Admirare hanc corporis Beatissimæ Virginis harmoniam & singulare temperamentum. Gratias age Domino pro eo: confundere ob contrarias corpori tui conditiones, & inuocato D. Dei auxilio, operam, vt corpus tuum quām simillimum reddas corpori Beatissimæ Virginis.

Secundum Punctum. Considera magna Domini Dei beneficia collata Anima Beatissimæ Virginis, tum naturalia, vt sunt ingenj acumen, maturitas iudicij, celeritas operationum internarum animæ, capacitas ad plura dispartata simul apprehendenda & concipienda: tum supernatura, nimurum immunitas ab omni profusus peccato, gratias copia & incrementum assiduum habituum, virtutum plenitudo. Hec admirare, extolle, gratias age pro iis, & tuum conferendo vilitatem confundere, & aspira ad similia, quantū fieri potest per Domini Dei gratiam.

Tertium Punctum. Considera magna D. Dei beneficia collata Beatissimæ Virginis adhuc in carne passibili existenti respectu Ecclesie Sanctæ Domini Dei, quod fuerit fons, ex quo salutis Author in carne manauit, ad opus nostræ redemptiois perficiendum. Pondera beneficij huius præstantiam, gratias age pro eo, & vide quomodo fruari bonis suis fontis.

Quartum Punctum. Considera magna beneficia quæ Dominus Deus conuult Beatissimæ Virginis in cœlo, respectu Ecclesie militantis & triumphantis. Nam gloriâ sua superat omnes choros cœlestes, Ecclesiam verò militantem plus cœteris iuvat. Gratulate ei tanum felicitatem, & delibera quid te vitare vel facere oporteat, vt eius auxilium experiaris.

DOMINICA VIGESIMA PRIMA,

Post Pentecosten. Matth. 18.

Primum Punctum. Considera quām multis debitis obstricis sis cœlesti Regi, qui à te eorum rationem exiget suo tempore. Debita autem tua sunt duplicita. **Primò:** peccata, quæ exoluere debes iustâ satisfactione, dolore, odio, confessione. **Secondò.** Dona Domini Dei, quæ Domino Deo reddere debes, bono eorum vnu, & gratitudine. Hinc præcepte agnosc, quid facere debebas, ne ob non soluta debita, condignas subeas penas.

Secundum Punctum. Considera conditione Regis cœlestis, quæ in eo sunt dum exigit debita. **Primò.** Scit omnia, nihil potest ei occultari. **Secondò.** Post mortem nullum debitum condonat.

nat, sed rigidâ iustitiâ punit, & satisfactionem exigit. **Tertium Punctum.** Summè odit peccatum. Hinc inquire, quibus modis possis nunc tibi reddere benevolum hunc Iudicem, ne eius iudicio succumbas.

Tertium Punctum. Considera benignitatem cœlestis Regis, & facilitatem in condonandis debitis, sola enim debitorum confessio, debito modo facta, est ad hoc sufficiens. Admirare D. Dei clementiam. Gratias age ex intimo affectu, quod tam facile remedium & peruum, pro tantis malis necessarium reliquerit. Vide tuos defectus in eo suscipiendo, tuas insinceritates, palliations, equiuocationes, ariditatem in confessione, & eos emenda.

Quartum Punctum. Considera unum è modis, quibus D. Deus ad tua tibi remittenda facilius peccata flebitur, esse, si offensas proximi ei condones facile. Hoc Christus D. in hodiernâ parabola pretendit dicens: *Serue nequam, omne debetum dimisi tibi, quoniam rogasti me, nonne ergo oportuit & te misereri consenseris tui, sicut & ego tui miserius sum?* Vide itaque quomodo te geras in condonandis tuis iniuriis, & quâm æquum sit, eas ut condones, qui & D. Deum & alios in multis offendis. Offer denique SS. Sacramento hanc resolutam voluntatem, condonandi omnibus omnia, sicut & ille condonat tibi defectus tuos tam multos.

FERIA SECUNDA.

*Post Dominicam vigesimam primam
à Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera ineptum Pharisæorum iudicium, qui scandalizabantur, quod viderent Discipulos Christi D. non lotis manibus manducare. O quoties tu imitatis Pharisæica iudicia, condemnando aliena facta, quæ id non merentur. Examina te itaque quomodo te hac in parte geras, & propone emendationem.

Secundum Punctum. Considera stultitiam Pharisæorum, qui ut seruarent traditiones suorum maiorum D. Dei præcepta omittebant. Et agnitiâ hac enormi stultitiae secundum se considerata, fac reflexionem ad actiones tuas, & vide, an non sœpe & tu omittas res à D. Deo præscriptas, vel in Regulis, vel alio modo, partim propter occupationes minus necessarias, partim propter humanos respectus. Quod, quâm turpe sit & indignum, pondera, deinde tuam stultitiam, & quendam qua si contemptum Diuinæ Maiestatis, veniam pete à Domino Deo, & annotatis iis rebus, ob quas à Diuinâ voluntatis præscripto discedis, serio te emendare stude.

Tertium Punctum. Considera verba illa Isaïæ, Iudæis à Christo D. applicata: *Populus hic labiis*

me honorat, cor autem eorum est longe à me. In quibus duo pondera. **Primum.** Ne forte & tibi possint applicari, qui in oratione labii honoras D. Deum, corde aliud cogitas, affectu cordis ad alias se conuertente. **Secundum.** Vide ne forte sis vñus ex iis qui ne labiis quidem honorant D. Deum. Hi autem sunt, qui voce orantes, nec integras preces recitant, & verba mandunt & ita orando festinant, ut multa omittant quæ recitate deberent vel ex præscripto Ecclesiæ, vel ex confuetudine sui Ordinis. Confundere igitur, veniam à D. Deo pete, & te emenda.

Quartum Punctum. Considera alia Christi D. verba: *Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus cœlestis, eradicabitur,* hoc est deficiet, vel à fiducia Catholicâ, vel à virtute bonâ, vel à statu Religioso. Pondera hie quâm magnum sit malum eradicatorum de D. Dei horto, & inquire, an in te sint aliqua, ex quibus agnitis, timorem possis conceperi, ne forte sis & tu eradicandus, qui potius cogita, quæ sint illa, quæ radices in fide, virtute ac Religioso statu consolident: eaque pete à Domino, ut & hie crescas in odorem suavitatis D. Deo, & transferaris ad cœlum.

FERIA TERTIA.

*Post Dominicam vigesimam primam
à Pentecoste.*

Mar. 7. Matth. 15.

Primum Punctum. Considera ardens desiderium curationis infirmæ filia, quo pia Chananæa tenebatur: quod effecit, ut et si Christus D. dominum ingressus scrii noluerit, latere non potuit Chananæam, à qua queri statim cœpit. Tu incusa tepiditatem tuam, qui curationem morborum alienorum, immo ne quidem tuorum tam ardenter queris. Consideratis autem causis, ob quas maiori studio querenda sint remedias pro spiritualibus morbis, ea præsertim quæ efficacia sunt elige, & status certi aliquid pro futurâ tui emendatione.

Secundum Punctum. Considera modum quo adoravit Chananæa Christum Dominum: Procedit enim ad pedes Christi adorans eum, cum prius à longe clamans exaudita non esset. Si ergo pro alieno malo querens remedium, gentilis fœmina, tantâ reverentiâ orat Christum D. quem non ita nouerat, ut tu nosti, quanta est tua impudentia, qui & in templo, & in cubiculo, non cù, quâ illa, reverentiâ Christum D. adoras. Erubescere igitur, te Religiosum à gentili vincere fœminâ, & te emenda, veniamque tuarum irreverentiarum humillimè pete.

Tertium Punctum. Considera Christi Domini pium artificium, qui ut occasionem præberet maioris merit & notam faceret virtutem Chananææ, primum non respondit clamanti,

& accedenti propriis, visus est se velle negare, quod petebat dicens: *Non est bonum sumere panem filiorum* (scilicet dona filii Dei parata) & *mittere canibus* (scilicet Ethiscis.) Quod Christi D. saeculum solebat re in miseriis tuis, quas oratione licet ardenti non potes abigere. Diffimulat benignissimus Iesus, ut tu preces cumulans, tua accumulet merita, quae sapientia tua cum bonum sunt, quam carere illis rebus, pro quibus eum deprecatis. Sustine ergo Dominum, & spera in eo quia non derelinquit querentes se.

Quartum Punctum. Considera humilitatem plam Chananæ, quæ non est offensa asperiore titulo, dum se canem appellari audiret, quin potius inde sumptus occasionem precis efficacioris. Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis qua cadunt te mensa Dominorum suorum. Quâ humili & piâ responsione, ita inflexit cor Domini tui, ut ei dixerit: *O mulier, magna est fides tua si sit tibi facta via propter hunc sermonem vade, exi de monum à filia tua.* Complaceras tibi intimè in pio bona matris responso, & pium affectum in eo reluentem gusta spirituali gusta, & tecum recognita, quantopere moueatur benignissimum cor Domini tui heroicis affectibus & operibus. Vide ergo an tales in te sint, vide quales, & in quâ materia esse in posterum debeat, ut ea impetreris, quibus eges.

FERIA QVARTA.

*Post Dominicam vigesimam primam
à Pentecoste.*

FERIA QVINTA.

*Post Dominicam vigesimam primam
à Pentecoste.*

Mat. 6. Mar. 8.

Primum Punctum. Considera aperitatem Christi D. verborum, quibus redarguit Discipulorum ignauiam, dum moniti ut à Pharisæorum doctrinâ cauerent, putabant à Christo D. aliud commendari: *Adhuc cecatum habet oculum, oculus habentes non videt, & autem habentes non audit.* Ex quibus verbis, duplice deceptio utilitatem. **Primo.** Non offendit aperitatem verborum, si quando ab his qui id cum potestate facere possunt, talia audias. Ut enim ira nimia in vitio est, ita eius omissione cum res eam exigit, culpam non caret. **Secundo.** Examinate diligenter, ne forte tibi quoque eadem verba Christi D. conueniant: *Oculos habentes non vident, autem habentes non audiunt.* Quod agnoscet, si feceris relectionem ad D. Dei beneficia, praæcepta, consilia, penas, Superiorum præscripta, Religionum obligations & consuetudines quomodo his variatis, & an in iis videoas videnda & facias scienda. Et si forte inueneris te multis obnoxium, erubefce, deprecare, veniam pete, corrige mores tuos.

Secondum Punctum. Considera causas, ob quas pernicioſa Pharisæorum doctrina à Christo D. appellata sit fermentum, & vide an forte & tu imbutus sis aliquibus doctrinis perniciosis, vel seculari vel polytico spiritu plenis, à perfectione & simplicitate Religiosa coruertentibus, & si quid corrigitur sit corrige.

Terium Punctum. Considera doctrinam veritatem non tam autoritate docentium, quam conformitate cum doctrinâ Christi D. & Apostolorum esse metiendam. Nam Pharisæi,

Punctum. Considera prima verba Chananæ, quibus Christo Domino filiam à Spiritu immundo vexatam commendabat: *Miserere mei Domine fili David, filia mea male à demonio vexatur:* quæ verba iuxta secundum orationis modum in exercitiis prescriptum mafifica, & varios affectus ex iis decerpit, tibique applica singula, induens affectum Chananæ, tuorum morborum curationem Christo Domino profondo.

Secundum Punctum. Considera Apostolorum intercessionem pro Chananæ: *Dimitte eam, quia clamat post nos.* In quâ intercessione, inquire ea, quibus moti Apostoli pro eâ intercesserunt, & vide, an in te sint, ut sperare possis similem eorum intercessionem.

Tertium Punctum. Considera Christi D. responditum Apostolis datum: *Non sum missus nisi ad oues que perierunt, dominus Israel.* In quibus verbis duo magni momenti pondera. **Primo.** Si Christus D. non nisi propter Israëlitas saluandos missus, deseruit Israëliticum populum in erroribus suis, & ad saluandas gentes se contulit, tunc triumphes ante victoriam: etiam si sis in hoc statu, cui certius quam ulli annexa est spes salutis, sed per bona opera fac certam vocationem.

sæ, etiam si essent legis Doctores apud Iudeos, & perfectiorem viuendi normam præferreret, pestiferas doctrinas instillabant. Ideo summo animi decreto statue, nulli quantumvis grauissimo viro, vñquam adhibere fidem, si doceat vel suadeat contraria iis, quos D. Deus ipse sui loco tibi reliquit.

Quartum Punctum. Cōsidera causas, ob quas secūrā conscientiā possis, immò debeat acquiescere omni doctrinæ & consilio eorum quos D. Dei loco habes, vbi agitur de re quæ non sit manifestum peccatum. Et agnitis hac in parte tuis erroribus, vel ab inobedientiā, vel à dūritie iudicij, vel à falsa persūsione, aliaue causā profectis, desle tuam superbiā, directe repugnātem Religioꝝ abnegatiōni, qua florere debes, & te emenda.

FERIA SEXTA.

*Post Dominicam vigesimam primam
à Pentecoste.*

De Cruce ferenda Matt. 16. Mar. 8. Luc. 9.

Primum Punctum. Cōsidera Christi D. verba ad turbam & Discipulos prolatæ: *Si quis vult venire post me, abneget sēmetipsum, & tollat crucem suam quotidie. & sequatur me.* Vbi tres conditio[n]es ponit necessarias, vt quis perueniat ad locum, in quo est Christus D. *Prima* est, abnegare se ipsum, quod quid significet pondera; applica ad te, & vide, an iam te abnegatis: quod cognoscetis melius quid significet, si consideraveris proprietates eius, qui abnegat vel hærem vel aliud scelus.

Secundum Punctum. Cōsidera secundā conditionem necessariam ad perueniendum ad Christum D. *Tollat crucem suam quotidie,* id est semper eam portet. Quod quomodo practicandum est, & quomodo à te practicetur, recogita, & confundere membrum delicatum sub capite spinoso Christo Domino.

Tertium Punctum. Cōsidera tertiam conditionem *Sequatur me.* Quid sic Christum D. lequi: quod cognoscetis ex duabus. *Primi.* Ex conditione Christi D. *Secundi.* Ex operibus Christi D. sequi enim eum debemus, tanquam serui Dominum, tanquam milites Duce[m], tanquam filij Patrem. Sequi autem sic, nihil est aliud quam accommodare se modo viuendi illius, ei[us]que se conformare ex aetate. Quod an facias vide, & elicias proportionatos affectus, vel gravitatum actionis, vel dolofis &c.

Quartum Punctum. Cōsidera motina, quibus poteris excitari ad practicanda haec tria, ad Christum D. assequendum necessaria, quæ motina peti possunt, tum ex Dei & Christi D. præstantia, tum ex eius voluntate, tum ex multiplici obligatione & utilitate tuâ, tum ex necessi-

tate & utilitate triūm ipsarum conditionū: & humiliter imploratâ veniâ, ac deploratâ tuâ ignauia, pete gratiam à Domino Iesu eum in Religionē perfectissimè moribus exprimendi, & promitte ei emendationem.

S A B B A T O.

*Post Dominicam vigesimam primam
à Pentecoste.*

Qui potens est.

Primum Punctum. Cōsidera D. Dei potentiam in productione rerū naturalium, quas sine vñlā morā temporis, in instanti potest producere & solet idque sine vñlo instrumento extrinseco si velit, & sine vñlā materiā præexistente, & semper producendo perfectiores & perfectiores; potest producere in infinitum, & productas perficere magis ac magis, tum amo[u]ndo imperfectiones carum, tum perfectiones angendo. Hoc nulla creatura potest, et si posset, non nisi D. Dei virtute posset. Cum ergo tam potenter habeas Dominum tuum, lætare, & ei hanc perfectionem gratulare, spem excita consequendi ab eo omnia, quæ ad perfectionem naturæ tuę spectatæ possint.

Secundum Punctum. Cōsidera D. Dei potentiam in productione rerum supernaturalium, gratiæ præsertim & gloriæ, quas minori facilitate & copiā producit, quam priores: atque ita potest si velit tibi concedere omnia dona, quæ concessit cuius Sancto, immo quæ omnibus simul, immo multò iis plura. Cogita ergo quibus modis possis esse ceteri cot eius, vt tecum sit liberalis, vt id velit tibi largiri quod potest.

Tertium Punctum. Cōsidera potentiam D. Dei in destructione rerū, quas potest sine vñlo instrumento & morā temporis in nihilum convertere, per solam subtractionem sui concursus, quo eis conseruat. Hic concipies magnum D. Dei timorem, à quo cum tuis rebus adeo penderis, ergo eum, vt dona sua in te custodias & augeas, vt mala tua destruat, mala inquam culpa & pœna. Vide tamen quid ad hoc ex parte tua sit necessarium, & adhibe.

Quartum Punctum. Cōsidera D. Dei potentiam in conuertendis peccatoribus, præsertim in malo diu occupatis, quam rem SS. Patres ipsa mundi creatione dicunt dissiliorem, ob humanæ libertatis resistentiam, cui par alia non est in creatione rerum naturalium. Id experientia in te docet, qui tot mediis non iuvatis ad purgandum eos a peccatis levibus, ad que natura non ita propendet, vt ad grauia in secularibus. Confundere igitur, veniam pete, & opem Beatisimæ ac purissimæ Matri implora, vt ab eo qui potens est, & qui fecit illi magna, impetrat tibi potentissima auxilia ad te à tuis peccatis

catis convertendum, & ad omne bonum induendum.

DOMINICA VIGESIMASECVNDA.

A Pentecoste.

Primum Punctum. Considera iniquum consilium Phariseorum institutum ad capiendum Christum D. in sermone; & hinc sumptuosa occasione delibera quā perniciosum sit in vita communi omni peccatum publicum, sed magis id, ad quod perpetrandum, aliorum consilium auxiliuum queritur. Quod ne vnumquam tuā cooperatione in Religionē contingat, caue, & quantum fugiendum sit ob diuina & humana motiva vide, & quomodo te gerere debas, si malis aliorum consiliis à recto itinere abducari, statue.

Secondum Punctum. Considera Christi Domini laudes, ab ore insincero Iudeorum profecas: Scimus quia vera es, & viam Dei in veritate doceas: & non est tibi cura de aliquo, non enim respicias personam hominum. Vbi duo tibi optanda & consideranda sunt. **Primo.** Ut hac triplici laude sis dignus, scilicet, & in loquendo sis vera, vt veram doctrinam semper aliis tradas, & personarum affectu non labores, scilicet, nihil faciendo contra D. Dei voluntatem vel conscientiam dicatamen, in gratiam hominum, nihil omittendo ob metum offendendi homines. **Secondo.** Ut ita in his rebus excellas ob D. Dei gloriam, ut & inimici tui non possint non agnoscere has in te virtutes. Talis ne sis, vide, & quid faciendum sit tibi, constitue.

Tertium Punctum. Considera illa Christi D. verba: Cuius est haec imago & superscriptio: & tibi dici puta, & à te queri, an in te reluceat imago, boni Christiani, an reluceat vita boni Religiosi, an reluceat imago Patris aeterni. Quod agnosces ex conditionibus boni Christiani, boni Religiosi, boni filij Dei, & propter inuenientis, tales affectus ex hac consideratione elicias.

Quartum Punctum. Considera alia Christi D. verba: Redde quae sunt Cesari Cesari, & quae sunt Dei Deo: & vide quid debeas hominibus, maioribus, & qualibus, inferioribus, quid item D. Deo, vt Creatori, vt Domino tuo, vt Benefactori tuo, vt Patri tuo, vt Redemptori tuo, denique vt cibo tuo, te propriā suā substantiā palcenti. Et ex singulis decerce pios affectus, & statue varia bona proposita.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam vigesimam secundam
à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera primum laborum & incommodorum in servitio D. Dei,

etiam si iis ex obedientiā & charitate suscepisti, vita ipsa minueretur, vel non data culpabilis causā proflus perderetur: Qui perdidit animam suam propter me, saluam faciet illam: hoc est, recipiet meliorem, quippe aeternam in celo, omni bonorum genere affluentem. Cuius felicitatis penetratā magnitudine, vide quā feruenter, quā diligenter, quā assidue, quā omni conatu, tibi laborandum sit in omnibus officiis, in quibus occuparis à Superioribus, et si nullum adesse solatium humanum, nulla hominum gratitudo, nullus applausus. Superat enim hæc omnia, sumtum illud aeterna salutis bonum. Examina te igitur, quomodo hac in parte procedas, & quid tibi faciendum sit statue.

Secondum Punctum. Considera qualitatem seu modum laborem tuorum in Religionē, an sint eiusmodi, qui digni sint celoitem, an sint tales, ob quos vita hæc tua, aliquid detinenti pati possit. Quod si forte inuenieris non solum non esse proportionatos cœlesti præmio, sed ne quidem sumptibus, quos Religio in te educando facit, confundete, dole, veniam pete, & agnitā multiplici eaque gravi obligatiōne quā teneris abacto otio, & inutilibus occupationibus laborare in Religionē, scribi te emenda.

Tertium Punctum. Considera Ordinem necessariò seruandum in laboribus tuis: ne scilicet plus labores pro aliis nuandis, quā pro te ipso. Hoc enim esset magna cœcitas & stultitia, cum quilibet debeat magis amare se (Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucrat, anima vero sua detrimentum patiatur) quā alios, ceteris paribus. Examina ergo omnes diei occupationes, at iis plus attendas, quæ magis ad alios spectant, quā ad te, & tuā animā bonum. Et si quid corrigendum inuenieris, corrige stude, inculata prius stultitiam tuā, & coram Domino Deo tuo defleterā.

Quartum Punctum. Considera illa Christi Domini verba: Quam dabit bono commutationem pro animā suā. Et ex una parte ponderatā anima tuæ præstantiā, ex altera parte rerum aliarum vilitate, ob quas vel subsequendas vel non perdendas, faciemus anima, impediendo eius merita & alia bona, agnoscere quāta cura tibi sit habenda anima tuæ, non tantum ut illam non perdas, sed ut repleas ex D. Dei munere, quā plurimis meritis gratia & D. Dei donis.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam vigesimam secundam
à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera comites Christi D. tres Discipulos, nec pauciores, nec plures, & quidem illos ipsos, Petrum, Iacobum &

XXI. DE PIIS ERGAE VM ET SS. AFFECTIB. 737

& Ioannem, quos alias quoque ad secretiores res Christus D. euocare solebat, relictis aliis. Causis huius rei indagatis, applica ad te singulas, & pios affectus exprime.

Secundum Punctum. Considera causas, ob quas Christus Dominus è veteri lege, nō alios quām Moysen & Eliam adesse sua Transfigurationi voluerit, ponderando ea quæ maximè commendantur à Scriptura in Moysè & Elia. Et fā ad te reflexione moreisque tuos, proficere stude ex singulorum applicatione.

Tertium Punctum. Considera materiam sermonis Christi D. & Moysis ac Eliæ tempore tam lata Transfigurationis, quæ fuit de Christi D. Passione seu de excessu quem completum erat in Hierusalem, vt loquitur Euangelista. Hic etiam causas inquire, cut non de alia re institutis tempore tam lato fuerit sermo, & ex omnibus fructū aliquem spiritualem decerpe.

Quartum Punctum. Considera Christum D. Transfiguratum in veltitu albo, & vultu reluciente. Gratulare dulcissime Redemptori tuo hoc breuem gloriam: Lætare ob eam, dole quod tam citò mutanda sit, in magnam sanctæ illius carnis tot verberibus & plagi deformandæ ignominiam. Interim roga eum, vt te suo tempore perducat ad videndum gloriam beati iam eius corporis in Regia cælesti, & faciat partipem quām plurimorum fructuum suæ amaræ Passionis.

FERIA QVARTA.

*Post Dominicam vigesimam secundam
à Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera verba illa Petri ad Iesum: *Preceptor bonus est nos hic esse.* Quibus verbis vel ad gloriam cælestem, quam expectamus, vel ad statum Religiosum, in quo vivimus, applicatis, ob fructus præcipios breuiter in memoriam renovatis, accendere ardentiore studio, tum gloriam quærendi cælestem, tum viuendi melius in Religione, vt in ea ad finem usque perseueres.

Secundum Punctum. Considera alia Petri verba: *Faciamus tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Elia unum.* In quibus pia Petri humanitas eniuit, qui de se non sollicitus, de aliis erat sollicitus, eis vt tabernacula erigeret. Hoc est veræ charitatis argumentum, maiores commoditates in omnibus rebus optare potius aliis, & re ipsa offere. Tu autem talis sis vide, & si quid corrigendum sit corrigerre stude.

Tertium Punctum. Considera iucunda Dei Patris verba è nube lucida emissâ de Christo D. *Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.* Quibus attente sigillatimque ponderatis, gaude ob has Christi D. laudes. Gratulate Christo D. & ardens desiderium excita ita vi-

uetudi, vt in oculis Patris cælestis, semper sis tanquam adoptiuus eius filius, ei dilectus ac placens. Ad quod quid sit necessarium vide, & habere stude, & vt habeas, ardenter à Christo Domino Iesu pete.

Quartum Punctum. Considera ultima Patis aeterni verba: *Ipsum audite: & examina te, quomodo audias præcepta & consilia Christi D. tum quæ in Euangelio descripta reliquit, tum quæ quotidie in corde tuo scribit, & ad cor tuum transmittit, per pias lectiones, per bona aliorum exempla, per orationes tuas, per colloquia pia & alia superiorum monita: vt vel gratias agas, si Christum Dominum audis loquentem, vel defles tuam inobedientiam, & emendationem proponas.*

FERIA QVINTA.

*Post Dominicam vigesimam secundam.
à Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera statum pueri, à maestro parente Christo D. oblati, quem demon ab infantia arreptum, allidebat sepe in ignem & aquas detruudebat, vt perderet. Et apprehenso milito ac deplorando eius statu, considera multo deteriorem esse statum animæ, non tantum mortali, sed etiam uno solo deliberatè commissio veniali peccato facta. Quod facile cognoscet, tum quia arripi a dæmonie & peitorati per se non est malum, quinimo sapere à D. Deo directè volitum: tum quia penas purgatorij sunt multo maiores, tali dæmonis afflictione. Agnosce ergo statum animæ tuæ, qualis sit ob tot peccata, & quid facientrum sit, delibera.

Secundum Punctum. Considera causas, cur Discipuli Christi D. non potuerunt puerum tunc à dæmonis vexatione liberare. Vnde disces, nec sanctos semper posse omnia, & non tantum à sanctis expectare omnia, sed etiam adhibendam nostram cooperationem, & tollendam impedimenta diuinorum beneficiorum, quæ an sint in te, vide, & quid te oporteat facere.

Tertium Punctum. Considera Christi D. verba: *O generatio infidelis & peruersa, quando ero vos visibilium, quam diu vos patiar.* Quæ verba dixit præfente multa turbâ. Disce hinc non scandalizari, si audias similes reprehensiones, disce irasci vitis & peccatis, nullâ habitâ ratione humanæ gratiæ, quia satius est placere D. Deo quām hominibus, ne tamen modum excedas caue.

Quartum Punctum. Considera Christi D. benignitatem, qui tandem sanat puerum solo imperio: *Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introcas in eum.* Hinc agnosces, te quodammodo peiorem esse spiritu illo immunito, qui primis Christi D. verbis auditis motem

morem gessit. Tu verò quoties audis Christi D. te corrigitis monita, & tamen non obedis. Confundere veniam pete, dole, & te emenda.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam vigesimam secundam
à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera dæmonis aunda, ciām, qui auctus est Christo D. præfente allidere puerum in terram, idque eo ipso tempore, quo à Christo D. sanari debebat. In quo dæmonis facto, agnosce ordinatum dæmonis procedendi modum, qui tunc maximè excitat in hominibus affectus, dictaminaque contraria iis, à quibus nos Dominus Deus vult curari & iuvari in Spiritualibus necessitatibus nostris. Reflecite te ad te, id certò compertes, quare cognitè fraude dæmonis, emenda te, & eius instinctus exclude.

Secondum Punctum. Considera verba Christi D. qui afflito Patri pro filio sollicito dixit: *Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.* Quæ verba in simplicitate cordis tanquam tibi dicta accipe, & quandoquidem multis rebus indiges, pete ea à Domino tuo, magnâ spe & fiducia animatus, quandoquidem omnia possibilia sunt credenti.

Tertiū Punctum. Considera piū affectum mortali Patris, qui Christo Domino ita respondit: *Credo Domine, adiuua incredulitatem meam.* Quæ verba exclamans cum lacrymis protulit: *Latare in corde tuo inuentam esse tantam fidem in uno Iudeo.* Gratulate ei, quod ex Divino beneficio tantam fidem habuerit, & simili affectu eadem verba usurpa, petens à Christo D. varia quibus eges.

Quartum Punctum. Considera modum, quo Christus D. sanauit puerum illum. Non enim statim perfectè sanauit, etiam si id posset. **P**rimò enim eum discerpens satan exiuit ab eo, idque multūm discerpens. **S**econdò. Reliquit eum sicut mortuum. **T**ertiò. Persuasit multis, eū esse mortuum. Hinc disce non condemnare aliorum operā, quamvis primā fronte non videantur usqueque perfecta, & quibus perfectiora fieri possent. Quod an facias vide, & corrige.

S A B B A T O.

Post Dominicam vigesimam secundam
à Pentecoste.

Et sanctum nomen eius.

Primum Punctum. Considera primum modum, quo D. Dei nomen est Sanctum, quia sanctitatem continet in se infinitam & sub-

stantiam sibi, ita sibi essentiale, ut sit ipsa Diuina essentia, quæ verè & intimè est ipsa Sanctitas, in supremo gradu ac infinito. Admitte tantam perfectionem, gratulare ei illam, adora intimè. Quod si Sanctos quosdam ob eorum sanctitatem tenerè amas, vide quando maiore amore debebas amare Dominum Deum tuum, ob eius maiorem infinites sanctitatem. Agnosce itaque quid tibi faciendum sit.

Secondum Punctum. Considera modum, quo debes imitari essentiale hanc D. Dei sanctitatem, scilicet, vt D. Dei beneficio ita sis fundatus in vita sancta, vt quodammodo sit inseparabilis à te (loquendo moraliter) sicut est inseparabile id quod tibi est essentiale. Talis an si, agnosces ex temptationibus & perturbationibus, & aduersitatibus tuis, si te valde vel parum vel nihil commoueant dum ingruunt.

Tertiū Punctum. Considera secundum modum quo D. Dei nomen est sanctum, quia est idea & exemplar omnis Sanctitatis. Dicere quomodo id sit. Imitaberis autem D. Deum in hoc, si omnia verba & facta tua fuerint talia, vt verè esse possint exempla virtutum imitanda. Talis an sis vide, & quid tibi designosce, & acquirere stude.

Quartum Punctum. Considera tertium modum quo D. Dei nomen est sanctum, quia est causa omnis sanctitatis creaturarum suarum rationalium, Angelorum & hominum. Inture hanc fontem, qui se per totius & fluentia effundit in tot milia Sanctorum. Adora eum: expete vt se quoque tibi copiosè communicet, & comunicare non cesset, & imitate eum, alios excitando & iuando ad acquirendam & augendam sanctitatem, quod an facias vide, & facere stude.

DOMINICA VIGESIMATERTIA,
A Pentecoste.

Primum Punctum. Considera Christi Domini promptitudinem, qui rogatus à Patre filia tunc defunctæ, vt veniret manum ei impossitus, statim surrexit, & cum Discipulis fecerit eum. Gratias age Domino tuo pro tanta facilitate, & vide an tu tam promptus sis ad exequendas ea quæ tibi prescripta sunt à Christo D. sicut fuit promptus Christus D. ad exequendum hoc, quod poposcit creatura eius. Pondera hoc, erubefce, & te emenda.

Secondum Punctum. Considera Christi D. humilitatem, qui suscitaturus puellam mortuam. **P**rimò aperte dixit non esse mortuam, & non appellauit mortuam, sed dormientem: *Non enim mortua puella, sed dormit.* **S**econdò. Non suscitauit eam prius quam electa esset turba. Tu verò itane tua facta occultas: itane fugis aplausum hominum: itane laudes auditas elevas, examina te, & corrige corrienda.

Tertium Punctum. Considera petulantiam turbæ, quæ Christum Dominum deridebat: O quam sæpe imitariis in hoc turbam istam, dum benè dicta, benè facta, benè omisla improbas, & irrides, non tantum in tuo corde, sed etiam coram aliis. Hoc an ita sit, vide, hoc an deceat humilem, qui alios sibi anteponere debet; an deceat eum qui est vnius corporis membrum, cogita & scrio te emenda.

Quartum Punctum. Considera modum quo Christus Dominus suscitauit pueram mortuam. Primo Tenuit manum eius. Secundo. Inclamauit: *Puella surge*. Tertiò. Suscitata iussit dari cibum. Pondera singula, applica hodierno cibo in SS. Eucharistia, & ex singulis pios affectus decerpere.

FERIA SECUNDA.

*Post Dominicam vigesimam tertiam
à Pentecoste.*

Mar. 9. Matt. 17. Luc. 9.

Primum Punctum. Considera Christi D. benignitatem, qui interrogantibus Discipulis, quare non eiecerint dæmonium, non dixit illis totum quod illis defuit, defectum in eis orationis notando, sed tantum in genere, sine plena eorum notâ dixit: *Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio.* Hinc disce, quantopere abstinentiam tibi sit, & quas ob causas, à carpendis sermone alii, si Christus Deus, Creator, Rex, Pastor, Dominus, Pater, abstinuit.

Secundum Punctum. Considera zelum Christi Domini, qui unum defectum præcipuum dissimulare noluit, sed dissimulato defectu orationis & ieiunij, incredulitatem eorum exprobavit, affirmans propter incredulitatem Discipulorum non potuisse eici dæmonium. Hic causas inquire, cur hunc defectum clarè in Discipulis notauit, alios non item. Et præter alias causas, hanc disce radicem malorum ferè dæmonium esse, dum in via D. Dei non credimus monitis & consilis, siue Superiorum, siue eorum amicorum quâ vita probitate commendantur. Vide ergo an talis sis, & si quid corrigerendum est, corrige.

Tertium Punctum. Considera vim ad abigenda dæmonia in oratione & ieiunio sitam, & causas, unde hanc vim habeant. Et deploratâ in te aversione seu contemptu quoddam tacito batum virtutum, vide quid in his rebus tibi emendandum sit.

Quartum Punctum. Considera illa Christi D. verba: *Amen dico vobis, si habueritis fidem sicut granum synapsis, dicetis monti huic: transi hinc illuc, & transfibit, & nihil impossibile erit vobis.* In quibus verbis tum causas inquire, cur & tu & multi alii careant tali fide. Deinde quâm copiosa sit Christi Domini clemētia, qui ait: *Nihil*

Lancij Opus, Tom. 2.

sore nobis credentibus impossibile, & ex singulis cōsiderationibus decerpere pios affectus, tum ad morum emendationem, tum ad gratitudinem & amorem erga D. Deū excitandū spectantes.

FERIA TERTIA.

*Post Dominicam vigesimam tertiam
à Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera verba illa Christi D. de futura Passione loquentis: *Filius hominis tradetur in manus hominum. Et in iis verbis pondera, tum quâm grauis res fuerit, eius cuius causa in manus impiorum traditio; tum quâm cara tibi esse debeat omnis humana molestia, Christi D. causâ, siquidem æqualis Christi D. traditioni non erit. Quod da operam ut penetres, & hinc tibi statue efficax antidotum contra omnes aduersitates.*

Secundum Punctum. Considera malum statum animæ, D. Dei lumine & auxilio destituta, in Christi D. Discipulis adumbratae, qui auditam claris verbis: *Filius hominis tradetur in manus hominum. & occident eum. & tertius die resurget, non intellexerunt hoc.* Hinc sume occasionem incufandi te, qui res magis claras & magis necessarias, toties lectas, auditas, ponderatas, optimè intellectas, sæpe Domino Deo promissas, ita proflus negligis ac si illas non intelligeres. Exempli gratia. *Quod melius sit placere D. Deo quâm hominibus: minus malum immo nullum malum offendere homines ne offendas D. Deum:* Quod maior sit habenda ratio æterni præmij in celis, quâm transitori gustus terreni, cuius causa sæpe vel omittitur, vel prorsus perditur lucrum præmij æterni, & his similia. Ex quibus decerpere proposita pro morum tuorum emendatione.

Tertium Punctum. Considera ineptum metum Discipulorum, qui licet non intellexissent Christi D. verba, procul dubio ad ipsorum utilitatim dicta, timebant eum interrogare quid sibi vellent. O quâm sæpe & tu timore rusticó impediris, ne peras quibus indiges, ne interroges quæ necis, ne dicas, quæ debes, & tamen quâm sæpe expertus es, te vincendo, vanum timorem tibi aliisque non nocuisse, sed profuisse. Resolute ergo te ad vincendos semper tales timores, causis huius victoriz bene ponderatis, & hoc ipso die huius gloriose victoriz fac initium.

Quartum Punctum. Considera in Christo D. studium & difendi alios, & fugiendi scandalum etiam passiuam. Haec enim ob causam pro se & pro Petro non sine miraculo, inuenio statere in pisco hamo capto, soluit didrachma tributi nomine. Tu te examina an ita declines omnia facta & dicta, quæ & domesticis & exterris scandali occasionem præbere possunt. Item, an tam promptus sis ad reddenda ea, quæ

A a a a reddere

reddere teneris Domino Deo & hominibus
quādā promptus fuit Christus Dominus ad
reddendum tributum, quod reddere vti D.
Deus & Rex hominum non tenebatur. Et fa-
ctā ex his ad mores tuos reflexione, corrigi,
quaē corrigenda cognoueris.

FERIA QVARTA.

*Post Dominicam vigesimam tertiam
à Pentecoste.*

Primū Punctū. Considera initium fra-
ternæ correctionis in personalibus iniuriis
esse hunc: *Si peccauerit in te frater tuus, vade &
corripe eum inter te & ipsum solum.* Hoc viol-
ant, qui offensas suas offendenti dicunt, non
eo modo vt eum lucentur & emendent, sed
vt vicissim offendant. Vide quomodo te ge-
ras hac in parte, & quaē corrīgenda sunt, cor-
rigere stude.

Secondū Punctū. Considera progressum
fraternæ correctionis, in propriis tuis iniuriis,
vt scilicet tuā correctione suavi & be-
nevolo modo factā, non adiutum lucrati
Domino coneris, adhibito uno vel duobus
testibus, scilicet probatis & prudentibus vi-
ris, quorum autoritate saltem iuuentur is,
quite offendit, & apud quos non patiatur ul-
lum ex hac manifestatione offensae priuatae
damnum. Hoc violent, qui aliis ad quos id
scire non spectat, vel qui prodeſſe non po-
ſunt, offensas vulgant, idque tali modo, vt magis
noceant offendenti & animā offensi. Exa-
mina te quomodo procedas, & ponderatā hu-
ius rei malitiā eam emendā.

Tertiū Punctū. Considera complementum
fraternæ correctionis situm in denun-
ciandis personalibus iniuriis Superioribus, vt
tandem per eos iuuentur, quibus alij modi non
profuerunt: *Si eos non audierit, sit tibi sicu Ethnici & publicani:* Ponera quid sit haberi
pro Ethnico & publicano. Cum ergo D. Deus
ipse tali in gradu collocet eos, qui non audiūt
Superiores, collige hinc, quo loco sint apud
Dominum tuum eiusmodi persona, & quod
pius hinc saggeret affectus, statue pro emen-
datione morum tuorum, & pro satisfactiōne
præteritarum culpatum.

Quartū Punctū. Considera terribilia illa
Christi D. verba Superiorum autoritatem ex-
tollientia: *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicu Ethnici & publicani:* Ponera quid sit haberi
pro Ethnico & publicano. Cum ergo D. Deus
ipse tali in gradu collocet eos, qui non audiūt
Superiores, collige hinc, quo loco sint apud
Dominum tuum eiusmodi persona, & quod
pius hinc saggeret affectus, statue pro emen-
datione morum tuorum, & pro satisfactiōne
præteritarum culpatum.

FERIA QVINTA.

*Post Dominicam vigesimam tertiam
à Pentecoste.*

Primū Punctū. Considera magnam felici-
tatem nostrāq; , qui cum tot malis simus
obnoxij, habemus amplum nostrum mali-
orum remedium in sacrā confessione: *Amen dico
vobis, quacunq; alligereris super terram, erant li-
gata & in celo, & quacunq; solueris super terram,
erant soluta & in celo.* Pondera hanc tam am-
plam potestatē, tenero affectu gratitudinis
erga D. Deum , & vide quomodo viatis hoc
medio , & magnis D. Deo grātis actis pro eo,
vide num quid forte sit, corrīgas.

Secondū Punctū. Considera alteram felici-
tatem quā à nobis ipsis penderet: *Dico vobis, in-
quit Dominus, si duo ex vobis confiterim super
terram de omni re quācumque petierit, fieri illis à
Patre meo, qui in celo est.* Cum ergo tam malis
indigas, cur non petis? Si petis, quāre causas
cur non exaudiaris, et si tam amplam habeas
exaudiōnis promissionem.

Tertiū Punctū. Considera Christi D. de-
siderium manendi nobiscum: *Vbi sunt duo vel
tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio e-
orum.* Tu vide quantopere tu potius deberes
desiderare Christum Dominum quād ille te,
& huius rei necessitates enūmera, & an hoc
desiderio ferueas, vide, & admirare cœcitatē
tuam ac deplora, qui summum bonum tuum,
tibi se offerens non quāras, cum tamen totū
presulūs necessitatibus tuis.

Quartū Punctū. Considera quid sit hoc
congregari in nomine Christi D. & ideo ha-
bere Christum D. in medio sui. Et factā ade-
reflexione, duo pondera. **Primo.** An congre-
gis in nomine Christi D. tunc dum es cum aliis,
Secundo, An ita te ibi geras, quomodo te ge-
res, si haberes Christum D. in medio tui, & si
quid iuuenieris, prout procul dubio iuuenies, le-
riō & citō emendate stude.

FERIA SEXTA.

*Post Dominicam vigesimam tertiam
à Pentecoste.*

Primū Punctū. Considera causam veram,
ob quam Iudæi Christum D. querentes,
quārebat eum in die festo non in alio. Et ex
iuuenientis causis decerpere documenta pro instru-
ctione morum tuorum.

Secondū Punctū. Considera iudicia vulgi
de Christo D. dum quereretur à maioribus:
Murmur multum erat in turba de eo. Quidam
enim dicebant, *quia bonus est, alij autem dicebant,
non, sed seducit turbas.* Disce hinc humanis nō niti,
indicis.

iudicis, sed diuinis, quæ nunquam falluntur. At humana iudicia maximè à stultis profecta & temerariis ut plurimū aliena sunt à vero, sed & à prudentibus profecta fallacia sunt, nec semper certa; & tamen si verum velis faceti, pluris facis hominum de te iudicia quam Domini Dei. Ideo enim times, ne in malā sis aliorum opinione, ideo tristis, si male de te sentientes vides, ideo ne habearis pro scrupulo pro delatore, accommodas te gustui aliorum cum Domini Dei offensā. Quod quā turpe sit, & tibi noxiū perpende, & te emendare stude.

Tertium Punctum. Considera inanem metum Iudeorum, qui palam de Christo D. loqui non audebant propter metum aliorum. O quoties tu imitaris Iudeos hac in parte propter hominem mecum erabescens vitam Christo D. placentem. Considera ergo causas, quæ tibi persuadebunt magis timendum esse D. Deū quam homines. Et quidem illas ipsas ob quas soles timere homines eos ne offendas, vel ne quid ab eis patiate. Quo agnito exquite à te rationem, cur præfers homines D. Deo, & deploratā tuā impudentiā pete à Domino veniam, & te emenda.

Quartum Punctum. Considera illa Christi D. verba: Nonne Moyes dedit vobis legem, & nemo ex vobis fecit legem. Quæ verba tibi dicitur, caque intelligi partim de violatā à te sapientia in seculo D. Dei lege, partim de legibus tui Ordinis, nunc sapere non seruari solitis. Et ex vitroque sensu pios elicet affectus doloris, confusionis, depreciationis, emendationis.

SABBATO.

Post Dominicam vigesimam tertiam
à Pentecoste.
Et misericordia eius.

Primum Punctum. Considera primum gradū D. Dei misericordiæ, quam ostendit non peccatis, reuoca in memoriam tot conuersos ab infidelitate & vitâ malâ, ad fidem & piatem, quorum accessione dilatata est omnibus seculis Ecclesia D. Dei. Gratulare eis in spiritu gratias agi Diuinæ Bonitati, & vide quomodo opere demonstrare debas viscera charitatis & misericordiæ, erga non peccentes eam, vt Domino tuo te coniformes.

Secundum Punctum. Considera secundum gradum Diuinæ misericordiæ, quam exhibet positivè indignis, ob tot sceleris, quæ magna sunt impedimenta. Vnum ex his te quoque agnoscere, gratulare tibi, dole quod sint tot homines quantum est in ipsis Diuinæ misericordiæ adiutum præcludentes, pete à Domino, vt vincat suâ misericordiâ hominum indigritatem, & vide quibus in rebus debeas ostendere misericordiam tuâ erga offendentes te, & cā indignos.

Lancij Opus. Tom. 2.

Tertium Punctum. Considera tertium gradū Diuinæ misericordiæ quam demonstrat etiam erga illos, qui eius misericordiâ abutuntur, & in spem misericordiæ peccant, & beneficia accepta ex eius misericordiâ perdunt suâ culpâ. An tu fueris, velis eorum ē numero, vide, & affectus similes prioribus in te excita.

Quartum Punctum. Considera quartum modum Diuinæ misericordiæ quam iis quoque communicat, quos præuidet non esse saluādos ipsorum culpâ, quæ misericordia maior est omnibus præteritis. Compatere talibus: gratias age Domino pro tantâ clementiâ, roga eum ne sis isteū ē numero, & disce benefacere iis, qui nolunt vti tuis beneficiis. Disce inuare etiam tales, laborare etiam pro talibus, quibus tui labores non sunt, ipsorum vitio profuturi, & à Beatisima Virgine pete, vt similes misericordiæ gradus erga illos impetreret tibi.

DOMINICA VIGESIMAQUARTA
A Pentecoste.

Primum Punctum. Considera peruersa humana iudicia, quæ & Christo D. non percepserunt etiam in amicis eius, qui exterunt tenere eū: dicebant enim quoniam in furorem versus est. Si ergo Christus amicorum grauem censuram non effugit, qui tamen fuit sanctissimus & circumspetissimus in omnibus, quid mirum eius seruos iniquè damnari? Vide ne tu id facias alius. Si facis, desce, & caue. Quod si quid pateris iniuste, age ardentissimas gratias, quia est magnum signum electionis diuinæ, talla sive iustificatio data, pati ab aliis.

Secundum Punctum. Considera grauiorem adhuc censuram Scribarum, quoniam (inquit) Beelzebub habet, & in Principe demoniorum eicit demonia. Compatere Christo D. innocentis, atque contrarios elicias, adora vt verum D. Deū, qui haec & plura possit, innata virtute, & omnes tuas iniurias confer cum istâ, & agnoscens longè minores esse, noli tristari, noli conqueri, noli itasci alii, noli mutare bona proposita, noli querere vindictam, sed tace, & Diuino iudicio contentus esto; quin potius ardenter desidera tales crucis pro Domino tuo, plures, & grauiores, & sine vilâ consolatione.

Tertium Punctum. Considera Christi D. modestiam, & patientiam in refutandis scribis, nil acerbum, nil pungens dixit initio, sed ratione modestâ eos à iudicio sinistro liberare conatur: Quomodo, inquit potest Sarbanas Sarbanam dicere: & si regnum in se dividatur, non potest regnum illud stare. Disce hinc, quomodo debeas respondere, non tantum non lædentiibus te, sed etiam lædentiibus, & inculcatâ tuâ frequenti impatiëtiâ, proprie seriam emendationem.

Quartum Punctum. Considera illa Christi D. verba: Qui non est mecum, contra me est: & qui non

Aaaa 2 tongre-

congregat mecum, spargit: quod tum alii modis potest intelligi, tum hoc, quod in peccata Christo Domino contraria, id est labimur, quia non habemus vnitum cor per mentis coniunctionem, & per affectum ad eum, & res eius, ideoque merita non congregamus sed dispergimus, sine ullo lucro & fructu aeternitatis. Hac ponderans pete a Christo Domino, ut te vniturus sibi per Eucharistiam summationem, totaliter etiam transferat ad se, & res suas, affectum tuum, ut cum illo sis semper, nunquam contra illum, saltem deliberare.

FERIA SECUNDA.

*Post Dominicam vigesimam quartam
a Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera Christi Domini verba ad Iudeos: *Quid me queritis interficere?* Et applica tibi tum in seculo existentis (vbi eum saepe spiritualiter crucifigebas, non tantum volebas crucifigere) tum tibi nunc per peccata venialia, viam sternenti ad mortalia, quae interficiant Christum D. in anima, & affectus doloris, compunctionis, humilationis, emendationis, que proposita elicias.

Secondum Punctum. Considera impium Iudeorum responsum: *Damnum habes, quis te querit interficere?* Ad quod Dominus tuus, ne verbum quidem protulit acerbius, igitur saltem aut mutatione vultus, aut faciaturitate ostendit animi commotionem. Disce hinc, quomodo te capit tu, auditus conjuiis, conformate debeas, & quas ob causas, & deesse tum contumelias, conuictaque quibus alios laceris more Iudaico, tum frequentem animi tui impatientiam.

Tertium Punctum. Considera alia Christi Domini verba: *Mibi indignanini quia totum hominem sanum feci in Sabbatho?* Et vide quam saepe & tu indigneris tum Superioribus, tum equalibus, dum te debitis & visitatis in Religione quavis, immo in omni bona Republica etiam Ethnicorum, modis, à vitiis tuis abstrahunt, ea vel indicando maioribus, vel corrigo. Cuius rei iniquitatem agnoscet, si perpendaris peiores esse animi quam corporis morbos, tamen si hi tuis maioribus manifestantur, si curatio etiam difficilis adhibetur, non indignaris. Ergo ne anima tua, Christi Domini languine redempta, Domini Dei visioni in celis destinata, sedes ipsius Domini Dei, peitoris apud te conditionis erit, sacco vermum, cloaca corporis tui secundissimi? Confundere, deplora, & emenda stultitiam & cecitatem tuam.

Quartum Punctum. Considera alia Christi Domini verba: *Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicare:* quasi iustum esse

nequeat, si fiat secundum faciem. Hic ex tua sinistra tua de omni genere persona in illis multorum periculo malorum, ea ne in posterum admittas, diligenter caue, & deadi misis veniam a D. Deo, & ab eorum Angelis custodibus, quos condemnasti pete.

FERIA TERTIA.

*Post Dominicam vigesimam quartam
a Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera malitiam dorum accusantium adulteram non a nimio eam corrigiendi, sed tentandi & accundi Christum Dominum. Tu vide quo animo suscipias aliorum accusations, quae verborum multitudine vel paucitate, quae item occasione. Et consideratis his rebus, si quidem digne est, deplora & emenda, vel si quid emendatione opus non habet, D. Deo gratias age.

Secondum Punctum. Considera Christi Domini clementiam, qui noluit statim condonare mulierem, quamvis certosceret eam esse condemnatione dignam; quamvis instarent personae publicae & granitiae, quamvis ipse esset Index viuorum & mortuorum, cui hoc incumbebat ex officio. Cut ergo tu aperies condemnationis mente, vel ore aliorum facta, igitur non mala, saepe bona, non tantum equalium, sed etiam te maiorum! Carissimas Domini Dei officia: perpende quam fada sit res haec, quam noxia communitat, & desleris multis hac in parte tuis excessibus, indu viscera Christi Domini & omnia quantum potes excusa & defende.

Tertium Punctum. Considera causas plas, ob quas Christus D. ante datum accusatoribus responsum, digitu scriberet in terra. Et inquire pio non curioso affectu, quid tunc scriberet, ac ex singulis decerpere aliquid pro morum tuorum institutione.

Quartum Punctum. Considera prudentem Christi Domini clementiam, qui malignos accusatores volens corrigeret, abstinuit ab acri monia verborum, sed modestè accusatorum importunam repressit simulque peccatum procul dubio penitentem, iam defendit: *Qui sine peccato vestrum est, inquit, primus in illam lapidem mittat.* Hic ex intimo corde ardentes age gratias Domino tuo, qui in personam adulterae, ostendit benignum Paternam commiserationis affectum, erga peccatores penitentiam agentes, simulque dicit, tunc fore tibi liberum condonate etiam manifestos delinquentes, quando sine peccato eris, quando trabes in oculis tuis non habebis. Nunc quia talis non es, stude bene

interea

interpretari omnia. Quod si non potes, compatiere saltem, & condemnare noli, si ad hoc officio publico non adigeris.

FERIA QVARTA.

*Post Dominicam vigesimam quartam
à Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera initium sermonis Domini Iesu, ad mulierem peccatricem: *Mulier, ubi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit?* Quia dixit: *Nemo Domine;* In quibus verbis, considera felicem statum animæ tuae, ex misericordia Domini tui. Nam s̄pē & tu ob peccata præterita, multos habebas te accusantes, coram iusto iudicio D. Dei, scilicet dæmones, complices peccatorum tuorum, eos quos induxisti ad malum, denique conscientiam propria. Deletis autem per Sacra menta peccatis, nemo est qui te condemnnet. Gratias igitur age Domino liberatori tuo, detestare sceleria præterita, pete gratiam ne relabaris, sed potius virtutis sanctæ compenses præteritam improbitatem tuam.

Secundum Punctum. Considera finem sermonis Domini Iesu ad peccatricem: *Nec ego te condemnabo, vade, & iam amplius noli peccare.* Idem tibi dici nunc à D. Deo è cælis puta, si non vis enim condemnari post deleta per Sacra menta peccata; *Noli amplius peccare.* Quod an facias, & quomodo facias, quomodoue vitas ea, quæ ad peccata disponunt, considera, & te emendare stude.

Tertium Punctum. Considera illa Christi D. verba: *Ego sum lux mundi: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vita.* In his autem verbis perpende, quid sit Christum D. ut lucem mundi sequi; quid sit non ambulare in tenebris, scilicet fugere oculos hominum, occultare non occultanda, & his similia, quæ amant filii tenebrarum. Et ex singulis decerpere aliqua, pro vita tua emendatione.

Quartum Punctum. Considera alia Christi D. ad perfidos Iudeos dicta, nolentes sequi monita ipsius. *Ego vado, & queretis me, & in peccato vestro moriemini.* Quo ego vado vos non potestis venire. Quia perpendens, excita in te timorem occultorum D. Dei iudiciorum, ne & tu ob tam tardam conversionem tuam, ob negligi s̄pē solita Christi D. consilia, & internas inspirations, repellaris à Christo D. & in peccatis tuis moriaris. Quod ne fiat, non tantum ipsa lethalia peccata detestare & fuge, sed etiam omnem occasionem & viam ad illa.

Lancij Opus. Tom. 2.

FERIA QVINTA.

*Post Dominicam vigesimam quartam
à Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera illa verba Christi Domini ad Iudeos dicta: *Vos de deo sum eti, ego de supernis sum.* Et inquire nam de supernis sis, num de deo sum. Quod facile agnosces, si tua interna desideria, timores letitia, tristitia, odium, sermones, facta, sunt Christo Domino similia, an vero similia hominibus terrenis. Et prout in te inuenieris, ita accommodatis in te excusa affectus, vel gratiarum actionis & D. Dei laudes, vel confusionis, doloris, emendationis.

Secundum Punctum. Considera alia Christi Domini verba iisdem dicta: *Multa habeo de bona loqui & indicare.* Et tibi dicta puta, atque à conscientia tua exquirere: quæ sunt illa, quæ in te potest nunc meritò Dominus tuus indicare, id est, condemnare, & quæ in te sint, scrutare, & numero cum interno sensu confusionis & doloris. Ne ergo in Domini Dei ultimum iudicium veniant, ea nunc abolerre stude lachrymis, confessione, satisfacione, emendatione.

Tertium Punctum. Considera alia Christi Domini verba: *Ego quæ audius ab eo, scilicet Patre, haec loquor in mundo.* Tu vero quid coram domesticiis, quid cotam exteris loquaris? quo fine? quomodo? quo fructus quo effectu? quo exemplo? & si quid emendandum est, emenda.

Quartum Punctum. Considera & illa Christi Domini verba: *Qui me misit mecum est, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper.* Ex quibus disce modum habendi semper sibi praesentem Dominum Deum, per peculiarem benevolentiam affectum: scilicet faciendo semper quæ ei sunt placita. Quod quas ob causas facere debebas, perpende, & ad talem vivendi modum te excita efficaciter, vt vere possis dicere, te semper facere quæ ei sunt placita: idque ut assequaris, gratiam à Domino Deo pete.

FERIA SEXTA.

*Post Dominicam vigesimam quartam
à Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera illa Christi Domini verba ad Iudeos conversos dicta: *Si manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.* Quæ ad te dicta puta, ibique applica, pôderato sensu singulorum, vt ita excites efficax deside-

Aaaa 3 rium

rium seruandi sermones Domini, & hac viâ assequaris liberationem ab iis rebus à quibus sunt liberati ferneserui D. Dei.

Secundum Punctum. Considera effectum peccati illis verbis Christi D. expressum : *Qui facit peccatum, seruus est peccati, seruus autem non manet in domo in aeternum.* Tu inquire an peccatum facias, & si seruus eius. Quod si non facis, magnas age gratias Domino tuo, roga ne excidas à servitio eius, & præterita desce peccata, vt fletu pœnas illis debitas aboles. Quod si adhuc peccatis seculi obnoxius es, erubescere tanquam indignus domo filiorum D. Dei, sed odo ore replens Sanctorium Domini Dei, & desine tandem esse seruus diaboli, vt sis Christi Domini, ne à cœlesti domo, qua filiorum est, excludaris.

Tertium Punctum. Considera & illa Christi Domini verba: *Si filij Abrahe es tu, facite opera Abraham;* & quæ tibi accommoda, excitando te ad facienda opera Patrum tuorum, tum communium cum omnibus Christianis ac Religiosis; scilicet Prophetarum & Apostolorum, tum propriorum, scilicet fundatorum tui Ordinis. Examina ergo omnia opera tua interna & externa, an talia sint, qualia fuerunt præcipua opera Patrum tuorum, notariisque præteritis defectibus, eos corriger stude.

Quartum Punctum. Considera illa Christi Domini verba: *Si Deus Pater vester es tu, diligereis me.* Quibus verbis ostendit, eos non esse filios Patris cœlestis, qui non diligunt Christum D. Examina igitur te, an Christum D. diligas. Quod inde agnoscet, si in te reperiuntur illa dilectionis signa, quæ reperiuntur in dilectione alicuius tui chari socij.

S A B B A T O.

*Post Dominicam vigesimam quartam
à Pentecoste.*

Et misericordia eius à progenie in progenes timentibus eum.

Primum Punctum. Considera primam misericordiam, quam ostendit erga timentes le Dominus, quia facilius & citius eorum peccata dimittit etiam grauia (si quod absit) in ea labatur aliquando, vt contigit Dauidi & Petro, sed maximè leuia, ad quæ delenda excitat in timetibus eum ardentissimos actus penitentiae, amoris, religionis, indifferentie, amoris inimicorum, & alias satisfactio[n]es, quibus anima à vitiis purgatur. Tu an hoc in te sentias, an cooperaris D. Deo, examina te, & vide quid tibi sit necessarium, vt hanc in te misericordia experiaris.

Secundum Punctum. Considera secundam D. Dei misericordiam erga timentes eum, sicut in profectu veloci & sensibili, eorum in

virtutibus, & tali, vt eum etiam agnoscantur, per interiuallatatem, idque cum profundâ humilitate. Hanc misericordiam an in te agnoscas vide, & simul inquire causas, si non vides velocem & notabilem in te profectum humilitate, peteque à D. Deo hanc misericordiam, ideoque impedita eius amore.

Tertium Punctum. Considera tertiam D. Dei misericordiam erga timentes eum, sicut in facilis exauditione precum illorum: *Oculi Domini super timentes eum,* & aures eius in preces eorum. Hoc an experiri, & an etiam tua orationes sint tales, quæ id mereantur considera, & tales quæ exauditione sint dignæ, adhibere stude.

Quartum Punctum. Considera quartam D. Dei misericordiam erga timentes eum, in eo positam, quod non tantum ipsi proficiant, sed alios quoque iuuent ad profectum, & D. Dei gloriam cœteris magis dilatant. Hoc num nbi conueniat, vide, si non conuenit, quid impedimento sit, circumspice, & a Beata Virgo pete, vt huius quadruplicis misericordie D. Dei, te participem faciat, ante omnia autem dispositionem ad eam impetrare ardorem, scilicet filialem D. Dei timorem.

DOMINICA VIGESIMAQUINTA.

Post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera non bonos sermones dari à Christo D. pro signo vita non bona. *Quomodo inquit, potest bona loqui, cum sit malus?* Hac pondera, & agnoscet, non parum esse malum, nec parui mali indicum, terminem malum vel non bonum. Et videores antales allocutores presare debeas, & eos iuue in similibus colloquis.

Secundum Punctum. Considera causam quæ Christus D. dat sui dicti: *Ex abundanti enim caro loquitur.* Eam perpende, & inquire, quæ re cor tuum sit abundans, & cum illud D. Deo consecraberis, vide num Domino Deo in plenius, an rebus aliis, & quid te facero debeat agnoscere, & statue.

Tertium Punctum. Considera adhuc aliam confirmationem eiusdem dicti: *Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de mali thesauro profert mala,* & qualitatem cui thesauro introspice, quæ si bona est, exulta, & Dominino Deo gratias age; si mala, consulebas tuis.

Quartum Punctum. Considera nominativum à Christo D. improbari, idque cum efficacia verborum, otiosa colloquia: *Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuimus, homines reddent rationem de eo in die iudicii.* Ex verbis eum tuus iustificaberis, & ex verbis tuis condemnabis. Si ergo etiam unum verbum otiosum erit materia Diuini & publici coram toto mundo

mundo audiente iudicij, quid multa verba
quid multa colloquia & quid ordinaria talia o-
tiosa? & haec illa lingua audebit instituere, illo
ore, quod toties tangit & recipit filii Dei cor-
pus, os illud & linguam sacrosanctam, quæ
nullo verbo Patrem cœlestem offendit. Er-
ubet, deplora ostuum impudens, quod sœpè
pollutum applicas diuinis epulis, & te emenda.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam vigesimam quintam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera innocentiam Christi Domini qui mendacibus Iudeis, calumniandi spiritu plenis omnia Christi Domini dicta & facta malignè obseruantibus, vii innocentissimus dicere non timuit: *Quis ex vobis arguet me de peccato: id est, vel de uno solo.* Hanc viuendi formam tibi præscribit, ita ut viuas, ne etiam inimici tui, quicquam notare possint in te reprehensione dignum. Talis an sis, te introspicere, & annotaris præcipuis rebus, quas conscientia indice agnosceris in te reprehendi posse, eas emendare stude.

Secundum Punctum. Considera Christi Domini expostulationem: *Si veritatem dico vobis, quare non crediti mibi.* Vbi considera, quām male fecerint Iudei, Christo non credendō, sed multō peius tu, qui Christum Dominum nouisti melius, qui eius doctrinæ certitudinem perspectam habes, & tamen factis ostendis, te ei non credere, quia facis quæ vetuit, non facis quæ iussit, non curas quæ commendauit. Hoc verumne sit inquire, examinando mores tuos, ideoque veniam pete & te emenda.

Tertium Punctum. Considera felicitatem eorum, qui libenter audiunt sermones pios: *Qui ex Deo est, verba Dei audit: Propterea vos non auditum, quia ex Deo non es.* Ponera singula, & bene menti imprime, & aliquas huius rei causas inuestiga, & facta ad te reflexione, an libenter talia audias & loquaris nec ne, statue quid tibi sit faciendum.

Quartum Punctum. Considera blasphemiam Iudeorum contra Christum Dominum erucatam: *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes:* à Christo Domino tamē mansuetè toleratam. Tu hic omnes iniurias tuas & coniuncta collige in unum, & vide quām multo leuiora sint hac iniuria Christi Domini. Cur ergo non fers aequo animo, si vel modicum verbulo alterius pungaris? D. Deus in carne grauiorata patitur, & tu toties promeritis inferni pœnas, nil vis audire acerbius? Cōfundere, dole, & firmo animi decreto promitte Domino tuo eius imitationem.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam vigesimam quintam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera Christi Domini occupationes in hac vitâ his verbis expressas: *Me oportet operari opera eius qui misit me.* donec dies est. Semper enim operabatur opera D. Dei. Tu qui vis haberî membrum eius, & seruus eius, examina opera tua, an talia sint quæ mereantur vocari opera D. Dei, & cum sit in potestate tua, Domino Deo iuante ita viuere, ut semper opereris opera Domini Dei, exquire à te ipso causas, cur nolis ita viuere, cum hoc sit & magna utilitas tua, & magnus honor tuus, & quod magis aestimandum est, magnus honor Domini Dei.

Secondum Punctum. Considera statum tuum post mortem, illis Christi Domini verbis explicatum: *Venit nox, quando nemo potest operari.* Tunc enim non poteris operibus tuis & purgare mentem tuam à peccatis, & mereri quicquam apud Dominum Deum. Et tamē si nunc es in eo statu, velles utrumque posse. Resolute te igitur ad saltem vitam, ut quamdiu viuis hæc pro bono animæ tua perficias, quæ post mortem perfecta velles.

Tertium Punctum. Considera obligationem tuam mundum iuuandi, qua talis est, ut ad Christi Domini similitudinem tibi hoc conuenire possit, quod ipse de se dicebat: *Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi.* Vide ergo quomodo luceas verbis, factis, domi & foris, in templo, in Schola, vbiique. Quod si forte tenebris magis similior es quam luci, dole, veniam pete, & te emenda.

Quartum Punctum. Considera modos, quibus Christus Dominus est lux mundi, & fuit dum viueret: tum quoad Divinitatem suam, tum quoad humanitatem: & ex singulis rebus, factâ ad te moreisque tuos reflexione, elicias pios deuotionis & emendationis affectus.

FERIA QUARTA.

Post Dominicam vigesimam quintam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera ceremoniam quâ Christus Dominus vesus est, ante illuminationem cœci nati: *Expulsi in terram, feci lutum ex fibro & limiu lirum super oculos eius: & dixit ei. Vade laua in natatoria Siloe.* Quo facto Christus Dominus docuit, necessitatem humanae cooperationis ad percipienda sua beneficia. Cum enim posset sine hoc medio cœcum illuminare, noluit. Quocirca satis non est, invocare Dominum, ut adiuvet, nisi & ipse facias quod potes. Quod quomodo facias vide, & tempore tuum excita.

Secundum Punctum. Considera fructum obedientiae cœci nati, qui, ut lauit in natatoria Sihlo, visum recuperauit. Habebat autem humanas rationes in contrarium, suadentes non securam curationem, quam tot alij ibi loti, & quidem luto non infecti, non sunt consecuti. Ita Dominus Deus prosperat eos, qui simpliciter sine politicis discursibus obediunt, & Domini prouidentia quam per suos Vicarios exercet, fidunt.

Tertium Punctum. Considera pessimum affectum Iudæorum erga Christum Dominum qui nec cœco, nec eius parentibus credere volebant, eum à Christo Domino curatum. Hinc agnosce vim depravati affectus detestandam, quæ etiam in rebus clarissimis obfuscat intellectum, ne eas cernat. Examina te, an in te sit aliquis talis affectus, qui res etiam bonas & necessarias, tanquam malas declinare, vel improbare cogat, & res veras negare, aut non credere adiugat; & considerato multiplici periculo, serio te emendare stude.

Quartum Punctum. Considera pium affectum cœci à Christo Domino sanari. Nam & fassus est sine metu, coram inimicis Christi Domini quos videbat Christo Domino infensos, se à Christo Domino sanatum, Christique defendit innocentiam: Scimus, inquit, quia peccatores Deus non audit. *Nisi hic esset à Deo, non poterat facere quicquam Gratulare Christo Domino hunc pium defensorem.* Gaudie intus ob Christum Dominum defensum. *Disce non erubescere Christum Dominum defendendo res & personas bonas, dum audis eas malignè carpi, & caue ne id committas.*

FERIA QVINTA.

Post Dominicam vigesimamquintam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera uilitatem vitæ bonæ à cœco curato commemorata: *Si quis Dei cultor est & voluntatem eius facit, hunc exaudit.* Hoc quām verum sit perpende, adductis Sanctorum exemplis. Deinde vide, an & qualis sis Domini Dei cultor, an & quām per se st̄e Domini Dei voluntatem facias, ut agnoscas quantopere sperare possis tuarum precum exauditionem, & quid corrigerre debebas, ut versus Domini Dei cultor censeare.

Secundum Punctum. Considera felicitatem cœci curati, qui ob defensionem Christi Domini à Iudæis electus erat foras. Vbi considera quām felix sit illa anima, quæ in hac vita patitur Domini Dei causâ aduersa, & ponderatā multiplici huius rei uilitate, excita in te ardēs desiderium crucis. Sed quid sperare possis de tuā in rebus magnis patientiā, agnoscēs ex modo, quo toleras ordinarias Religiose vitæ afflictiones,

Tertium Punctum. Considera Christi Domini liberalitatem, in compensandâ electione hu- ius cœci: *Vt enim audiuit eum electum, reuelauit ei præcipuum mysterium, suæ Diuinitatis, & ad se adorandum perduxit.* Ex ardeles hic à Christi Domini amorem, qui nihil irremun- ratum vult transire, sui causâ factum, vel toleratum, & simul excita in te ardēs deside- rium quām plurima Domini Dei causâ facien- di, ut donorum eius sis particeps.

Quartum Punctum. Considera ponam incre- dulorum & inobedientium, de quibus Chri- stus Dominus dixit: *In iudicium ego in hunc mun- dum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident cœci siant.* Hinc fit, ut non raro tepidi Religio- deficiant, expellantur; mali faculæ con- uertantur & optimi euadant. Tu inquire an in te sint causæ, ob quas illud timendum fit, & maturè remedia adhibe, ne repulsi à Christo Domino cœci sis.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam vigesimamquintam à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera multorum hy- pocrisim, quibus Christi Domini verba Phariseo dicta aptè quadrant: *Quid defens est calix & catini, mundatus: quid autem intus est re- strum, plenum est rapina & iniuriae.* Hic perpe- dit an interior animæ tua status, si quā Religiosus ac pius, vt eum exterius ostendis, ijs præsternit qui vel te non norunt, vel à quibus æstimari cupis. Quod si discrepat, cogita quā turpe sit quodam modo factis mentiri, & pluri- mis facere humana iudicia, à quibus probavit, quām Diuina. Ideo derelikte duplicitatem tuam.

Secundum Punctum. Considera uilitatem quām adfert Religiosæ vitæ. Status ritè suscep- tus, scilicet plenam mundationem à pecca- tis. Nam si Christus Dominus hoc elemosynæ tribuit: *Date elemosynam, & ut omnia mun- da sunt vobis.* Multò magis id conuenit Religioso statui quem eligens, non partem sub- stantie, sed totum cū seipso dat Domino Deo & relinquit. *Gratias age igitur Domino pro tanto beneficio, & ita uiuere stude, ne mori- bus tuis fœdes hoc mundissimum vitæ genus,*

Tertium Punctum. Considera quantam bu- militatem etiam externam exigat Christus Dominus, à suis, cuius defectum in Pharisæis reprehendit, quod diligenter primas Cahe- dras in Synagogis, & salutationes in foro. Ta- examina te, an sis obnoxius alicui exteriori fa- stui ab humilitate alieno, & si quid emandan- dum sit, emenda.

Quartum Punctum. Considera quām turpe sit, habere animam peccatis inquinatam, & exterius

XXI. DE PIIS ERGA DEVUM ET SS. AFFECTIB. 847

Exterius bonitatem præferre. Cöparat enim tales Dominus monumentis plenis cädavéribus, quæ non apparent, & homines supra ambulantes nesciunt. Pondera infelicitatem talis animæ, de abolendâ internâ immunditiâ non solicite, & da operam, ne talis sis, & si fuisti talis, deploras tuas præteritas miseras, & in futurum caue.

SABBATO.

*Post Dominicam vigesimam quintam
à Pentecoste.*

Fecit potentiam in brachio suo.

Primum Punctum. Considera potentiam brachij Divini, id est, virtutis eius in creatione tam multarum & excellentium rerum ex nihilo, & in hac infinita Domini Dei potentia elevatione, agnoscere Domini Dei erga te charitatem, qui haec omnia secundariò propter ipsum tuum, & multa propter treationem tuam creavit, simul considera, quomodo his rebus vobis sis, & vteris, & defletis multis peccatis tuis in abuso creaturarum, vide quid faciendum tibi sit in posterum.

Secondum Punctum. Considera potentiam Diuini brachij, quam ostendit in lege veteri, to mitabila patrando, in gratiam suorum, ut illos ex Egypto educeret, & in locis commotis collocaret. Gratias age pro tanta charitate & time, ne & te ob tuas culpas abiciat, sicut abiecit Iudæos olim ad eum sibi caros,

Tertium Punctum. Considera potentiam brachij Divini quam ostendit in B. Virgine, faciendo eam Matrem sine humana operâ, & cum integritate Virginitatis, & præseuando eam ab omni culpa originali & actuali. Adora hanc Domini Dei bonitatem, gratias age pro his Matri tue beneficijs, & pete ut aliquâ parte ei te similem reddat, idem Domini Dei potens brachium, ut scilicet tard & levissime pecces, & peccati culpam & obligationem penæ non die retineas, & sine utraque hinc migras, rectâ ad cœlum.

Quartum Punctum. Considera potentiam brachij Diuini, in convertendis tot obstinatis peccatoribus, in sanctificandis tot imperfictis, in communicandis donis innumeris, virtute Sacramentorum, quorum materia & forma per se sunt adeo imbecilles in naturali suâ Entitate. Admirare hanc Domini Dei virtutem, & eam extolle, & roga, ut in actu secundo in te eam ostendat copiosissimè, communicando tibi quam plurima, & quam maxima gratia & gloria dona, ut Matri tuae nis plenè sis simillimus, & Christo Domino fratri tuo dilectissimo.

DOMINICA VIGESIMASEXTA.

à Pentecoste.

Primum Punctum. Considera quantum sit malum, Christum Dominum docenter non audire: Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista & condemnabunt eam, quia panitentiam egerunt in predicatione Ione, & ecce plus quam ionas hic. Applica tibi haec verba, qui sapientius Christi Domini inspirationes audiens, non vias vitanda, non facis facienda, & quidem faciliora, quam fuerint illa ad qua Iudei increduli, Christi Domini predicatione trahebantur, ideoque propone emendationem, annotationis frequentioribus inspirationibus executioni mandandis.

Secondum Punctum. Considera quantum audiē quartere debetas Christi Domini sapientiam, quam suis suppeditat, in diligenti oratione, lectio spirituali & colloquio cum Patribus Spiritualibus ac Superioribus, proposito per Christum Dominum exemplo Reginæ Austri, quæ venit à finibus terra, audire sapientiam Salomonis, & ecce plusquam Salomon hic, & tibi hoc ad exemplum dictum puta:

Tertiū Punctū. Considera causas, ob quas maiore desiderio fertur debetas, ad SS. Eucharistiam adorandum, tum percipiendum, tum ei assistendum, quam habuit Regina Austri, ad aedificandum Salomonem, magno suiptu & labore suscepit. Et tale desiderium, semper habere & nutrire stude. Quod si eo carcas, doles, & etubelces.

Quartum Punctum. Considera impedimenta ob quæ non sentis tatum desiderium Christi in Eucharistia, quantum sentis, vel videndi vel audiendi aliquid curiosum, quantum ad otium, ad recreaciones, & his similia. Et eos excita affectus hac consideratione, quibus & desleas impudentiam tuam, Christumque Dominum quem tam patui facis, tibi placatum reddas, & emendas te ipsum.

FERIA SECUNDA.

*Post Dominicam vigesimam sextam
à Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera veritatem illius Christi Domini sententia: *Nihil opertum quod non reueletur, neque absconditum quod non scaturit.* Quæ vera est & in malis & in bonis. Nam experientia quotidiana ostendit, mala quamvis occultentur ab improbis omni artificio: tamen suo tempore detegentur, vti & iniuriae, quas boni patiuntur, apparebunt tales, quicquid faciant aduersarij. Vnde resolute te nil mali occultare, & sperare Diuinum auxilium dum tua innocentia vim patitur.

Scenſus.

Secundum Punctum. Considera quād debetas esse secretus in non manifestandis iis rebus, quas scire non expedit quibusvis. Ordinariē enim contingit talibus, quod Christus Dominus prædictus: *Quia in tenebris dixisti, in lumine dicentur.* Quo potius, secreta tua illis rebus, quibus id ex officio incumbit scire. Et causas ac utilitates tum politicas, tum spirituales huius rei perpende, & ad magnam sinceritatem cum ijs te excita.

Tertium Punctum. Considera felicitatem servorum Christi Domini qui nil timere debent ab inimicis: *Ne terreamini ab hi qui occidunt corpus, & post hac non habent amplius quid facient.* Exemplis enim servorum Domini Dei, & Dei propensione erga suos, id agnosces. Da igitur operam, ut talis sis, & ita placeas Domino Deo, vt dignus sis eius patrocinio.

Quartum Punctum. Considera causas, ob quas timendas sit tibi Dominus Deus: *Timete eum inquit Christus Dominus, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam.* Vide ergo an in tuā conscientiā & vitā sint causæ huiusmodi vel fuerint: & si fuerunt, an sint sublatæ, ob quas meritò gehennam timere vel non timere possis, & tempestiū rebus tuis consule.

FERIA TERTIA.

*Post Dominicam vigesimam sextam
à Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera miram Domini Dei benignitatem erga suos his verbis expressam: *Nonne quinque passeris veneunt dipudio, & unus ex illis non est in oblitione coram Domino Deo: Sed & capilli capitis vestri omnes numeratis sunt.* Nolite ergo timere, multū passeris pluris estis vos. Et quia non omnibus Christianis Dominus æquè est addictus, sed magis virtute maiore præditus, vt par est, vide an eorum sis è numero, qui ita sint Domino Deo cordi, & si quid ex parte tua obstat, amouere stude.

Secundum Punctum. Considera fructum virtutis Christum Dominum non erubescens. *Quicunque confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei.* Inquire igitur an Christum Dominum eorum hominibus confitearis. Non confiteris autem, si erubescis ea dicere vel facere, quæ iphi sunt grata, &, si non erubescis ea quæ exulta sunt Christo Domino. Et hinc collige, quid tibi sit à Christo Domino expectandum.

Tertium Punctum. Considera quād debetas semper esse ad moriendum benè paratus, ne tibi de longiore vita cogitanti, & emendationem differenti, contingat audire illud: *Sulte hac nocte animam tuam repetent à te, quæ autem parasti cuius erunt.* Ideo examine te, an habeas

omnia parata ad benè moriendum necessaria. Et si quid deest, acquirere stude.

Quartum Punctum. Considera stultitiam eius hominis, de quo Christi Domini verba illa sunt prolatæ: *Qui sibi theaurizat; & non nisi Deum ducit.* Quod agnolces ex enumeratis omnibus diei occupationibus, in quibus veritas, si inuenieris eas cedere in Domini Dei honorē, non in merum commodum tuum; si inuenieris te libentiū occupati rebus, Dominū Deum immediatè spectantibus, quād rebus alijs. Quod si contrarium repereris, erubescere, veniam deprecare, & te emenda.

FERIA QVARTA.

*Post Dominicam vigesimam sextam
à Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera quād exiguum curam velit nos habere Dominus Deus rerum temporalium: *Nolite solliciti esse, quid manducetur & quid induanini.* Quod an obserues videlicet, vel an potius magis de pascendo & de vestiendo corpore, quād anima sis sollicitus, inquire, & tamen *Anima,* inquit Christus Dominus est plus quād ea. Quod quād turpe sit Religioso præsertim, perpende, adductis variis causis: & si quid corrugendum sit, corrige.

Secundum Punctum. Considera miram Domini Dei benignitatem in pascendis auxiliis ad tuam vel recreationem, vel utilitatem creatris. Considerate, inquit, *coruos, quia non seminavit neque metuit quibus non est cellularium, neque barbareum, & Deus pascit illos.* Quod filiali affectu ponderans, D. Deo gratias age, quod tui causā etiam eis rebus benè faciat, ita ne fame pereant. Et hinc magnum concipito fiduciā de Diuinis auxiliis, nunquam tibi defuturis, nisi tu ipse Dominum Deum impidas.

Tertium Punctum. Considera quantopere tibi cordi debeat esse humilitas: *Nolite, inquit, in sublime tolli.* Talis an sis vide, utrum sis agnolces ex sermonibus de rebus tuis, ex cogitationibus circa officia tua futura, ex mortibus tuis, ex desideriis, procurationibus officiorum speciosorum, vel fugâ occupationum quādūm vi- lium. Ex alterā parte inquire causas, ob quas non deberes in sublime tolli. Agnolce superbiā tuā & delfe, & te emenda.

Quartum Punctum. Considera causas cur primo loco habenda sit maxima omnium ratio, cœli, quād rerum terrenarum: *Quare, inquit, primum regnum Dei & insitiam tuas:* Et cum magna confutione & detestatione cœcitatibus tuis, deplora stultitiam, inmodò impudentiam tuam, qui sepiùs, diutiùs, libentiū, constanciū, efficaciū, quæriste terrenas res, sermones, occupationes, quād illas quæ directè ad Dominum Deum tendunt, & regnum coeleste. Quād ergo

fronte audes coram Dominō Deo comparere, tam modicam vel ferē nullam sentiens in te rerū cœlestium famē & sitim? Et tamen idē Religione ingressus es, mundum ut relinques; vt cœlum quereres; vt Domino Deo ac Diuinis rebus te immerges.

FERIA QVINTA.

*Post Dominicam vigesimam sextam
à Pentecoste.*

Primū Punctū. Considera causas ob quas Christus Dominus Discipulos suos appellauit, pūsillum gregem, easque Religioni tuę applica, & vt suo modo tu quoque pūsillus sis in conspectu Domini Dei, & dignus grege pūsillo censearis stude, & an sis, ac quā ob causam non sis, vide, & eam remouere conare.

Secondū Punctū. Considera causas, quæ tibi in hoc Religioso statu certam spēm salutis adferre possunt. *Complacuit Patri vestro dare vobis Regnum.* Ex alterā parte inquire diligenter, ne forē sit aliquid in te, quod culpā tuā hanc spēm tollere vel vocare in dubium possit. Et gratias actis pro vocatione ad Statum Religiosum salutem adferentem, salutis impedimenta si quæ sunt, a te amovere stude.

Tertiū Punctū. Considera causas, ob quas sedulō procurare debes thesaurū non deficiēt in cœlo, quo fur non appropiat, neque linea corrumpit: & quām audire, quām diligenter, quām assiduē quām constanter illum prōcures, vide. Quod si secus facias, confundere, dole, & tuum temponem accende.

Quartū Punctū. Considera quā in re collocatum habeas thesaurū tuum. Quod agnoscēs ex Christi Domini verbis: *Vbi thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.* Et hinc decerpē, quā in re debetas habere depositum thesaurū tuum, & affectus cordis tui.

FERIA SEXTA.

*Post Dominicam vigesimam sextam
à Pentecoste.*

Primū Punctū. Considera quid sit habere plumbos præcinctos, & lucernas ardentes in manib⁹ nostris, quod est officium bonorum seruorum; & an in te sit hoc, inquire, quod si non est, dole, & te emenda.

Secondū Punctū. Considera vigilantiam, quām habere debemus, expectando Domini nōstrū, quando veniat & pulsat ad nos, quod facit in hora mortis. Quod ex duobus agnoscēs. Prīmō. Ex conscientiæ bonæ tranquillitate, quām qui habent, non timent, sed expectant & optant aduentum Domini sui. Secundō. Ex crebrā & practicā cogitatione de hoc

optato aduentu, & si quid horum tibi deest, acquirete sine mora stude.

Tertiū Punctū. Considera felicitatē multiplicem & præsentem & futuram, quām habent vigilantes serui Domini Dei. *Beati serui illi quos cum venerit Dominus, inuenient vigilantes.* Et vt sis eorum ē numero, submouere impedimenta stude, & si non es (statu tuo deplorato) vt sis, seriō conare.

Quartū Punctū. Considera magnum honorem quo Sancti in cœlo replebuntur, more humano expressum à Christo Domino. *Amen dico vobis quod præcinget se & faciet illos discubere & transiens ministrabit illis.* Ex alterā parte confer commoda huius vitæ, ob quæ vel Dominum Deum offendis, vel non tantum accumulas gloriæ cœlestis gradus quantum posles. Et agnitiō stoliditate tuā, eam emenda, à Deo quæ veniam postula, quod pluris facias mundi commoda, quām illos quos Dominus Deus suis offert honores in cœlo.

S A B B A T O.

Post Dominicā vigesimā sextā à Pentecoste.

Dispergit superbos mente cordis sui.

Primū Punctū. Considera malum quod sequitur superbiam superiorū, quia D. Deus eos dissipat qui sūi cordis consilijs superbis D. Deum offendunt, quod est superbite mentis cordis sui. Hoc patuit in peccato Luciferi & in Adamo, cuius inobedientia ex superbia artum habuit. Cum ergo tu non scias in præsenti tuo statu, te æque Domino Deo gratum esse ac erat Lucifer, & Adam ante peccatum, nec tot Domini Dei donis ornatum, vide quantopere metuere debebas, ne per superbiam excidas ex gratia Domini Dei.

Secondū Punctū. Considera causam ob quām Beatissima Virgo dixit, à Domino Deo superbos non detruendos, non debellantos non humiliandos, sed dispergiri, & ponderatis conditionibus earum rērum quæ solent dispergi, & ad superbiorum delineationes applicatis, decerpē aliqua documenta ad detestationem superbie.

Tertiū Punctū. Considera superbiam actum esse præcipuum, appetitum peruersè excellētie seu celitudoinis, id est, indebita super alios supereminentiæ, quod in variis rebus potest contingere. Tu scrutare appetitus tuos, & examina cogitationes ac desideria circa occupationes præfertum publicas, in Scholis, in Cathedris, &c. et si quid inordinatum repereris relecta exemplo Domini tui, qui cum in forma Domini Dei esset, exinanivit senectū formam serui accipiens.

Quartū Punctū. Considera alterum superbiam actum esse, dum non contentus propriæ excellē-

excellentiæ appetitu , etiam alios contemnit, vel contemni vult, & suas res indebet præferri rebus aliorum. Hoc etiam examina & ponderatis iterum his verbis *Differit superbos*, &c. disce à Christo Domino esse mitis & humilis corde.

DOMINICA VIGESIMASEPTIMA.

Post Pentecostem.

Primum Punctum. Considera verba pia illius mulieris ad Christum Dominum dicta: *Beatus venter qui reportauit, & vbera qua suxisti,* & ponderato hoc Christi Domini cocepti domicilio , atque hoc eius alimento , vide quale debeat habere cor, ut Christum Dominum in Eucharistia dignè recipias , & quasi intra te concipias.

Secondum Punctum. Considera Christi Domini responsum: *Quinid Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt:* quo vt notat S. Augustinus, ostendit melius esse verbum Domini Dei custodire & exequi , quam esse Dei Matrem. Examina ergo te , quomodo illud & antea in seculo custodiisti , & hic custodis , & varios affectus pios excita, doloris, gratiarum actionis & similes.

Tertium Punctum. Considera quām magnam vim habeat Sanctissima Eucharistia dignè suscepta, ad hoc vt te faciat custodire exactè verbum Dei, qua in te tamen cunydelinquas , incusa te ipsum, dole, & emenda.

Quartum Punctum. Considera quanta sit felicitas , tam sapè Christum Dominum in Eucharistia suscipere , & quare causas , ob quas inuenias verè quibusdam in rebus hoc esse maius beneficium, quām fuerit conceptio Christi Domini Matri Sanctissimæ diuinam concessa. Ideò exarcesce diuinā charitate, age ferventissimas ei gratias , & talem vitam inchoa , in qua appareat, te verè & utiliter paci & nutriti tali cibo, qui Deus sit, & fons omnis virtutis, perfectionis & sanctitatis.

FERIA SECUNDA.

*Post Dominicam vigesimam septimam
à Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera causas ob quas magis timere debeas iudicium Domini Dei, quām aduentum furis timere debent patres familiæ. *Hoc*, inquit, *Dominus scitote, quoniam si sineret patres familiæ quā horā fur veniret, vigilaret vti que, & non sineret persodi domum suam.* An autem ita timeas Domini Dei iudicis aduentum toutes peccatis tuis irritati, vt timeri solet aduentus inimici, perpende , & agniti tuā cæcitate, qui maiora pericula & mala imminentia non agnoscis, eam corrige stude.

Secundum Punctum. Considera quid opus sit, ad excipiendum securā mente & sine vilo periculo, Domini Dei iudicis aduentum. *Ego te, inquit parati, quia quā horā non putatus, si in horā minis venier. Hoc autem agnoscet, ex modo quo te parares ad aduentum iudicis terrene iudicaturi , si es conscius criminis admissi pœna capit is digni. Quod ergo faceres ad evadendam talem pœnam, hoc proportione quādam fac, & iudicium Domini Dei nō timebis;*

Tertium Punctum. Considera infelicem conditionem serui Domini Dei negligens , illis Christi Domini verbis expressam : *Seruum qui cognovit voluntatem Domini sui, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. An autem tibi id timendum sit, vide & quid faciendum sit, ne id timere possis, statue, & dolore ac fuga delicta præterita emenda.*

Quartum Punctum. Considera quām debeat esse liberalis erga Dominum tuum, à quo tot donis naturæ & gratia ditatus es : *Omnis cui multum datum est, multum queretur ab eo. Quām parum autem des Domino tuo pondera, enumeratis tum ordinariis actibus, quorum rarus est perfectus & multis defectibus non fatus; tum extraordinariis supererogationis operibus quā vel nulla sunt, vel pauca, vel imperfecta. Quod an deceat, perpende, & te emendare stude.*

FERIA TERTIA.

*Post Dominicam vigesimam septimam
à Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera Domini Dei desiderium, à te feruorem in spirituali vita exposcentis: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur. Au autem ardeas, & causas cur nō ardeas, inquire, & submove stude.*

Secundum Punctum. Considera ardens Christi Domini desiderium quod habuit pro te moriendi : *Baptismo habeo baptizari, & quomo do exarctor usque dum perficiatur. Gratis age Domino tuo aedē de bono tuo sollicito. Ex altera parte quantopere crucem etiam leuissimam eius causā ferte reformides, aliqui debitam multis nominibus. Considera, & pudore concepto, accende te ad desiderium ardens, quām plurima pro Domino tuo tolerandi.*

Tertium Punctum. Considera cur Domini Dei causā deferendi sint amici & offendendi etiam intimi cognati : *Non pacem veni dare in terram sed separationem. Erunt quinque in una domo diuisi, tres in duos, & duo in tres, pater in filium & filius in Patrem, &c. Tu verò quām sapè & pro amicis, & cum amicis inordinata amatis coniungis te contra Christum Dominum, & eius voluntatem, & eius causā non audeas offendere amicum, cum tibi nec eius gratia sit qua renda*

renda sicut gratia Domini Dei, nec offendio tantopere metuenda, vt offendio Domini Dei. Hoc quam sit magna & impudens cæcitas, agnoscere, & tē serio emenda.

Quartum Punctum. Considera necessitatem pœnitentiae: si pœnitentiam non egeritis, omnes peribitis. An autem egeris dignam tot tuis pœnitentiam peccatis, examina te. Cum autem pœnitentia pars sit, penalis satisfactio, quomodo eam adhibeas vide, & an sit proportionata tum peccatis admissis, tum penitus purgatorij præparatis, vide, & si sit angenda, augē cum approbatione eorum, quibus id ex officio incumbit.

FERIA QVARTA.

*Post Dominicam vigesimam septimam
à Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera in fœmina octodecim annis infirma & inclinata, sutum aspicere non valente, statum in veteratum infirmitatum spiritualium, maximè vnius quam multi laborant, quia ferè semper & cogitant & loquuntur & occupati sunt in rebus terrenis non cœlestibus, & ex incommodis ac molestiis; infirmitatum corporis, agnoscere maiora infirmitatum spiritualium incommoda, quæ si non sentiuntur, hoc peior est animæ status. Ergo da opetam, vt non minus coneris curari à Christo Domino ab infirmitatibus animæ, quam velles curari à morbis corporis, causis huius rei ponderatis.

Secundum Punctum. Considera benignitatem Domini Iesu, qui visâ muliere, vtrò accessiuit eam & sanauit. Gratias ei age pro hac charitate, & tecum recognita cur te Dominus non sanet tam facilè à maioribus animæ motibus, & huius rei agnita impedimenta removere stude.

Tertium Punctum. Considera modum quo Christus Dominus sanauit hanc fœminam: Imposuit illi manus, & confessum erecta sit. Ex altera parte vide, an non magis se tibi applicet Christus Dominus & tamen non sanaris. Nonne enim plus est Christi Domini carne & sanguine vesci, quam ab eo tangi? Nonne maiorem vim habeant eius voces interne, eius auxilia gratia, eius Sacraenta, quæ tam sapè percipis, & tamen non convalescis?

Quartum Punctum. Considera quid feceris & quomodo postquam erat fœmina illa sanata: Glorificabat Deum, inquit Euangelista, procul dubio magno & planè vehementi affectu id faciebat. Tu autem idem facias quem Dominus Dens toties per Sacramentum pœnitentiae & alios modos liberat ab infirmitatibus peccatorum, quæ condonat, vide: & si quid deest debiti feruoris, eum ut acquiras cura.

Lancij Opus. Tom. 2.

FERIA QVINTA.

*Post Dominicam vigesimam septimam
à Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera paucos homines saluari, tuin quia Christus Dominus dixit: Multos esse vocatos, paucos electos, cum quia interrogantibus quibutdam, Domine si pauci saluantur, non aliud respondit tunc quam: Comedite intrare per angustam portam. Alio autem loco dixit: Paucos intrare per eam. Tu serio inquire, an in te sint talia signa, ex quibus conjecturâ saltem probabili possis cognoscere, te vnum esse ex his paucis: quod intelliges ex ijs notis, quæ communiter conuenire solent saluandis.

Secundum Punctum. Considera quid sit angusta porta, quid sit contendere per angustam portam. Quod an reperiatur in te vide, & si quid defuerit, acquirere stude.

Tertium Punctum. Considera infelicitatem & stultitiam eorum de quibus Christus Dominus dixit: Multi querent intrare, & non poterunt. Quæ verba quibus conueniant, & quam ob causam inquire, & ne eorum è numero sis, da operam.

Quartum Punctum. Considera dolorem ingenientem quo afficiuntur reprobi, cum viderint Abraham & Isaac & Iacob, & omnes Prophetas in Regno D. Dei, se verò expelli foras. Quod ut agnoscas, adhibe aliquas similitudines, de exclusis per vim ex loco nuptiarum, ex horto amoenissimo, ex palatio magnifico, ex paterna domo, idque noctu, idque tempore imbrum, frigoris, niuum, tempore famis. Hoc tenero affectu & cōpunctionis plenè ponderans, cōpūgere, tibi ne tibi eveniat, & serio ita mores institue, ne ad eorum infelicitatem deuenias.

FERIA SEXTA.

*Post Dominicam vigesimam septimam
à Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera die Enceniorum Christum D. in hyeme ambulatorem in templo, in portico Salomonis, aspicioendo omnes corporis eius motus, gestus, gressus, situm: & factâ ad te reflexione, si quid discrepet, detestate & emenda.

Secundum Punctum. Considera vtrorum maior sit incredulitas, Iudeorumne qui non credabant Christum Dominum esse verū Deum, ideoque eius præcepta & monita non audiebant, an eorum qui credunt certò Christum Dominum esse Deum, cum tamen monentem non audiunt, præsertim in rebus facilibus, quæ sine multo labore & sudore perfici possunt: & factâ ad te reflexione, quid de te hanc ob causam sentire, quid emendare debebas, statue.

Tertium Punctum. Considera iniuriam Chri-
B b b b / sti Do-

Si D. contra quem sustulerunt perfidi Iudei, lapides ut lapidarent eum. Hic compatere Christo D. summo Regi ac Monarchę, tam indignè à fece hominum tractato. Et hoc eius exemplo accende te, ad desideranda & toleranda opprobria & quasvis iniurias quæ quamvis maximæ fuerint, pares non erunt hoiac iniuriae Christi D. si infinitam spectes eius Personæ dignitatem. Confer autem omnia illa quæ tibi in Religione molesta accident, maximè honori tuo, deprehendes enim esse multò minora. Et ubique igitur, qui res modicas Christi Domini causā pati deditigatis.

Quartum Punctum. Considera causam, ob quam lapidare volebant Christum Dominum Iudei: *Quia iniquiuit, tu homo cum sis, faci te ipsum Deum, superbiam, iactantiam, simulatam dignitatem adscribebant Domino Deo.* O quoties imitaris Iudeos, vel condamnando proximos innocentes ut imperfectos, vel non tanti estimando quantum merentur. Hoc ne facias, causas cur facere non debetas inquire, & astue in quo quis Christum Dominum inuerti ac honorare, tanquam te in rebus omnibus digniorum.

SABBATO.

*Post Dominicam vigesimam septimam
a Pentecoste.*

Depositum Potentes.

Primum Punctum. Considera verba illa Beataissimæ Virginis: *Depositum potentes de sede, & exaltavit humiles.* Hæc depositio apparuit in superbis Angelis, in Saule, in Nabuchodonozor, in Lutherio: Et exaltatio in Davide, Apostolis, & in Sanctis, quos D. Deus vel ex humili conditione ad principatum, vel à vita mala ad Sanctitatem euexit. Causa ergo animi elationis, & iactantiam, exerce te in humilitatis actibus, ut eucharis non ad speciosâ officia, sed ad propinquum Christo Domino in celo gradum.

Secundum Punctum. Considera alia eiusdem verba: *Esurientis implevit bonus, & diuines dimisit inanes.* Hoc in multis pauperibus, Domini Dei beneficio ditatis, & in diluibus, deuoluis ad inopiam, sapientia cernitur, & suo modo in iis, qui esuriendo & sitiendo iustitiam, id est sanctitatem, saturantur dum ea replentur, & contra in iis, qui fastu & arrogantiâ, ac tempore, qui inde sequitur tumidi, etiam illum feruorem qui in Tyrocinio bulliebat, amittunt. Beatus es, si vere esuris & siti iustitiam, quia cum tali fame & siti, plenè deliberata peccata non possunt consistere, & optata perfeccio per debitos gradus, talibus conceditur.

Tertium Punctum. Considera alia verba: *Suscepit Israël puerum suum, & hic varios modos pondere,*

ra, quibus D. Deus populum suum in lege veteri & nouâ, & te ipsum, tum in saeculo, tum in Religione suscipere dignatus est, varia beneficia conferendo ne perires, & varios actus eligias, quos pijs suggesterent affectus.

Quartum Punctum. Considera primum fontem susceptionis huius, esse D. Dei misericordiam: *Recordatus misericordia sue: secundum promissionem suam de nobis iuandis: si uocatus es ad Patres nostros.* Pöderat ergo D. Dei misericordia infinita, & promissionibus Abraham, Davidi, alijsque factis, de nobis iuandis, & nostrō Beato Patri dum ei dixit: *Ego uobis propitius ero: Excita in animo magnam fiduciam, & ardenter pete, ut tibi & aliis faciat secundum verbum suum.*

DOMINICA VIGESIMA OCTAVA

ET ULTIMA.

Post Pentecosten.

Primum Punctum. Considera motiu que habes, & tanquam filius talis Ordinis, ad adherendum inuicto animo Christo Domino tempore persecutionis Antichristi. Hæc motua petere poteris ex officio serui, filii, clientis, rei, erga Christum qui est Dominus tuus, Pater, Benefactor, Iudex. Atque ita ardenti animo offer te Domino tuo, ad tuendum eius honorem, si nunc is ab Antichristo pateretur & violaretur.

Secundum Punctum. Considera magna impedimenta & tentationes, quæ tempore Antichristi erunt, ob quas necessarius erit magnus animi vigor, ne succumbant infihi, dolis & potentia Antichristi. Erit, inquit Christus Dominus, tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fieri: Et nisi breuius fuerit illi, non fieret salua omnis caro, sed properat breuiabantur dies illi. Hic concipies ardens desiderium, ut iusti qui eo tempore erunt, confitent Christo D. adhaerant, idque à Domino petes, ne nullus eorum deficiat, & tu quantum est in te, Christo Domino te offeras ad tuendas eius partes.

Tertium Punctum. Considera quād patrum possis promittere constantiæ tuae Domino tuo quod agnoscet, si introspexeris quād sapere com offendas, ne quid leue patiaris: quād sapere respectus humanos, erubescis Christum D. sequi, ex quibus tamen non imminent tibi malitianta, quanta adferet persecutio Antichristi. Confundere igitur & pete, ne D. Deus te levet pro tam periculoso tempore, ne nunc cum deseras.

Quartum Punctum. Considera optimum adiumentum ad Christo Domino constanter adhaerendum, hoc est ad faciendum id quod vult, ad vitandum id quod vetat, ad imitandum eius vivendi modum, esse vnum Sanctissi-

mæ Eucharistie. Quomodo enim plenas Christo D. non sis, in omnibus affectibus tuis, qui tam sapè Christo D. ipso vesceris? Cur ergo verba, tua, cogitationes, actiones, Christum D. non redolent? loquitur causa, etubesc, veniam precare, & te emenda.

FERIA SECUNDA.

Post Dominicam vigesimam octauam à Pentecoste.

Demystico tempore Antichristi.

Primum Punctum. Considera quām fœdum sit, abominationem desolationis stare in loco Sancto, id est mysticè rem intelligendos, in loco D. Deo consecrato, reperiri aliquid, quod abominetur D. Deus, & quod tanquam res desolata, nullus sit viritatis. Hoc peccatis omnibus cōnenit, immo & operibus, que etiū mala nō sint, non sunt tamen meritaria, quæ non sunt propter finem supernaturalem. Talia opera num in te sint vide, si non sunt, confundere, veniam pete, & ea exclude, & fuge.

Secundum Punctum. Considera causas, ob quas quolibet peccatum etiam leuissimum, verè potest abominatione in oculis D. Dei. Est enim magis abominatione, quām quavis turpitudine fodiū, vicerumue. Vide ergo quām male oleas D. Deo, dum ad eum accedis, peccatis saltē venialibus liberatis maculatus, & te plenè quām primum expurga, & quātum fieri potest liber ab illis viue.

Tertium Punctum. Considera quid sint montes, ad quos Dominus fugere iubeat eos, qui sunt in Iudea, per quam intelligere possumus saeculum, per montes autem, vel Statum Religiosum, vel huius status perfectiorem vivendi normam, vel Sanctorum auxilia, causas ponderatis, ob quas hæc mereantur montium appellationem, & quām ista sint apta, ad minuendū hominē contra persecutions satanæ.

Quartum Punctum. Considera quantopote debeamus auersi esse à rebus saeculi, ne infernalis Antichristus nobis noceat: *Qui in teſto eſt, non deſcendat tollere aliquid de domo ſuā.* Hoc faciunt, qui vel affectum nimium retinent ad consanguineos, vel ad res saeculi, & occupations cum illis nimias effusæ sunt, affectu veluti descendente ad saeculum. Hoc num in te sit vide, & si quid sit corrigidendum corrigere.

FERIA TERTIA.

Post Dominicam vigesimam octauam à Pentecoste.

De variis Antichristis Spiritualibus.

Primum Punctum. Considera Hæreticos omnes uti SS. Patres mysticè loquuntur, esse Lancij Opus. Tom. 2.

Antichristos. Quorum cum tanta sit copia, dole tam multos esse seductos. Gratias age, quod non sis ex eorum sectis, praesertim si aliquando fuisti, compaterem miseris, ora pro eorum conuersione sapè & ardenter, & vide quæ virtutum & doctrine praesidia compare debetas, ut aptus esse possis, ad eos Christo Domino aggregandos.

Secundum Punctum. Considera Antichristos quoque esse saeculi homines, Christi Domini mandata violantes, & impiè viventes, quorum cum magnus sit numerus, similes primis affectus in te excita, & accende in te zelum Apostolicum vel Ignatianum aut Xauerianum, omnes ad Christum Dominum & Christianam pietatem reducendi, idque nunc etiam quantum potes & licet incipe, exemplo praesertim vite irreprehensibilis, & lensium custudia non ordinariâ, quâ, etiam mali commonentur.

Tertium Punctum. Considera Antichristos esse illos quoque, qui Christi Domini fetuos persequuntur, aut retrahunt à Christi Domini famulatu. Et eis compaterem, & dole ex animo, Christi Domini causam ab his iniquè tractari, & pio zelo da operam, ut ad Christi Domini famulatum à seculo pertrahas quām plurimos, & quām optimos, tum precibus, tum exemplis, tum alius honestis modis, & quod tu pertra-ctus sis, magnas Domino gratias age.

Quartum Punctum. Considera Antichristos domesticos illos esse, qui se opponunt vita, à Christi D. doctrinâ & exemplis commendatae, qui nimis irident vel carpunt, vel fugiunt ea simplicis pietatis & religiosæ seu modelitiae, seu deuotionis seu mortificationis & Regulæ obseruantiae opera, quæ Christo Domino & Sanctis eius placuerunt & placent, Christique Domini vita & doctrina sunt conformia. Pernicisum hominum genus. Compaterem talibus. Talis ne sis, da operam, & tales, si quod absit, occurrent, tanquam Christi Domini aduersarios declina, illud cogitans Apostolicum: *Si hominibus placarem, Christi Domini seruus non essem.*

FERIA QUARTA.

Post Dominicam vigesimam octauam à Pentecoste.

Primum Punctum Considera illa Christi Domini verba: *Vé pregnantibus & nutrientibus in illa diebus.* Hoc spiritualiter illis conuenit, qui nimis affectu ad rem vel personam aliquam sunt alligati; ideoque non possunt expedite evadere insultus satanæ, sed in eis succumbunt: Docet id quotidiana experientia eorum, qui ad saeculum redeunt vel iussi, vel sponte. Examina ergo te, ne quis & in te sit partus aut superbie, aut inobedientie, aut com-

Bbbb 2 moditæ

moditatum, aut sensualitatis, aliisve, & cum ablaſtare, hoc est abiicere studio quā primū.

Secundum Punctum. Considera alia Christi Domini verba: *Orate ut non fiat fuga vestra hysme vel sabbati*; id est tempore incepto ad fugam. Tali tempore fugiant peccata eorum, & tentationes dæmonis, qui sui victoriam referunt pro rebus facilibus, quando actuū heroicorum occasio præteriit: qui sub tempus mortis, vellent suos emendare mores. Horum an siis è numero vide, & rebus tuis consule.

Tertium Punctum. Considera num sint aliqui, qui more sectatorum Antichristi, vt te à Christo Domino vero, eiusque doctrinā auertant, et si non expressis verbis, tamen æquivalentibus, Christum D. non vbi quærendus est, ostendunt, sed alibi, *Ecce hic est Christus, aut illic*. Tales sunt, qui te à Regularum obseruantia retinunt, qui ad otiosa colloquia, ad speciosa munia, ad mortificationum fugam trahunt, qui suadent ne ea facias vel vites, quæ iuxta Christi Domini vitam & doctrinam sunt facienda & vitanda. Talium indicis Christum D. non innuenies, ideo Christum Dominum quære, vbi quærendum Regulae & moderatores tui suadent.

Quartum Punctum. Considera etiam bonos sapè decipi à malis, vel à se ipsis, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam eleſti. Ideo multi damnant ea, quæ in primitiis feruoris Spiritus agnoscabant esse sectanda, & probant quæ olim fugiebant. Tu examina tua dictamina, an sint conformia ijs, quæ dum feruores Spiritu, vel tempore collectionis annua, vel alio, agnoscetas: & omnes discrepantes sensus abige, proposita tibi Christi D. & Sanctorum eius, vitâ ac doctrinâ, pro normâ viuendi.

FERIA QVINTA.

*Post Dominicam vigesimam octauam
à Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera terrorem ultimi Domini Dei iudicij, quem defectus omnis lucis inticit. Nam *Sol obscurabitur, Luna non dabit lumen suum, & stella cadent de cœlo*. Nam si nunc noctis tenebra terrunt, etiam sine metu presentis iudicij, quantò magis maiores tenebra terrebunt, sed nullius peccati plenè expiati consciens non terrebatur. Vide ergo quid faciendum tibi sit modò, dum tempus habes admissa expiandi peccata, ne tenebra illæ te perturbent.

Secundum Punctum. Considera primam causam apparituræ in iudicio crucis Domini: *Tunc apparet signum Filii hominis in cœlo, nimirum ut agnoscat oracula Christi D. mortis*, peccata scilicet hominum & tua. Ideo desse ea quā potes maximè nunc, & de propitiatio peccato noli esse sine metu. Expiatis enim peccatis &

defletis, crux terroti non erit, sed consolationis.

Tertium Punctum. Considera secundam causam apparituræ crucis Domini in iudicio, sive ad confusione delicatorum Christi Domini seruorum, qui crucis studium & imitationem, suis in moribus non exprefserunt, dum vel fugiebant, vel ægrè ferebant accusationes, reprehensiones, officia vilia, laborigræ, contemptū, calumnias, ludibria, incommoda carnis, in vita, vestitu, habitatione, & his simili. Ideo maturè tuis rebus consule, vt crucis agetus eo tempore si tibi iucundus non formidabilis.

Quartum Punctum. Considera tertiam causam apparituræ crucis & consolationem bonorum Christi D. seruorum, qui tunc agnoscunt, fontem omnium D. Dei donorum, Christi D. merita in cruce completa, & viam certam ad cœlum libri apertam, per crucis & Crucifixi amorem & imitationem. Accendere ignorad practicum huius crucis amorem, & die cum S. Andrea: *Salve bona crux, &c.*

FERIA SEXTA.

*Post Dominicam vigesimam octauam
à Pentecoste.*

Primum Punctum. Considera in verbis Christi D. de ultimo iudicio differentiis: *Tunc plangent omnes tribus terra; caulas futuri plandus, que esse posunt*. **Primi.** Commissa peccata, & terno supplicio digna, & non expiata. **Secondi.** Etiam expiata, sed ex affectu amoris erga D. Deum fieri digna. **Terzi.** Omnia multa mentorum occasiones. **Quarto.** Multitudine damnatorum, ob admissa & non deleta peccata. His causis etiam nunc mouere ad abundanter, si non oculorū, (altem voluntatis fluctum, & illum ultimum) præueni, vt tunc nō fleas sed exalte.

Secundum Punctum. Considera cauas, ob quas, ultimus mundi Index, erit Christus D. in humanitate, & ex singulis proficeret stude.

Tertium Punctum. Considera felicem sortem Electorum D. Dei, quos tunc congregabunt Angeli, à quatuor ventis, à summis celorum vix ad terminos eorum. Et vide quid te oporteat habere, non tantum vt unus Electorum sis, sed vt certò sis unus ex illis. Multi enim sunt votati, & ad Ecclesiam, & ad Statum Religiosum, qui tamē non sunt Eleeti, sed finem habent Luciferi vel Iudæ similem. Ideo dum tempus suppetit, da operam, vt certam tuam vocacionem & electionem facias, ea procurares, quæ sunt magna signa Electorum Domini Dei.

Quartum Punctum. Considera cauas, ob quas quidam magni Dei seru, etiæ antea non fuerint magni peccatores, vel si fuerint, post longam & asperatam penitentiam, valde timebant diem iudicij. Alij vero ijs similes

in vita, eum non timebant, sed cum magno gaudio ex hac vita migrabant. Et facta ad te reflexione, ita vivere stude, ut te quam optimè disponas, ad tremendum illum diem.

SABBATO.

Post Dominicam vigesimam octauam à Pentecoste.

De quatuor affectibus erga B. V. Mariam.

Primum Punctum erit, excitare affectum gaudij, de bonis Beatissimæ Virginis. **A**etum gaudij, de bonis Beatissimæ Virginis. **P**rius. Personalibus, iisque triplicibus: **N**atura, in qua genuit Christum Dominum: **G**ratia, quæ superauit omnes Sanctos: **Gloria**, quæ Domino Deo est propinquissima. **S**econdum. De bonis quæ suis precibus & meritis confert in homines. **T**ertiù. De cultu eius vario per totum orbem terrarum, quæ omnia pio affectu consideranda sunt, & varijs affectus gratulationis & gaudij elicendi.

Secundum Punctum erit, excitare affectum imitationis virtutum B. V. præsertim castitatis eius, quæ ne Christi Domini Mater esse voluit, donec intellexit id futurum integrâ virginalem castitate: humilitatis, quæ etiæ esset nobilior omnibus puris creaturis, tamen & iudicio interno, & verbis, & actibus humiliacionis, profundissimam ostendit demissionem: paupertatis, quæ etiam partus tempore, incommodissimum elegit hospitium, bestiis, non hominibus destinatum: obedientiaz, quæ etiæ grandia Filius Dei, abiit ut obediret decreto Cæsaris Augusti, & sic aliarum virtutum.

Tertium Punctum erit, excitare affectum gratiarum actionis pro beneficiis & communib, & tuis propriis, per hanc Virginem acceptis à Domino Deo.

Quartum Punctum erit, excitare affectum obsecrations, ei cum communis, tum proprias necessitates commendando.

SECUNDA PARS.

MEDITATIONES PRO FESTIS TOTIVS ANNI.

Non positis in Prima Parte.

De Omnibus Sanctis.

Brimum Punctum. Considera multiplicitem gloriam Sanctorum in cœlis variis in classes distributaram, tam Angelicorum quam humanorum Spirituum Beatorum, quam gloriam habent, ex clara ac intuitiva Domini Dei visione, prout est in se. Vnde repletur omni bono, illi statui convenienti, cum summo gaudio voluptateque, experie omnis tristitia, tædij, sollicitudinis, timoris, laboris, & aliarum omnium rerum molestiarum: cuius gloriae magnitudinem cognoscet, tum ex illâ Spiritus S. sententia: *Ne oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor homini ascenderunt que præparauit Deus diligenteribus se;* tum ex infinito valore operum ac meritorum Christi Domini vita ac mortis, quam comparauit Electis, huius gloriae consecutionem. Et ita ad consecutionem huius gloriae, vehementer desiderium tuum accende.

Secundum Punctum. Considera facilitatem sequendi hanc gloriam, vi meritorum Christi Domini & auxiliarum eius gratia. Cuilibet enim in Domini Dei gratia existenti, datum est ius ad gloriam, quo ture, iniuicem, ne qui dem à Domino Deo potest priuati vilius: gratię Lancij Opus. Tom. 2.

autem consecutio tam facilis est, quam facilis est bona confessio, ac post eam gratiae conservatio, per fugam peccatorum, quæ etiam volunti, per Domini Dei gratiam, cuius est facilis. Vide igitur quomodo hac in parte te geras, & tibi ad gloriam aditum per gratia conservationem parés.

Tertiū Punctum. Considera facilitatem consequendi locum & gradum altissimum in gloriâ cœlesti, ad quam altiorem & maiorem consequēdam iusto nulla alia te ex parte ipsius opus est, quam operum bonorum propter finem supernaturalem, liberè & sine peccato factorum, frequentatione: minimis enim operibus talibus, correspondet certa gloriae pars, unde in infinitum augeri potest, si in infinitum à te frequentieris in hac vitâ. Deplora ergo cœlitudinem tuam, qui cum possis in tam altissimo loco, Deoque propinquissimo tam facile esse, per meram tuam sociordiam tam magno bono te priuas.

Quartum Punctum. Considera necessitatem multiplicitem, quæ planè obligaris ad hoc, ut non quomodocunque, sed tanquam magnus Dominus Dei seruus & perfectus, ex hac vita ad gloriam cœlestem transferaris, cum habeas multa auxilia interna & externa ad hoc, & nulla impedimenta: & si quæ sunt, talia sunt,

B b b ; quæ